


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg. 79

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [2] - -

PUBLIC DOMAIN

Mea p. 13. [illegible] p. 50
Antoniana Margarita contra Sensum
Unitorum extat Tubingæ in Bibliotheca
Crempiana p. 181
p. 215. mahis mortua apparitio
p. 273. [illegible] Band, müsse
Mullerus Ethica p. 83

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [3] - -
PUBLIC DOMAIN

ANDREÆ. ADAM

OLL

PUFENDO

SVPER LIB

OFFICIO

ET

ANNO

IN ACADEMI

XII. EXERC



Sumtibus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI

COLLEGIUM PUFENDORFIANUM,

SVPER LIBRIS DUOBUS

DE

OFFICIO HOMINIS ET CIVIS,

ANNO MDCC.

IN ACADEMIA TUBINGENSI

XII. EXERCITATIONIBUS

INSTITUTUM.



TUBINGÆ,

Sumtibus GOTTOFREDI STOLLII, Bibliopolæ.

ANNO MDCCX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [5] - -

PUBLIC DOMAIN

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

AUCTORIS ADHUC
DE INSTITUTO SCR
PRAEFA

Atior tandem publica
COLLEGIUM PUF
in reconditum Viri
minis & Civis libellum
quod excurrit, primu
tatis deinceps, frequentibusque, pr
ratione, prælectionibus locupletatum
quod Scriptoribus familiare est, prof
gavit, post exterum Mercatorem ips
e nostris, uti pagellas colligerem
corporisque permitterent, revidere
inscio, dictata, aut è discursibus excep
sulumque vel mutilaret, vel non fa
ibus commacularet. Quod quum
endum, atque ab utilitate publica qua
existimarem; adfurgere Nostri desid
fubsecivo tempore, quod exiguum ut
set, ordinando Operi destinare decre
ejus expolitionem, cum, intercedente
communatione munerum; jam hosti
staffantis, musasque nostras dispers
vido adflicta, atque ad extrema
bletudine, ac interveniente

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

AUCTORIS AD LECTOREM

DE INSTITUTO SCRIPTIONIS PRÆFATIO.

PAtior tandem publicam prodire in lucem COLLEGIUM PUFENDORFIANUM, in reconditum Viri ſummi de Officio Hominis & Civis libellum, novennio abhinc & quod excurrit, primum inſtitutum, ac iteratis deinceps, frequentibusque, pro geſti à me muneris ratione, prælectionibus locupletatum. Cauſſas editionis, quod Scriptoribus familiare eſt, prolixè non ediſſero. Rogavit, poſt exterum Mercatorem librarium, Bibliopola è noſtris, uti pagellas colligerem ipſe, ac dum vires animi corporisque permitterent, reviderem: ne alius fortaſſe, me inſcio, dictata, aut è diſcurſibus excepta protruderet, opuſculumque vel mutilaret, vel non facilè emendandis erroribus commacularet. Quod quum nequaquam committendum, atque ab utilitate publica quam longiſſimè abeſſe exiſtimarem; adſurgere Noſtri deſideriis, & quantum ex ſubſecivo tempore, quod exiguum utique habeo, ſupereſſet, ordinando Operi deſtinare decrevi. Quam tamen ejus expolitionem, cum, intercedente modo publicorum commutatione munerum: jam hoſtis in viſcera patriæ graſſantis, muſasque noſtras diſpergentis irruptione facta: modo adflicta, atque ad extrema propemodum collapſa valetudine, ac interveniente, nupero demum anno, do-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

meſtica clade, beatoque optimæ deſideratiſſimæque Conjugis, Reginæ Barbaræ Camerariæ, V. Martii A. MDCCVIII. ad cœleſtem Patriam evocatæ, obitu: in dies ac menſes integros differrem; fieri equidem non aliter potuit, quam ut interjecto totius triennii ſpatio ex operis demum typographicis prodeat, ac, ſi omnem ab initio temporis moram computem, nonum preſſus in annum liber emittatur. Cæterum, ut ſummam ac finem inſtituti in compendio oſtendam: Uſum profectumq; ſtudioſæ juventutis, (quem privatis ſcholis, divino beneficio, non defuiſſe exempla docuerunt) Exercitationum noſtrarum in publicum emiſſione unicè intendimus. Videbunt diſcentes, unde præſidia petere debeant aut poſſint, ad altiora enitendi, & in hoc præſtantis ſcientiæ campo ulterius progrediendi. Dogmata etiam invenient potiora, theſesque: non tamen macilentas, aut, qui nonnullis mos eſſe videtur, pro auctoritate conditas; ſed argumentis plerumque, ac rationibus munitas: ne iis quidem temerè neglectis, quæ pro adverſa parte moveri poterant, additisque ſolutionum ac reſponſionum fundamentis, auctoribusque idoneis, ex quibus plenior totius rei ſeries poſſit comprehendi. Memini, deſiderata à magno Viro ſingularum *Repertoria* ſive *Inventaria* ſcientiarum fuiſſe. Niſi fallor, nos practicarum, qua patent, diſciplinarum Promtuarium condendi Viris doctis occaſionem, & magni, juſtamque olim in molem evaliturі operis quoddam velut initium ſuppeditamus. His non

non difficile erit, noſtra qualicumque opera vel collectis, vel & inventis, plura melioraque addere; quibus nos eam quidem gloriam adeo non invidebimus, uti DEO potius pro augmento utiliſſimæ ſcientiæ gratias acturi, clarisque auctoribus, queis ille velut inſtrumentis utetur, propenſo hilarique animo ſimus gratulaturi. In quam ſpem eo magis erigimur, quo commodior in hunc finem Pufendorfii libellus eſt; ſi molem, exiguus: at, ſi ordinatiſſimam rerum practicarum prope omnium compagem, infinitorumque conceptuum nexum ſpectes, verè magnus, immo, dixerim fere, inexhauſtus. Quod non inficiabitur, qui poſt lectos non ſine contentione Ciceones, Gentiles, Grotios, & in hos Commentatores, Annotatores, Obſervatores, ipſumque Pufendorfii Opus de Jure Naturæ & Gentium, ad hoc opuſculum de Officio denuò regreſſus attentè id repetit, atque, ceu par eſt, velut illorum omnium Compendium, &, quod pauci capiunt, admirabile Supplementum evolvit. Cæterum, ſi, quæ privatim quoque ad Auctorem prælegimus, divulgare animus fuiſſet: in vaſtam nimis molem opus excreviſſet. Sed Commentarium ſcribere non intendimus: qualem quidem, cœpto jam labore noſtro, à Clariſſimo Titio editum vidimus, atque ab Immanuele Webero, celebri apud Giſſenſes Profeſſore inchoatum. Nos, qui domeſticis duntaxat inſtitutionibus opellam hanc conſecraveramus, inſtituti rationem habuimus, & ſingula *ſignanda* magis duximus, *quam copioſe*

tractanda. Ac tametsi nihil necessarii prætermissum temerè à nobis fuisse existimemus: multa tamen omisimus, etiam prælo parata, quæ vel diligentia legentis, vel viva docentis vox haud difficulter supplebit. Si qui interea usum disciplinæ, vel & laboris nostri haud satis perspiciunt: hi aliis, spero, eundem non invidebunt: ac suo quoque sensu per nos abundabunt. A quorum verò doctrinis nonnunquam recessimus, illi tamen modestiæ limites nullibi violatos fatebuntur. Suum etiam cuique tribuimus, ac nostram simul ingenuitatem, quæ præcipuum eruditionis ornamentum esse debebat, in aliorum, qui meliora nobis tradiderunt, laudibus ostendere; &, quod à quorundam sibi sapientium more alienum esse videmus, Scriptorum haud paucorum memoriam repetendo, pretium labori ipsorum statuere, conati sumus. Et quum ipsi quotidianum libellorum proventum doleamus, quorum præcipuus videtur usus esse, ut antiquiores melioresque studiosæ Juventutis manibus excutiant: nos ad hos Lectorem constanter manuduximus, multiplici dato specimine, non nova esse, sed à præstantissimis jam olim Viris tradita, quæ pro novis solent haberi. Demum, ne quid omnino dissimulemus, quum *Theologia Moralis*, nihil aliud, quam pars Doctrinæ Moralis de *Officio Christiani* sit, pari fere ordine, eademque methodo, qua *illa de Officio Hominis & Civis* tractanda: quædam simul stamina posuisse, vel primas veluti lineas ejus disciplinæ duxisse

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [10] - -
PUBLIC DOMAIN

xisse nobis videmur, quibus diviniora deinceps superaddere non adeo fuerit difficile, positisque generalioribus, & ubique agnitis fundamentis, quæ frustra alibi hac serie, hacque amplitudine quæras, Theologiæ Studiosos ad exactiorem Theologiæ Moralis pædiam manuducere, & quæ *in natura* deficiunt, *è Gratiæ promtuario* supplere; quæ decipiunt aut nocent, profligare; quæ falsa sunt aut insufficientia, emendare. Vere enim, ut in doctrina *de Officio Hominis & Civis*, de principiis primum ac norma actionis humanæ agitur: sic in disciplina Officii Christiani de diviniore ejus principio, gratia: de lege divina: de vetere ac novo, externo internoque homine, carnis ac spiritus lucta: de Conscientia denique, & illius cum dictamine tum vulneribus erit dispiciendum. Ut in Universali Jurisprudentia ex *triplici*, quod ajunt, *Objecto* officia partimur: sic Paulum in Theologia morali rectissime imitabimur, qui zelum bonorum operum vita *pia, sobria, justa*, secundo *Epistolæ ad Titum* capite metitur; simulq; docebimur, vitam mortalium tum demum in his terris fore felicissimam, si Christum sequamur, ejusque præceptis, à Mose jam inculcatis, ipsiusq; Domini Nostri exemplo expressis, omni animi pietate obsecundemus. Deficientibus etiam Tractationis Synopticæ *de Jure Pœnarum* exemplaribus alteram ejusdem Editionem juxta cum *Collegio Pufendorfiano* adornavit Bibliopola, quæ justæ simul commentationis ad Libri II. Cap. XIII. vicem potest sustinere; & quoniam benevole à publico excepta fuit, non deteriorem apud Lectores cordatos

existimationem Collegio nostro pollicetur. Sub finem triplex Operi Index, in postrema ejus relectione à nobis concinnatus, adjicitur. *Unus* in Tabula Mnemonica totum Opusculi Pufendorfiani, nostræque Commentationis conspectum, contextumque, ob oculos ponit. *Alter* Scripturæ loca, Legesque sacras, ac exempla Sanctorum à nobis vel exposita vel vindicata enumerat. *Tertio* res præcipuas atque argumenta notabiliora sumus complexi. Quod restat, hoc unum est. Cum nemine nos altercaturos; neque eorum caussa, quæ displicere forsan aliis poterunt, disputationem defensionemve suscepturos, vel & instituere facile posse; qui hoc, quidquid restat, brevis ævi, docendo ac prædicando Evangelio Jesu Christi in Ecclesia & Academia, qua par est fide, impendere jussi sumus, ipsique candidè libenterque profitemur, diem utique doceri à die, & invenire hodiernum, quod præterierat hesternus; verique animis mortalium sensim sese ingerentis, incrementa, nihilque demum à vera solidaque eruditione tam alienum esse, quam vel de verbis litigare, vel in eos iracundiam exercere, qui sua non culpa cœcutiunt, ac nobile verum nondum queunt amplecti.

Itaque, si cupis, hac opera cum aliis fruere, Lector benevole: Deumque nobiscum ora, qui pulsis, quæ mentem nostram circumstant, tenebris, cœlestem nobis sapientiam impertiat fervetque, ac augeat; castam nimirum illam: deinde pacificam: æquam: obedientem: plenam misericordiæ optimorumque fructuum; expertem denique disceptationis ac simulationum. Ut fructus justitiæ in pace seminetur facientibus pacem, fulgeatque in nobis Lumen, ac perennet Rectitudo. Scripsi Tubingæ Kal. Novembr. M D CC IX.

COLLEGII PUFEN

EXERCITATIO

SYNOPTI

§. I. Quæstio juris, non facti, an sit Philosophia bus humanis qua talibus? Ac de

§. II. Homin. ut tali, tria

De Intentione quidem

modi adpellationes.

ticæ generaliter. §. V.

Etymon, quam ex

Philosophiæ Eclectic.

quæ condito Philosophiæ

cam, ad usque tempora

Historia Philosophiæ

rum Otto Heurnius,

Africana item, Æthiopica, &

Chinensium, de quorum

nitio. §. IX. Europæi, Thomas,

quitur (III.) Historia Gal. Æ. Corii

sub qua & §. XI. Platonici,

imprimis Danhaueri.

que ejus ac meritis; præsipue

De ea judicium Hieronymi.

conditor Pythagoras.

mendantur etiam

mittenda III. Eclectica,

bus Pyrrhonia.

sendus. Eclecticis

storia hujus pr.

rum H. Grotii, &

imprimis de scopo

præcellerit? Obiter,

etiam, ac ejus fundamenta,

theoretica, & practica

§. XXIII. Momenta

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [12] - -
PUBLIC DOMAIN

בשׁ

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO PRIMA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

§. I. Quæstio juris, non facti, an sit Philosophia ac Scientia Juris de actionibus humanis qua talibus? Ac de utilitate præcipuè hujus disciplinæ. §. II. Homini, ut tali, tria competunt: Contemplatio, intentio, oratio. De Intentione quidem heic agitur. §. III. Variæ disciplinarum ejusmodi adpellationes. §. IV. De ortu progressuque Philosophiæ Practicæ generaliter. §. V. Historia Philosophiæ Moralis, & quidem (I) *Ebræorum*, quam ex instituto pertexuit Buddeus. Additur Specimen *Philosophiæ Salomoneæ*, ex Ecclesiastria à nobis concinnatum. §. VI. quæ conditio Philosophiæ Ebræorum post captivitatem Babylonicam, ad usque tempora D N JESU CHRISTI? imo nostra? §. VII. Historia Philosophiæ Moralis (II) *BARBARORUM*; de qua specialim Otto Heurnius. ubi *Asiatica*: Chaldaica, * Persica, Indica, Phœnicia, *Africana* item, Æthiopica, & Ægyptiaca. § VIII. Rursus *Asiatica*: Chinensium, de quorum Confucio ac moderna philosophia è Leibnitio. §. IX *Europæa*, Thracum, Celtarum, Germanorum. §. X. Sequitur (III) *Historia GRÆCORUM*, quorum Philosophia, ut generatim omnis, sic practica varias in sectas crevit; I. *Jonicam* nimirum, sub qua & §. XI Platonica. De Platone judicia Virorum Doctorum, inprimis Danhaueri. §. XII. & Peripatetica. De Aristotele, scriptisque ejus ac meritis, præcipuè è Gassendo. §. XIII. ac demùm Stoica. De ea judicium Hieronymi. §. XIV. Jonicæ successit II. *Italica*, cujus conditor Pythagoras. De ea Scriptor ex professo Jo. Schefferus. Commendantur etiam Jo. Reuchlinus, & Omeisius. §. XV. Nec prætermittenda III. *Eleatica*. Sceptici qui? Sextus Philosophus de hypothesibus Pyrrhoniis. § XVI. Secta *Epicuri*, & Epicuræorum. De ea Gassendus. *Eclectici* in moralibus, ex Hertio. §. XVII. Scriptores de Historia Jurispr. Naturalis. De Methodo Aristotelica. §. XVIII. Institutum *H. Grotii*, & *Pufendorfii*, ac de hoc specialis recensus. § XIX. Inprimis de scopo Operis majoris & minoris. § XX. Qua methodo processerit? Obiter, quid *metapolitica?* §. XXI. De Opere minori speciatim; ac ejus fundamento, *Socialitate* § XXII. De beatitudine theoretica & practica. Commendatur Dissertatio Rœtenbeccii. §. XXIII. Monitum practicum.

§. I.

* *Referri huc debet egregius liber*, Thomæ Stanleii *Historiæ Philosophiæ Orientalis, quem recensuit, & ex Anglica Lingua in Latinam transtulit, notisque in Oracula Chaldaica auxit* Jo. Clericus, *Operâ Philosophicorũ, quæ A. 1704. prodiere, Tomo altero. Rem omnem IV. partibus complexus est* Stanlejus, *quarum prima de Chaldæis: altera de Persis: tertia de Sabæis agit, qui libros sibi esse à Setho & Edrî contendebant. Quarta Chaldaica Zoroastris ejusque discipulorum Oracula recenset.*

§. I.

Esse * aliquam de Actionibus humanis, sive ** scientiam sive prudentiam, iisdem fere argumentis evincitur, quibus alias existentia Juris naturalis (a) demonstratur. Quippe eam heic præcipuè disciplinam intendimus, quæ circa actiones humanas, præcisa civili aut positiva lege consideratas, & quatenus *solo isto omnibus connato Jure* reguntur, eoque nomine vel rectæ vel pravæ, justæ aut injustæ sunt, occupatur. (b) Jurisprudentiam perpetuam vocavit Grotius. (c) Universalem hodie Naturalemque communiter adpellant. In qua tradenda sic versatus est Noster, ut pulcherrimum simul Practicæ totius Philosophiæ Systema proposuisse videatur: quod quidem, servato inprimis ordine, commodèque præmissis ab ipso Prolegomenis, recte prudenterque factum existimamus. (d) Cæterum licebit nobis in palmario, omnibusque obvio argumento subsistete, quod ab hominis præter cæteras animantes præstantia atque dignitate desumitur. Cujus uti duæ sunt in mente Facultates, *Intellectus & Voluntas*; utramque vero in Corpore, velut organica mentis officina, sermocinandi Facultas comitatur: sic Homini, quatenus tali, tria præcipuè competere manifestum est, Contemplationem scilicet, Intentionem & Orationem.

* *Quæstio, ut adparet, Juris est, non facti.*

** *Sic adpellatam quoque è nuperis* D. Kulpisio, *Dissert. 1. §. 4. quod per Demonstrationes elici actionum natura heic possit, ac velut per subsumtiones sub una propositione dignosci.*

(a) *Qualia, videsis infra Exercit. IV. 1.*

(b) *Pro merito hoc argumentum exegit Vir Celeberrimus, Jo. Nicol.* Hertius, *de Jurisprud. Universal. Sect. I. §. 5. &* Kulpis. *Coll. Grot. Exerc. I. 3. 8.*

(c) *de J. B. & P. Prolegom. §. XXXVI.*

(d) *Qui scholæ adiam sequuntur, hi Disciplinæ observant* (1) finem, *vitæ hujus felicitatem, humanæque perfectionem naturæ.* (2) Objectum, *quod sunt actiones humanæ, prout justæ vel secus; idque vel* materiale, *actiones morales, (& quidem externæ, quia hæ solæ inter homi-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [14] - 2
PUBLIC DOMAIN

homines imputantur) *vel* formale, *seu modus considerandi, quo ab aliis disciplinis distinguitur, est naturâ justum vel injustum, rectum vel pravum, semotis legibus voluntariis. Stoici adpellabant officia & huc referebant perfecta, sive per se recta:* media *autem pertinentad Ethicen strictè sic dictam, quæ decus, virtutem, dignitatemq; in actionibus considerat.* 3.) Formam, *quæ consistit in scientia aut quod aliis placet, prudentia. Nentrum à vero abhorret.* 4) Utilitatem, *quæ varia.* Primum, *quia res interdum est cum alienis à vera religione, quique non aliud quam JUSTUM Naturale admittunt, nec alia ratione injuriæ impietatisque, quam ex hac Lege rei aguntur. Notum Christianis, quantum eam Amuratbus contra Ladislaum perjurum urserit.* II) *Docentur hoc Jura, quæ gentes gentibus connectunt, quæ regnandi parendive ubivis Juribus, imò etiam juribus privatis, communia quædam ac perpetua fundamenta substernunt,* III.) *Scire multum refert, quid juris sit naturalis, ut à positivo, quod à libera voluntate ortum habet, secernatur; item quid ex naturæ dictatu ut debitum, aut tantum LAUDABILITER præstetur.* IV.) *Etiam præcepta revelatæ religionis* generalia *ex Jure naturali subinde interpretationem recipiunt. Cujus rei exemplum habemus Machabæorum tempore quod accidit; cum enim vis hostilis in Sabbatho Judæis immineret, an quiescendum esset, an verò arma sumere liceret? graviter ambigebatur. Confligebant inter se duæ Leges: una naturæ, se suosque à vi injusta & crudeli defendere: altera exactam illo die ab omni alio opere abstinentiam præcipiens. Demum prævalnit sententia, quæ Legem naturæ Legi positivæ anteferebat. 1. Macc. II, 36. IX, 44. Matth. XII, 4, 11. Luc. XIII, 15. Jo. VII, 23.* V.) *quia defectus Legum Civilium suppleri aliunde non possunt: & experiuntur hodie viri summi, plus proficiRationum naturalium allegatione, quam auctoritatibus centum Doctorum. Rationibus pugnandum, non auctoritatibus. Illas autem præclarè invenies in penetralibus Juris Naturalis.* VI.) *Nullius gentis Jura Civilia penitus intelliguntur, nisi ab iis, qui peritia Juris naturalis præstant. add. Bœcler. ad Grot. Præfat. p. 32.* VII.) *Grotio hæc doctrina* de Jure Belli & Pacis *inscribitur, non velut solum de Jure illo Majestatis circa bellum ac pacem agat: sed stylo Ciceronis, qui dixit* Pompeji *singularem quandam laudem & præstabilem scientiam fuisse in Universo belli Jure ac pacis. Antea velut species allegaverat scientiam de fœderibus,*

Officia quotuplicia?

Usus Jurisprud. universalis, quis? & qualis?

ribus, actionibus, conditionibus populorum, Regum, cæterarũ nationum; Orat. pro Luc. Corn. Balbo c. 15. add. Henniges. ad Grot. p. r. seq., VIII.) *Debent omnino, quæ ex* constituto *veniunt à naturalibus rectè separari. Rationem vidit ὁ Πάνυ, Proleg. §. 30.* IX.) *Expositio Legum forensium adhuc desideratur, quæ magnum ex his literis capiet adjumentum. Addatur denno D. Hert. de Jurisprud. Univ. Sect. I. §. XXIV. seqq.*

Unde hauriendaPhilosophiæ cognitio?

c) *Ita Philosophiæ hominisque naturam, non ex aliorum opinione, sed ex sollicita ipsius hominis consideratione investigamus.*

§. II.

Contemplatio per universam, qua patet, Philosophiam (a) *Objective* diffunditur; Ad intentionem verò actiones præcipue voluntatis, adpellatæ κατ' ἐξοχήν humanæ, referuntur; Quùm autem non alibi prius, quam in Ipso Homine per Naturam decisa illarum natura sit: igitur opus est, ut quæ Sapientissimus Conditor menti nostræ clarissimis characteribus inscripsit Moralis Rectitudinis principia, è nobis ipsis velut eruamus, ex iisque, tanquam primis causis, (b) peculiare hoc, rebusque mortalium utilissimum Philosophiæ genus de Actionibus Humanis constituamus.

(a) *non damnat Apostolus Philosophiam, sed per figuram* ἓν Μὲ δυοῖν *exaudiendus est, q. d.* Μὲ κενῆς ἀπάτης, τῆς Μὲ Φιλοσοφίας, *ne vos decipiat per inanem deceptionem, quæ fit per philosophiam. Col. II, 8 quæ elegans h. l. Grotii expositio est. Cæterum in Sacris quoque, ut Daniel. I, 4. tres cognitionis modi vel gradus indigetantur.* 1) מַדָּע 2) דֵּעָה 3) חָכְמָה *ubi per primum, sunt, qui intelligant Legem Mosaicam, aut Theologiam Philosophiamque theoreticam universam: per* דֵּעָה, *sive prudentiam, philosophiam de moribus, re familiari ac civili, qualia multa apud Solomonem: per* מדע *sive disciplinam, artes metiendi, numerandi & historiæ cognitionem.*

qui modi cognitionis apud Hebræos?

b) Rob. Schattok. *de Off. S. J. N. c. II. n. 1, 79 & Grot. de J. B. & P. in Proleg. è veteribus inprimis* Musonius *ap. Stobæum, Serm. 114, ubi probat unumcujusque naturam unumquodque ad suam virtutem docere.*

§. III.

§. III.

Quoniam verò vita humana, *qua talis*, in actionibus humanis *Formaliter* consistit; ac de his variæ insuper *affectiones*, *necessitudo*, *licentia*, *bonitas*, *malitia*, *justitia*, *injustitia*, *meritum*, *demeritum*, earumq; quantitates, rationes, proportiones, petitis *cum* ex ipsa primorum, nobiscumque natorum principiorum connexione, tum ex humana conditione argumentis, demonstrantur: idcircò hoc philosophiæ genus Actionum humanarum scientia, sive prudentia solet adpellari. Alii Moralem Philosophiam nuncupant, quod vitam humanam, mores potissimum, hoc est, ex arbitrio constitutæ consuetudines, aut inclinationes regant, quæ & ipsæ certis per philosophiam Regulis dirigendæ sint: cui non adversa Civilis Philosophiæ adpellatio est, quod homo peculiari instinctu feratur ad societatem, cujus ultimum veluti complementum est civitas, inimica verò est vita solitaria.

quæ Synonyma Philosophiæ practicæ?

§. IV.

De Ortu & Progressu hujus Philosophiæ videndus præcipuè Henricus Julius Scheurlius, in Bibliographia Morali, ubi hoc inprimis monet, antiquissimos quosque, non tam eruditionis aut Legum, quam probitatis, justitiæ, constantiæ reliquarumque virtutum consultos fuisse: nunc verò de multis illud Senecæ merito prædicari: Postquam docti esse cepimus, boni esse desiimus. Atque hinc factum, ut quum de corporum naturalium natura, varietate, principiis fuse disputatum à veteribus esset, pauci ad Morum disciplinam justa *pædias* ratione excolendam animum adplicuerint. Quod & sua jam ætate miratus Tullius in Tusculanis; Cur, inquiens, cum constemus ex animo & corpore, corporis curandi tuendique caussa quæsita sit ars ejus atque utilitas, DEI immortalis inventioni consecrata: animi autem medicina nec desiderata sit ante, quam inventa?

nec tam culta, posteaquam cognita est, nec tam multis grata, & probata, pluribus etiam suspecta & invisa; donec tandem Socrates, relictis subtilioribus contemplationibus, de vita moribusque humanis, tam solicitè solerterque philosophari cœpit, ut quæ sunt supra nos, nihil ad nos pertinere asseveraret; &, quæ Ciceronis denuo vox est, philosophiam à rebus occultis & ab ipsa natura involutis ad vitam communem adduceret.

§. V.

De Philosophia Hebræorum.

Sed distinctius hæ, Philosophiæ de Moribus, origines tradi merentur; curabimusque defectui in vulgatibus libellis, quantum licet, mederi. Ac primum quidem omnium ad *Hebræorum* Philosophiam, recurrendum heic est; quippe quæ & antiquissima est, & ab ipso orbis ortu originem trahit: ac perfectissima simul, & ad earum rerum cognitionem nos ducit, quam ab aliarum gentium Philosophis frustra quæsieris. Docet illa, cœlitus inditam concreatamque primo homini Sapientiam Justitiamque, ac illum adeo in ipso Summo hominis Bono, *societate nimirum ac unione cum DEO conditum fuisse.* Atque hæc sapientia licet per lapsum, quoad naturæ quoque sphæram, imminuta labefactataque multum sit: deperdita tamen non penitus est, atque à Setho exculta, (a) ab ejusdemque posteris propagata. Quos inter, ut alios infra laudandos præteream, præcipuus fuit *Moses*, suæ non minus gentis Liberator, quam veræ & divinæ Philosophiæ maximus Restaurator, (b) Idemque Pentateuchi auctor. (c) Ejus Moralis Civilisque Philosophia perfectissima est; certè mali originem frustra alibi, quam in Mose quæsieris. Miseriæ autem fontem intelligere, omnis sapientiæ ac felicitatis initium est. Cuncta etiam in compendio complectitur celebri hoc effato: *Dominum Deum Tuum toto corde, toto animo, tota mente amato: & alterum ut te ipsum.* (d) Vera enim hominis felicitas in amore ordinato, quo Deum

supra

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [18] - 6
PUBLIC DOMAIN

ſupra omnia, & alios homines ſicut nos ipſos diligimus; conſiſtit. Officia quoque omnia in hoc effato continentur, facili negotio inde derivanda. Omnes (e) poſt Moſen ſapientia ſuperavit *Salomo* (f), cujus *Proverbiis Ethicen*, & *paranetice* quidem contineri dixit Euſebius: de ſumma vero hominis felicitate agit ejus *Eccleſiaſtria*, & ut *Proverbia* Aretologiam, ſic Eccleſiaſtes *Evdæmonologiam* juſto practicoq; Commentario proponit. Generaliter enim oſtenſo, in rebus creatis ſummam hominis felicitatem, quocunque illæ nomine veniant, non deprehendi, cap. 1, 2. (h) ad ſpecialia, ſingulorumq; fere Bonorum enumerationem conſiderationemque deſcendit. Ac tametſi poſt ejus tempora in præceps omnia iverint: nunquam tamen defuere Hebræorum genti *ſanctiſſimi vates*, qui & ſapientiam docerent, moresque populi emendarent. Quos inter, in ipſa captivitate Babylonica *Daniel* fuit, ſapientia non minus quam probitate morum conſpicuus, (i) à quo ut & *Ezechiele*, qui inter gentiles vivebant, hos multa didiciſſe valde eſt vero ſimile.

Philoſophia practica Salomonis.

a) *Proſtat* Joannis Franciſci Buddei *Introductio ad Philoſophiam Ebræorum, quam hoc penitus conſule.* Sethum *inſigni pietate fuiſſe præditum, eaque filios ſuos poſterosque imbuiſſe, vel ex eo colligi poteſt, quod filiorum Dei nomine, in Scripturâ Sacra inſigniantur. Succeſſit* Enoſus. *quem excepit* Methuſalemus, *cujus ut & cæterorum longævitas pro ſapientiæ ac philoſophiæ eorum argumento recte reputatur. Hic Filium reliquit* Noachum. *cujus ſapientiæ monimentum extat in celeberrimis, quæ vocantur, Noachidarum præceptis, Hunc ſequutus eſt* Semus, *a quo inprimis* Abrahamus *Antiſtes ſapientiæ ſummæ. cujus hæres extitit* Iſaacus, *à quo in Jacobum derivata, tum etiam ſe prodidit, cum ſingulari ſolertia naturæ vires adjuvaret, ovium q; colorem ad ſui gregis augendum numerum immutaret. E filiis laude ſapientiæ floruit* Joſephus. *Quo etiam circiter tempore* Jobus *vixiſſe fertur cui in Hebræorum gente vel hoc argumento locus conceditur, quòd ea quæ de ejus Amicis narrantur, ex Abrahamo illum deſcendiſſe evincunt. Quæſtionem is tractavit, quæ maxi-*

mè practica est, & omni tempore Philosophorum ingenia torsit: Quare bonis viris mala accidant? *cum sit* providentia. *conf.* Witsius *Miscell. To. I, L. 1. c. 16. §. 23.*

b) *Chemiæ quoq; peritissimus, ut apud* Buddeum *contendit* Borrichius, *quod aurum combusserit, in pulveremque redegerit. Atqui solo igne, absque chemiæ subsidio liquari quidem aurum, nullo autem modo in pulverem redigi posse.*

c) *an & Kabbalæ, sive exotericæ philosophandi rationis? conf. Buddeus XIII. pag. 36. Paganorum de Mose testimonia congessit Vossiani de Sectis Philosophorum Operis Continuator Rysselius cap. II, § 5 p. 130, 131.*

d) *Buddeus §. LIII. p. 395.*

e) *qualis fuit* Josua, Judices plurimi, Samuel, David *præcipuè*, homo prudentissimus, *ac varia fortunæ exercitus.*

g) *Præpar. Evang. II, 2, add. Placcius de augenda Ethica c. 1. text. 2. n. 3. p. 23.*

Evdæmonologia Salomonis.

h) *ut* quod nec in usu terræ: *quid enim miserius, quam terram manere, quæ hominum caussa facta est, & ipsum hominem, terræ Dominum in pulverem dissolvi? Eccles. I, 4. Adde quod usus rerum terrenarum non semper in nostrâ sit potestate, II, 24.* nec in studiis aut laboribus, *quippe molestiarum plenis, I, 13. & quod cum magna sapientiâ magna etiam sit indignatio. I, 17.* Wer viel siehet und weiß/ wie es gehen solte/ der gedencket: Ach wie heilloß und schändlich gehet es in dieser Welt! *ut* Lutheri *habet adnotatio; nec in* divitiis, *II, 1. quid miserius, quam divitias corradere heredi pleraque consumturo? II, 18. adde, quod nihil, præter oculos, iisdem satiatur. IV, 8. V, 9. nec sunt perpetuæ, sed & noxiæ plerumque V, 12. nec* in providentia humana *futurorum; quia singula tempus habent, III, 1. sq. nec* in voluptate. *Risum vocavi errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? II, 1. nec* in cæteris, *quæ externo videntur oculo, quia ferme eadem cum brutis conditio hominis exterius videtur, III, 19. justusque in sua perit justitia VII, 16. IX, 2.* non inf vore *Principum, aut eorum potestate, quia superior est in cœlis, & vind. V, 7. Prorsus ut* Seneca:

Quidquid à vobis minor extimescit:
Major hoc vobis Dominus minatur;
Omne sub regno graviore Regnum est.

nec

nec favor humanus *pro merito obtingit, IV, 1, 4.* nec in vita, *qua ipsa mors melior, VII, 1, 2.* nec in sapientia humana, *quæ imperfecta, scopumque non attingit VIII, 17. non est velocium curtus, nec fortium semper victoria IX, 11 imo præstat aliquando habere modicum stoliditatis X, 1. non* in dignitatibus, *quæ & citra meritum dispensantur, ac stolidis obtingunt, X, 7. seq. Tandem c. XII, 8. redit ad primum unde initium fecerat.* Vanitas Vanitatum, *evolutisque omnibus, quæ homini in mentem venire possunt, ait: cæteris quidem rebus uti nos posse cum modo: eum autem Beati nomen, quatenus hæc vita capit, mereri, qui in omnibus id agit, ut DEO placeat; in eoque esse summam tam sapientiæ quàm tranquillitatis.* Summa Doctrinæ est: *Deum time, & mandata ejus custodi. In eo totum est hominis Bonum.*

i) *Buddeus §. 15. p. 46, 47.*

VI.

Post redditam patriæ gentem, præter *Zorobabelem*, *Nehemiam*, *Haggæum* item & *Zachariam* ac *Malachiam* eminuit *Esdras*, * vir sapientissimus, ac de restituendo cultu corrigendisque populi moribus vehementer solicitus. Ac tametsi Samaritanorum (a) improbitate multum damni veræ sapientiæ studio fuerit illatum: Ortique sub ea tempora Helleniſtæ turbas dederint (b): ac sectæ insuper, apud Hebræos, variæ: *Pharisæorum* (c) puta, Essæorum (d), & Sadducæorum (e) ortæ fuerint: non tamen omnino nulli fuerunt viri sapientiâ præstantes; in quibus præcipuam laudem meretur *Jeschua ben Syra*, cujus liber sub titulo Ecclesiastici inter Apocryphos comparet, & in Thalmude sæpius allegatur. (f) Rabbi item Hillel, natus ante Christum annis CXII, Pater ut ajunt, Simeonis, qui Servatorem nostrum ulnis complexus est; (g) porrò *R. Schammaj*, qui postmodum in Academiæ Præfectura Præceptori collega datus, æmulatione quadam accensus, in diversas à Magistri placitis abiit opiniones. (h) Hilleli successit *Gamaliel* Pauli Præceptor, Filius Simeonis,

nis, τὴν Θεοσοφίαν: & Rabban *Simeon*, *Gamaliel* item Jannenſis, & alii à Buddeo ordine recenſiti (i). Ac in tanta doctrinæ morumque corruptione magnus tandem Reſtaurator priſcæ veræque Sapientiæ ſurrexit *JESUS CHRISTUS*, Lux ipſa, Veritas & Sapientia, qui & ipſe priſtinam Sapientiam ſuo nitori reſtituit, & per Apoſtolos ſuos reliquis Gentibus ſaluberrima veræ Sapientiæ præcepta repeti annunciarique curavit (k). Cæterum è recentioribus Judæis omitti non debet Majmonides illuſtri Opere, quod Jad Chaſaka inſcripſit; itemque in Ductore Dubitantium, à Buxtorfio in Latinum verſo, ac inprimis in *Canonibus*, quos ſcripſit *Ethicis*, à Georgio Gentio Latine factis, notisque illuſtratis. (l)

*) Esdras *omne Inſtrumentum Judaicæ literaturæ reſtauravit. Tertullian. de Cultu fœminarum p. 461. Edit. Baſil.*

a) *Templum in monte Garizim ædificantium: ritus externos & ceremonias rigidè obſervantium, quæ res ſi palmarium in religione faciat negotium, nunquam non cum neglectu emendationis interne conjuncta eſt. add. laudatiſs Buddeus §. XVII.*

b) *Græcanicam Philoſophiam cum Ebræa conjungentes; quos inter fuit Ariſtobulus, qui apud Clementem ait, Pythagoram, Platonem, cæterosque Philoſophos Græcanicos ſua ab Ebræis accepiſſe. Cæterum inter Helleniſtas illos inſignis fuit* Philo Senior, *quem CLX. ante Chriſtum annis floruiſſe ajunt; & pulcherrima Philoſophiæ Ebræorum ſpecimina reliquiſſe manifeſtum eſt. Ei à magnis viris tribuitur* Liber Sapientiæ.

c) *Quos* Phariſæos *rectius Hypocritas & Sophiſtas, quam Philoſophos dixeris. Statuerunt quoque animarum transmigrationem, & omnem fere cultum Numinis lotionibus aliisque ritibus abſolvi docuere.*

Eſſeni, qui?

d) *ex Eſſenis primum legimus memorari* Judam *quendam, apud Joſephum. Hi commendantur ob morum ſanctitatem pietatemque; ſolitarium vitæ genus, à ſtrepitu urbano remotum ſectabantur: Sacrificare in templo nolebant, & relicto ſenſu literali arcanum atq; Symbolicum in Scriptura S. ſectabantur. Bona inſuper omnia habebant communia, & uxores non ducebant. Buddeus §. XXI. Eos Therapeutas*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [22] - 10
PUBLIC DOMAIN

pentas Philoni dictos, non verò Christianos fuisse contendit Buddeus. Extat tn. Thomæ Brunonis, Canonici Windesorienſis, de hoc argumento Dissertatio, à P. Colomesio edita, & Epist. Clementinis subnexa.

e) *à* Sadoko, *Antigoni Sochæi Discipulo dicti. Cum autem Antigonus docuisset, DEO non ita serviendum esse, ut servi Dominis, spe mercedis serviant: Sadok & Baithus eo sententiam extendit, ut dixerit, DEO serviendum esse sine spe retributionis. Unde collegerunt, nullas pœnas, nulla quoque post hanc vitam expectanda esse præmia; animas cum corpore interire: nullos esse Angelos aut Spiritus, nullam providentiam. Matth. XX, 23. Act. XXIII, 8.*

Contextus doctrinæ Sadducæorum.

f) *Buddeus ad §. XXII. lit. a. p. 78.*

g) *idem p. 82.* h) *d. l. p. 13. seq.* i) *l. c. p. 87. 88.*

k) *Buddeus §. XXIII. qui etiam Josephi testimonium adducit, roboratque, quod JESUS fuerit Ἀνὴρ Σοφὸς, verus Philosophus; Archæol. XVIII, 4. De Christi & Apostolorū Philosophiâ videndus Georgius Hornius Histor. Philos. Lib. V, cap. I, II, III.*

l) *Amstelod. in 4. 1640.*

VII.

Atque sic, post Moralis Hebræorum Disciplinæ Historiam de Barbarorum * Philosophiâ agendum est. (a) Quo sub nomine Græci, omnes sapientiæ cultores intellexerunt, quotquot apud exteras gentes, extra Italiam Græciamque philosophiæ studio innotuere (b). Quos inter primi sunt Chaldæi, (c) antiquissimum, Ciceroni, Doctorum genus; qui tametsi Astrologiæ potissimum, ac somniorum, natalitiorumque, ut vocant, thematum interpretationi operam dedere: quin tamen abs Abrahamo, viro utique probo ac justo, practicæ scientiæ fundamenta hauserint, non dubitamus: quemadmodum ab eo quoque, postea conversō, ad *Ægyptios* (d) majorem de vita rectè justèque instituenda scientiam pervenisse ex eo manifestum fit, quod is, fame Chananæam premente, ad eos profectus est, & Regem, Saram conjugem ipsius ducere volentem, sed divinitus commonitum, meliora sine dubio edocuit, Regisque ejusdem indultu cum præstantissimis doctissimisque Ægyptiorum

conversatus est. Sed & Jacobus ejus Nepos in Ægyptum migravit cum familia, cujus Princeps Josephus Ægyptiorum Primores informasse memoratur, Ps. CVI, 22. Et quando Ægyptios Macrobius omnium Philosophiæ Disciplinarum Parentes adpellavit, practicam utique partem subintellexisse est existimandus. Sed & Persis, ac Medis Parthisque hæc studia neglecta non fuisse testis luculentus est Cicero: ac Magos in Evangelio communis eruditorum consensus Persas Philosophos dicit. (e) Vixit etiam inter eos *Daniel*, Cyri præceptor, & qui Maximo Regi nomen ejus proprium ab Esaia CCX ante annis prænunciatum ostendit, Es. XLV. 1. Jerem. XXV. 13, 39. 10. Post hos referendi sunt Indi, (f) quorum Philosophi Gymnosophistæ duplices erant: alii Brachmanes, alii Germanes, interque hos quidam Hylobii, id est, Sylvicolæ. Magna ipsorum abstinentia continentiaque fuit. Phœnices denique, quæ Gens Judææ simillima fuit, eoque discendi sine dubio occasionem ab illis amplissimam habuit. (g)

* *Scripsit de hac Philosophia ex professo* Otto Heurnius. *Addi debet plura cupientibus* Jo. Jonstonus, *Holsatus, de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ Libris quatuor.*

a) *Nam ad duo potissimum genera referri antiquissimos Philosophos referunt Diogenes Laertius, de vitis Philosophorum L. 1. & Clemens Alexandrinus, Stromatum primo.*

b) *Sic G. J. Vossius de Sectis Libro, c. 1. §. 2.*

c) *& hi quidem, ut & cæteri plures, Græcis antiquiores, ne his quidem diffitentibus, ut ex Clementis loco adparet, quem Vossius excerpsit, I, 2. Chaldæi, quos, & Babylona accessit Pythagoras, & veneratus coram est Democritus; Inter Scriptores notus est Berosus & Michael Psellus. Voss. I, 9, 10, 11.*

d) *Ægyptii abs Abrahamo edocti, Joseph. Archæolog. I, 8. Vossius d. l. I, 7, 3. Gen. XII, 13. seq. Moses etiam* ἐπαιδεύθη πάσῃ σοφίᾳ αἰγυπτίων, *Act. VII. 22. add. Voss. II, 2. p. 11. Cæterum hi ad Afros pertinent, eorumque Philosophia latissimè patuit, Voss. II, 8. p. 16, 17.*

e) *Persæ ad Asiaticos relati,* οἱ Μάγοι, *Matth. II, 1. Equidem Grotius Arabes*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [24] - 12
PUBLIC DOMAIN

Arabes fuiſſe autumat: ſed nomen Magorum apud Perſas familiare fuiſſe, nemo ambigit, & Magos in Perſia Strabo, Cicero, Plato collocant. Extat Schich Sadi Scriptor Perſicus elegantis libri, cui titulus: Hortus Roſarum, ab Adamo Oleario, Legationis Holſaticæ ad Regem Perſarum nupero ſeculo Secretario in Germanicum converſus. Quæ monita ut ad Ethicam, ſic ad univerſam de Moribus Philoſophiam omnino pertinent. Perſis dictus Liber eſt Güluſtan, & Hiſtorias Morali adplicatione illuſtrat. Add. Tho. Hyde *Hiſtoriam de Veteri Religione Perſarum.* Schich Sadi.

f) Indi, *quos tamen pudore nullo, nudos ſemper fuiſſe, Voſſio non eſt credibile. Edidit A. 1697. Seb. Godofr. Starkius Specimen Sapientiæ Veterum Indorum.*

g) *Phœnices, cui Genti literas ſeſe debere fatentur Græci.*

VIII.

Præter Barbaros quos recenſui, *Aſiaticos*, Chaldæos nempe, Perſas, Indos, Phœnices; Afros item, Ægyptios nimirum, ac Æthiopes; (a) nominandi inprimis ex *Aſiaticis* denuo veniunt Chinenſes, quorum Philoſophus *Confucius* ante Chriſti Servatoris ortum Anno DLI. floruiſſe memoratur, & cujus Scientia practica è Lingua Sinica in Latinum ſermonem juſſu Regis Galliæ Ludovici XIV. à quatuor Patribus Societatis JESU converſa, prodiit Pariſiis, (b) Anno MDCLXXXVII. Ei per annos bis mille, atque amplius, multum honoris grata Sinarum poſteritas exhibuit: ejusque Nepos ordine *ſexageſimus octavus* hodie ſuperſtes perpetuo & hæreditario Cum, hoc eſt, Ducis titulo & dignitate; raro quoque privilegio, ſcilicet immunitate à pendendis vectigalibus gaudet, & ab omnibus, qui ſingulis trienniis ad Doctoris gradum evehuntur, pignus aliquod grati animi, & quaſi minerval, quod Avo ſolvere nequeunt, accipit. Summa doctrinæ illius cum ſolida morali ſcientia convenit, & ad rectè formandam vitæ rationem manuducit. (c) De modernis Vir Illuſtris *Leibnitius*; Quis, ait, olim credidiſſet, eſſe gentem in orbe terrarum, quæ nos opinione noſtra ad omnem

Quæ Chinenſium Philoſophia?

Recenſus de ea G.G. Leibnitii.

mnem morum elegantiam usque adeo eruditos, tamen vincat vitæ civilioris præscriptis? & hoc tamen in Sinensibus nunc experimur, ex quo illa gens nobis notior facta est. Itaque, si artibus operatricibus pares simus: Si scientiis contemplativis vicimus: certe practica philosophia (quod propemodum fateri pudet) victi sumus, id est, Ethicæ & Politicæ præceptis, ad ipsam vitam usumque mortalium accommodatis. (d)

a) *Æthiopes*, Afri, *quorum Doctores quoq; dicti Gymnosophistæ. Q. Septimius, Christianus Poeta, primos Æthiopes Ethicam docuisse tradit:*

Primi justitiam Æthiopes docuisse feruntur,
Et primi coluisse Deum, ritusque sacrorum
Et cultus cantusque pios didicisse, & honestis
Artibus instravisse viam.

Quod se non credere ait Placcius, de augenda Ethica c. 1. textu II, p. 25. De modernis prostat Jobi Ludolphi *Historia Æthiopica; ubi demonstravit, Gentem esse vetustissimam & optime moratam, adolescentes aureæ plane indolis, & innocentiæ majoris, quam quisquam credere possit. Vide appendicem, quæ A. 1693. prodiit p. 6.*

b) *Transtulere Confucium* Prosper Intorcetta: Christianus Herrtrich; Franciscus Rougemont: & Philippus Couplet.

c) *conf. Placcium de augenda Ethica, qui tamen Confucium nondum viderat, I, 2, 10. p. 25. 26.*

d) *Leibnitii Novissima Sinica, præfatione; ubi legas cum admiratione. De Confucii cultu, ortisque inter Pontificios controversiis extat D. Seligmanni, Theologi Lipsiensis, dissertatio. E parvo* Confucii *libello, quo ille Regem imperandi artem docet, plura disci posse judicavit nuperus Pufendorfii Interpres Gallicanus* Jo. Barbeyracus, *quam ex ingentibus nonnullorum PP. voluminibus. Cæterum regnare hodie alterius Philosophi* Fœ *dicti apud Indos præcepta, cujus discipuli exteriori sua doctrinâ in officio continere populum studeant; interiori autem, maximeque recondita proxime ad* Spinosæ ἀθεότητα *accedant. Quod quidem dolendum vehementer fuerit, optandumque seriis precibus, ut ista vanæ sapientiæ arrogantia stoliditasque vel è Christianorum finibus exterminetur.*

IX.

IX.

Succedant *ex Europæis Thraces*, quorum quæ doctrina fuerit, ex Orphei placitis cognosci potuit. (a) Hos sequuntur *Celtæ* Gallique, quos Philosophiam docuere Druidæ, quorum nomine omnes Galliæ Sapientes comprehendi Cæsar commemorat. (b) Extat de Celtis Ulrici Obrechti Dissertatio, ubi Celtarum nomen sic explicandum esse probat, ut Germanos quoque complectatur. (c) Primaria eorum philosophiæ pars fuit scientia rerum divinarum; atque Celtas, ultra Physiologiam, περὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκεῖν, moralem tractare philosophiam tradit Strabo. (d) *Germanorum* (e) in universum mores eleganter descripsit *Tacitus*; Plus, inquiens, apud eos valent boni mores, quàm alibi bonæ Leges. (f)

a) *Thraces, Europæi. Vossius c. III, §. 4. p. 20, 21. Docuerunt Orphici per symbola & fabulas.*

b) *Galli, eorumque Druides, Cæsar L. VI. 13. p. m. 154. edit. Jungermanni & c. 14. Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata esse existimatur. conf. Notas eo Hotomanni pag. 730. & Brant i, p. 907. sq. & si placet, Orationem nostram, de* Utilitate Peregrinationis Anglicanæ.

c) *antiquissimis enim temporibus populi isti ad utramq; Rheni ripam colentes, Celtæ adpellati fuerunt; ut Dionis verba Lib. XXXIX. habent. Nuperus è nostris Scriptor, D.* Hillerus *eo refert, quotquot in sacris veniunt nomine gentium* Dodanæarum, *sive* Rhodaniarum. *Dissertatione de hoc argumento singulari; ut & in Onomastico S. Via XIV.*

d) *Libro quarto.* (*voce:* Dodanim.

e) Germani. *Scientiam politicam ac militarem belle calluit Arioviſtus, Cæsar. Bell. Gall. I, 34. p. m. 26. & I, 36. 1. Jus esse, respondit, Belli, ut ii qui vicissent, iis quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. Utilis etiam hanc in rem est liber* Pauli Hachenbergii *de Germania media.* (f) *add. Conring. de Origine Juris Germanici c. 1. p. 2. qui Seculo quinto Leges scriptas cœpisse autumat: Francos ei negotio manum admovisse A. Chr. CCCCXXII. Wisigothos Eurico Rege CCCCLXX. circa Annum v. CCCCLXXX. videri latas leges Burgundionum, Rege Gundebaldo. Eas plerasque ut & cæterorum Germano-*

manorum Leges è Codicibus Fuldenſibus jam olim eruit Baſilius Joannes Herold, & Baſileæ edidit MD LVII.

X.

Philoſophia Thaletis.

Viſa Barbarica, ad *Græcanicam* pergamus; quam ita communiter adpellant, quod eam vel ipſi in Græcia viventes Philoſophi, vel à Græcis oriundi fuerint alibi locorum profeſſi. Hujus variæ conſtitui ſectæ ſolent, à loco præcipuè denominatæ tres: *Jonica, Italica, Eleatica.* Quibus ordinis cauſſa ſubjungi poſſunt Electiva & Pyrrhonia. *Jonicæ* velut Pater ac Princeps eſt *Thales Mileſius*, qui, juxta Diogenem, & animæ docuit immortalitatem, & tempore Cræſi Lydorum Regis floruit. Eum ſeptem ſapientum Sapientiſſimum vocat Tullius. (a) Dixit: non ornare faciem, ſed bonarum artium ſtudiis animum excolere, præclarum eſſe. Interrogatus: Τί τὸ θεῖον; quid Deus? Reſpondit: Τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε τελευτὴν, quod initio & fine caret. (b) Nec minus præclarum eſt, quod non facta modo, ſed & cogitata hominum videre DEUM dixit. Etenim interrogatus: Lateretne Deum homo male agens? ne cogitans quidem, reſpondit. (c) Idem pronunciavit: Eadem exſpectanda à filiis, quæ præſtiterimus Parentibus. Percontanti adultero: an juraret, non commiſiſſe ſe adulterium? annon eſt, reſpondit, perjurium adulterio deterius? Sed & hoc nobile ejus effatum fuit: Difficile eſt, ſe ipſum noſſe: facile ab alio moneri: ſuaviſſimum frui, ſive conſequi quod velis. (d) Is Thales diſcipulum habuit *Anaximandrum*, itidem Mileſium: hic docuit *Anaximenem*: & in hujus ſchola crevit *Anaxagoras Clazomenius*, qui primus Mileto Scholam *ATHENAS transtulit.* (e) Anaxagoras auditorem habuit Archelaum Athenienſem, Magni Socratis Præceptorem. (f) Hic, ἁπάντων ἀνδρῶν σοφώτατος, Oraculo dictus Socrates, non equidem Moralem Diſciplinam primus docuit, (nam & Solon (g) apud Athenienſes eam luculenter tractavit, duobus ferme ante Socratem Seculis, & Pythagoras ſeculo tan-

tantum non integro) ſed eam & accuratiore methodo inſtillavit, & ad vitam inprimis communem adduxit, (h) ſicque primus fere è cœlo vocavit, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coegit de vita & moribus, rebusque bonis & malis quærere. Philoſophia is velut Medicina, voce exemploque utendum eſſe tradidit, ac auditorum non minus, quam ſui emendationem curæ ſibi eſſe oſtendit. Præclarè de eo Laertius: Thæetetum ἔνθεον ἀπέπεμψε, divinum factum à ſe dimiſit. Λύσιν ἠθικώτατον ἐποίησε; Lyſin moratiſſimum effecit. Memorat idem Diogenes, Socrate monente plures ambitione motos ad rempublicam, cui gerendæ impares erant, capeſſendam, detumuiſſe; odia liberorum adverſus Parentes inveterata, ipſo moderante, curata: Iphicratique Duci bellico, animum ab ipſo ad fortitudinem bellicam velut inſpiratum fuiſſe. (i) Reliquit Xenophon Memorabilium Socratis integros quinq; libros, quorum primo, præter alia: Socrates, ait, de Rebus humanis differebat ſemper: quum quidem conſideraret, quid eſſet pium, quid impium? quid honeſtum, quid turpe? quid juſtum, quid injuſtum? quid mentis ſanitas, quid inſania? & quæ plura apud optimum prudentiſſimumque Auctorem legi merentur. (k) An aliquid ſcripſerit, &, quas *Leo Allatius* Lutetiæ Pariſiorum edidit anno M DC XXXVII, genuinæ ipſius Epiſtolæ ſint? inter eruditos diſquiritur, plerisque, contra Allatium, negantem ſententiam defendentibus; eo præcipuè argumento motis, quod Plutarchus orationem de fortuna Alexandri ſcripſerit, neque Socratem quidquam, nec Archeſilaum, neque Carneadem, præſtantiſſimos Philoſophos, quidquam ſcripti reliquiſſe. (l) Populum *is ſemper ſuſpectum* habuit, eumque, magnum erroris Magiſtrum ſolitus eſt adpellare.

*) Jonica, *à Jonia, cujus præcipua Civitas Miletus fuit, Thaletis Patria.*

a) *Thales Mileſius, conf. Ciceron. de Legibus II*, 26.

b) *conf.*

b) conf. Buddeus, Ethica Thaletis, §. 10,

c) utinam hæc animis noſtris perpetuo inſideret ſententia, quam è Chriſtianis Prudentius ita eloquitur:

Hic teſtis eſt, hic arbiter:
Hic intuetur quidquid eſt:
Humana quod mens concipit.
Hunc nemo fallit Judicem.

d) conf. denuo Cl. Buddeum, Ethica Thaletis §. 16. ſq.

e) concinne ſic ſatis hæc Hornejus, Philoſ. Civil. I, 1. 5. p. 6. ſeq. Add. Voſſ. de Sectis, c. 5. §. 7. p. m. 27.

f) & hæc Jonicorum Philoſophorum ſucceſſio eſt, tradita à Clemente Alexandrino Stromat. primo, & ab Auguſtino de Civ. Dei, VIII, Socrates, Jonicæ ad praxin Inſtaurator; annos natus ante Chriſtum CCCCL. & quod excurrit

Specimen Philoſophiæ Solonis, & reliqui Geulingii.

g) Solon, *vir Juſtitiæ inſignis, Juſtino II, 7. Dignum Philoſopho effatum, quo ſummam moralis Philoſophiæ complexus eſt:* Νῶν ἡγεμόνα πεῖθε. *Rationem Ducem ſequere. Quo ſenſu Geulingius virtutem definit Amorem rationis. Eſt enim amor rationis, ſive ſtudium ea omnia agendi, quæ ratio divinitus collustrata agenda præcipit. Fuit etiam ejus præceptum.* Μὴ κακοῖς ὁμίλει. *Noli malis congredi. rursus:* τὰ σπουδαῖα μελέτα. *Præclara ſtudioſe meditare. Iterum: Diem ante ſuum beatum dicas neminem, quo Cræſum Lydorum Regem, ne ob divitias ſe beatum putaret, admonuit.*

h) de Socrate Cicero, quæſtion. Acad. & Tuſculanarum quinto, add. Hornej I, 1, 11. p. 12.

i) *Juſtinus Martyr* μετὰ λόγου *Socratem vixiſſe, &* ἀπὸ μέρους *agnoviſſe Chriſtum tradit. Sed nimium utique æſtimans Socratem. Conf. Placcius, de angenda Ethica c. I. text. 2. §. 15. p. 34. & Scheurlius Bibliograph. Morali §. XXXVI. ſq.*

k) *Scheurlius, Bibliograph. Moral §. 29, 30. ſqq.*

l) *proſtat eo de argumento erudita* Godofredi Olearii, *Profeſſoris Lipſienſis Diſſertatio, ad Leonis Allatii de ſcriptis Socratis Dialogum.*

XI.

Quæ conditio Philoſophiæ Platonicæ?

Videri Practica Philoſophia cum Socrate ſuo poterat interiiſſe; exortis, ut fieri omni ætate conſuevit, Diſcipulorum *ſectis*, non tam ad emendationem rerum humanarum, de

quam ad ingenii oſtentationem docentium. Prima inter omnes *Platonica* eſt, ſive Academiæ veteris * ſecta; cujus auctor Plato, Moyſes ἀττικίζων ſive Attice loquens à Numenio, Philoſopho Pythagoreo dictus eſt. De eo judicarunt nonnulli, non tam in diſciplinis tradendis, quam in ſui temporis Sophiſtis ſub perſona Socratis defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exſolvendis, operam maximam ex parte collocaſſe. Cicero quoque: Platonis in libris, ait, nihil affirmatur: &, dum in utramque partem multa diſſeruntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur, (a) *Bæclerus* tamen cenſuit: Juris naturalis fontes, regulas, explicationes, Platone uberius tradidiſſe neminem; verum, qui in rem præſentem deduceret, & ad uſum transferret hanc ſapientiæ partem, ex omnibus Platonis operibus, nondum repertum. (b) Pulcherrimæ profecto ſunt ſententiæ, quas in Critone ex ore Socratis, præceptoris, recitat; ut: I. Manſuetè ſubire decet mortem, & quodvis aliud ſupplicium, priusquam quidquam agamus iniqui. (II) Neque ſi injuriam paſſus fueris, ulciſcendum, ut vulgus putat. (III.) Vi uti nefas eſt, vel contra Patrem, vel contra Matrem, maximè verò omnium contra Patriam. (IV) Neque filios tuos, neque vitam, neque aliud quidquam pluris facias, quam Juſtitiam: ut cum in vitam alteram transmigraveris, valeas illic horum reddere rationem. (c) Scripſit etiam Librum de affectibus, Galeno magnoperè commendatum, ſed ævi injuriâ deperditum. (d) Platonis dogmata omnia retinuit Speuſippus, ejus ex ſorore nepos.

* *Vetus dicebatur Academia Platonica, poſtquam Arceſilas alteram induxit. Voſſius de Sectis XII, 3. pag. 68. Secunda iſta Academia docuit nihil percipi poſſe, eoque in omnibus cohibendum eſſe aſſenſum. Succeſſit Tertia, cujus Auctor Carneades fuit, acris diſputator, qui verum à falſo non diſcerni poſſe, traditur ſtatuiſſe. De quo tamen Lactantius aliter judicat, talia non ex animi ſen-*

tentia dixisse Carneadem, sed indagandæ veritatis causſa. Videndus omninò, ut communi errori obviam eatur, Lactantius, *de Instit. V.*

a) *primo Academicarum.* (16. Edit. Cantabrig.

b) *add. Hertius, de Jurisprudentia universali, Sect. 1. §. 31. p. m. 43. primo Opusculorum Tomo. Legi etiam possunt, quæ post* Jacob. Thomasium *in Orig. Hist. Philos. in Præfat. ad Köpkenii Theologiam Mysticam monuit D.D. Spenerus, §. 6. ubi inter alia refert, optasse Danhauerum, jam Senem, ut ad legendum adhuc semel Platonem aliquid temporis ipsi suppeteret.*

c) *add. Scheurl. Bibliograph §. XXXIII. sq.*

d) *Galenus de cogn. & cur. animi morbis cap. 1. Placcius de augenda Ethica c. 1, p. 36.*

XII.

Quid de Philosophia Peripatetica?

Post Platonicos memorandi veniunt Peripatetici, à modo docendi potius, quam ab Auctoris nomine sic adpellati. Ut enim vulgo creditur, Aristoteles, Princeps hujus ordinis, non ut alii vel sedendo ad mensam, vel stando in cathedra, sed obambulando discipulos in Lycæo erudivit, operasque suas in matutinas & vespertinas divisit. Ex quo orta est distinctio inter περίπατον ἑωθινὸν καὶ δειλινὸν, id est, obambulationem matutinam & vespertinam, (a) Eximio eum elogio ornavit Cicero. In veteri, inquiens, Academia, non ii solum numerantur, qui Academici veteres vocantur: Speusippus, Zenocrates, Polemo, Crantor cæterique: sed etiam Peripatetici veteres, quorum Princeps *Aristoteles*: quem, excepto Platone, haud scio, an recte dixerim Principem Philosophorum. (b) Eum ut in aliis Philosophiæ partibus, ita in Morali quoque bene se gessisse, loquuntur ejus Libri ad Nicomachum decem (c) & ad Eudemum septem, & Magnorum Moralium Duo. Usus est methodo aperta, accurata, definiente pleraque ac ordinatè tractante. *Arnobius*, Scriptor pro Christianis, virum ingenio præpotentem, atque doctrina præcipuum dixit. (d) Finem humani Intellectus vocavit *Hieronymus*. Sed sunt tamen, quæ viri docti in ejus Ethica desiderent: ut, *quod* doctrinam Platonis de

DEO

a) Gell. Noct. Attic. XX. 4.
b) de finib. Bonor. & Malor. Libro quinto.
c) quos cur Nicomacho filio Aristoteles ipse inscripserit, non video. Nam ut redeam ad Peripateticos, Aristoteles, cui nihil fere quod ad philosophiam pertineat, non contigerit prudentia, ac desumtam in se omnem disciplinam, ad eam rationem, quam in dubium vocari non potest, accommodarit, ut ejus ingenium, quod in omni genere singulare fuit, in nullo maius fuisse videatur. Cicero, Lib. 5. de finib. Bonor. & Malor. c. 5. p. 431

DEO futuraque vita silentio prætermiserit: *quod* hominem à DEO ad semetipsum per operationem diligendum, imo ad fortuita seduxerit: (e) *quod* remedia adversus vitia adeo neglexerit, ut nemo Sectatorum ipsius ea de re quidquam in Moralibus doceri posse aut debere censuerit. (f) Quod postremum tamen præter rem Aristoteli imputari judicat Placcius. De præcipuis Operis Nicomachici Commentatoribus Græcis (g) extat cum eorum editione erudita tractatio Samuelis Rachelii. Andronicum (sive aliud nomen ejus est, quoniam in Msc. quodam *Catecuvii*, corruptum quidem, sed unde dubitatum de auctore constat, vocabulum invenit Böclerus) (h) Rhodium edidit Heinsius, & Interpretes Arabas, ac successorem Theophrastum depinxit Vossius. (i) Extant etiam *Exercitationes* Paradoxicæ adversus Aristoteleos, auctore Petro Gassendo. (k)

a) *Gell. Noct. Attic. XX, 4.* diximus: *ut vulgo creditur. Namque & ipse Aristoteles alicubi dixit: sedendo & quiescendo hominibus obvenire prudentiam posse: & sunt ex eruditis, qui relationem Gellii, ac desumtam inde communem de peripateticorum nomenclatura opinionem in dubium vocent.*

b) *de finib. Bonor. & Malor. Libro quinto.*

c) *quos cur Nicomacho filio Aristotelis maluerit adscribere Cicero, causam se non videre ait D. Hertius, de Jurisprud. universali Sect. I. §. 31. p. 43. Nam ut recte à* Petro Lambecio *observatum, non solum inventio, Methodus, tractatio, phrasis ac probandi ratio Aristotelicum ingenium repræsentat: verum & ipse Aristoteles libros illos pro suis haud obscurè agnovit, & in aliis scriptis librorum istorum faciens mentionem, & in his libris Lectorem remittens ad posteriora analytica, ac demum in calce hos libros connectens cum Politicis.* Cæterum Aristoteli suam laudem tribuimus; quia Græca ejus moralia legimus. *Mirati, Viros cætera doctos eum corruptorem Philosophiæ dicere, quem non legerunt.*

d) *III. adversus Gentes. Conf. Vossius de Sectis XVII. 5. p. 86.*

e) *ita conqueritur Placcius, de Aug. Ethica, I, 2. §. 18. p. 38.*

f) *etsi nec hoc ipsum neglexisse colligi potuit ex fragmentis de optima*

Republica, ut judicat Antonius Scajans, Salodiensis in Quæstionibus ad Aristotelis Politica, quas se ex Italia domum tulisse gloriatur Placcius, de Aug. Ethica, I, 2. p. 40. init.

g) *Eustratio, Aspasio, Michaele Ephesio, aliisque. Helmestadii M DC LXII. Meretur etiam legi Epistola Conringii ad Rachelium, quæ ei Operi præfixa est.*

h) *ad Grot. Præfat. p. 12. init.*

i) *Voss. de Sectis, XVII. 19. p. 93. sq.*

k) *editæ Hagæ-Comitum* 1656. *Inprimis Exercitatione III. urget, nullas esse rationes, quæ Aristotelem aliis præferri debere doceant, p. 28. sqq.*

XIII.

Quæ Stoica Philosophia?

Sequuntur Stoici, * quorum sectam *Cynica* (a) peperit. Ejus ordinis Princeps est *Zeno*, ex Cittio Cypri oppido oriundus: qui cum *Crateri Thebano*, Diogenis Auditori operam daret, offensus obscuris fœdisque Cynicorum moribus, rigidam quidem eorum vitam, sed Cynicam non item impudentiam, (b) sequutus est. Discipuli ejus primum *Zenonii*, deinceps à loco ubi docebat, *Stoici* dicti sunt. Horum Philosophia proprio elogio huc pertinet, quibus summa & caput est Reverentia Numinis, ac Honestas, absque qua nihil utile. Confidenter de iis *Hieronymus*: (c) Stoicos cum nostro dogmate in plerisque concordare. Recte, in plerisque; nam & habuere quædam, Philosophiâ, nedum Christianâ religione indigna. (d) *Zenonem* excepit in præcipuis *Chrysippus*, qui Stoam adeo strenuè feliciterque suffulsit, uti de eo dictum fuerit:

Εἰ μὴ γὰρ Χρύσιππος ἦν, οὐκ ἂν ἦν Στόα,
Chrysippus ni fuisset, nec Stoa foret. **

Scriptorum quorum complura uterque reliquit, (sed nullum habemus integrum) Fragmenta recitat *Plutarchus*, sed exagitat simul & peculiari de repugnantiis & contradictionibus Stoicorum libro sophistice confutat. (e) Nonnulla habet *Galenus*, qui & ipse oppugnat: *Laertium* retulisse satis habet: *Cicero* in utramque partem disputat. Citerioris ævi Scriptores

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [34] - 22
PUBLIC DOMAIN

res ſunt *Seneca*, *Epictetus*, *Marcus Antoninus* Imperator. E junioribus philoſophiam hanc excoluit Lipſius manuductione ad Philoſophiam Stoicam, libris tribus. E Gallis *du Vayer*, La Philoſophie Morale des Stoiques; & ante hos Scioppius Moralibus Stoicis. (f) De illorum Ethica inprimis videndus *Lipſius* (g) ac nuperrime *Joannes Barbeyracus* (h) è veteribus M. Antoninus, Seneca, Epictetus. Sed & ſtudia Stoicorum Philoſophorum imitatos fuiſſe plerosque JCtos Romanos, ſuaque induſtria Juris naturæ doctrinam præcipuè perfeciſſe obſervatum eſt.

* *Cynici, quorum, ſed purior ſoboles, Stoici. An ab impudentia canina dicti? Mavult à parrebeſia improbos allatrante adpellatos Scriptor nuperus. Sed prius quis negaverit?*

a) *Hornej. Philoſ. Civil. I, 1, 6, p. 8.*

b) *Inde Cynici & Stoici pro iisdem habiti. Ut Poeta:*

Ei qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat,
— — A Cynicis tunica diſtantia.

Conf. Lipſius *Manud. ad Philoſ. Stoic. Diſſert. XIII. ſive, quia veſte & habitu differebant; ſive quia verecundiâ tantum, & tegebant Stoici, quæ illi in aperto audebant. Addendus etiam præ aliis* Tho. Gataker*us, in præloquio ad Marci Antonini libros de rebus ſuis.*

c) *ad Eſai. X.*

d) *Hertius, d. l. I, 32. p. 45.*

** *etſi de Chryſippo, num Stoicis melioribus adnumerari mereatur, dubium movet Scheurlius, Bibliogr. Morali, §. CXII. de reliquis vide Lipſ. Manud. I, p. 654.*

e) *Reſpondit Plutarcho* Scheurlius, § *CXI, CXII. ſqq.*

f) Hert*ius, de Jurispr. Univ. I, 32. p. 45. add. Dn. Rechenberg. Lineam. Philoſ. Civ. P. I, c. V. p. 20. ſq.*

g) *Manuduct. ad Philoſ. Stoic. L. 1, Diſſert. XVI. Operum Tomo IV. edito Veſaliæ Typis Andreæ ab Hoogenhuyſen, 1675. p. 671. ſq. Senec. Ep. XXXIII.*

h) *Præfat. ad Pufendorf. Gallice translatum §. XXVI.*

XIV.

Altera Princeps Secta *Italica* (a) eſt, cujus conditor (b) *Pytha-* Quæ ſecta Italica?

Pythagoras fuit Samius, qui plurimum Thracibus, Ægyptiisque: multum & Judæis debuit. *Clemens Alexandrinus* circumciſum fuiſſe tradit. Vixit, peregrinandoque cum alias regiones, tum præſertim Perſidem luſtravit eo tempore, quo Judæi Perſas Babyloniosque inter adhuc degebant captivi. Unde facile ipſi fuit & Judæos ſimul habere Magiſtros ſuarum doctrinarum, & Magos. Quid? quod Daniel Propheta Princeps habitus ſit Magorum, qui tum extitit *Septuagenarius* fere, cum Pythagoras ibi verſabatur (c) Moſen etiam legit, teſte Clemente (d) & ex eo Regulas deſumſit. Ut, quod Dei imaginem ſculpendam non putavit: quod abſtinuit ab animalibus: quod lineis veſtimentis voluit uti: quod ſacrificari nudis pedibus præcepit, & quæ ſunt his ſimilia.

a) *quod Auctor ejus primum in Italia ſcholam aperuerit, & ex Italia in reliquas univerſi Regiones emiſerit. Fuit is Pythagoras, vulgo Samius, à Samo Inſulâ una ex Sporadibus vocatus, in qua Pater ejus domicilium habuit. Urbs, qua vixit Pythagoras, Croto fuit, qua & Scholam primum aperuit.*

b) *initium à Pherecide ducunt Canterus & Voſſius. Sed nullam ſe rationem videre ait Schefferus, niſi quod Pythagoras Præceptorem habuerit* Phereciden. *Atqui & Pittacum Mitylenæum alios q; habuit Magiſtros.*

c) *add.* Schefferus, de Nar. & Conſt. Philoſ. Italicæ *c. IV. p. m. 15.* & Jo. Schilterus *in Diſſert. de diſciplinâ Pythagorica, quam ſubjunxit* Manuductioni Philoſ. Moralis ad Jurisprudentiam.

d) *Stromat. V. add. Scheffer. c. V, p. 29.*

XV.

Quæ ſumma placitorum Pythagoræ?

Nusquam alio ſpectavit ejus Philoſophia, quam uti tandem DEO redderetur homo ſimilis. Unde & *Hierocles* circa finem præfationis ad carmina, quæ Pythagoræ dicuntur, aurea, de philoſophiâ loquens, quam comprehendunt: πρὸς τὸν, inquit, θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, ad divinam ſimilitudinem ducunt, Pythagoricæque Philoſophiæ finem perfectiſſimum oſtendunt (a) Pulcre *Jamblichus* de vita Pythagoræ. (b) καὶ ἀρχὴ αὐτή ἐστι· καὶ βίῳ ἅπας συντέτακται πρὸς ἀκολουθεῖν τῷ Θεῷ, καὶ ὁ λόγῳ

λόγος ἔτος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας, ὅπ γελοῖον ποιεῖσιν οἱ ἄνθρωποι ἄλλοθεν πόθεν ζητοῦντας τὸ εὖ, ἢ αὐτοῦ τε θεοῦ καὶ ὁμοίων. Est hæc ἀλήθεια divina: docetque cum hæc, tum aliæ Philosophorum sectæ, quomodo DEUS nulli hominum se reliquerit ἀμάρτυρον. Voluit hoc Plato: Neminem posse bene agere & vivere, nisi accuratè & perfectè sciat, quid bonum, quidve honestum pulcrumque sit; & propterea ut honestam bonamque vitam agamus, in qua ista cum DEO assimilatio consistit: ad quam omnes homines contendere deceat; ante omnia eo anniten-dum esse, ut *Ideam boni*, h. e. quid bonum honestumque *in se* sit, & in quo ratio ejus propria naturaque consistat, cognoscamus, ut inter honestum & turpe discernere, id quod bonum est, Deoque nos similes reddit, sectari, & eligere: honestè agere, & denique beatè in hac quoque vita vivere possimus. Ut sic recuperemus beatitudinem, quam olim in cœlis, antequam animæ nostræ in hæc inferiora delaberentur, nos habuisse, fingit. Vult sane & idem Pythagoras. (d) Nimirum, cum in DEO, qui est ipsa sanctitas ὑπερχέπτος, perfectissima sit bonitas, eoque ipse sit summa infinitaque pulchritudo: quando actiones nostræ *huic ideali bonitati* similes propioresque redduntur, nos ipsi quoque DEO adsimilari dicimur, (e) Legi meretur Cl. *Omeisii* Ethica Pythagorica, insigni judicio usuque scripta; (f) & in qua singulari etiam studio *Præcepta prudentiæ* Pythagoricæ collecta deprehendas. (g) Huc pertinent illæ sublimioris sapientiæ genio animatæ gnomæ, *aureo*, quod Pythagoræ vocant, *Carmine* comprehensæ. Atque etsi ipsum scripsisse probari non possit, vix tamen antiquiora alia exstare Græcorum Philosophorum præcepta, ex omni ætate manifestum est; nulla etiam quæ sententiarum acumine & ponderosa brevitate cum his queant certare. Cæterum is ipse præstantissimos LLatores *Zaleucum* & *Charondam* formavit: ac sapientiæ finem, *via purgativa illuminativa & unitiva* obtinendum contendit. (h)

a) *quor-*

a) *quorsum utique & Plato, & Stoici philosophiam direxere. adde Scheffer. c. VII, 44. sqq.*

b) *I, 28. p. m. 128.* quæ sic transtulit Scheffer: *(Hoc principium est) & ad id vita omnis ordinatur atque componitur, ut* sequamur *DEUM.* Et hoc philosophia dicit, quod ridicule faciant homines, qui aliunde felicitatem quærunt, quam à Deo, & qui ei sunt similes.

d) *quippe licet seculo & amplius antiquior fuerit Pythagoras, recte tamen de eo dixit Aristoteles, doctrinam Platonis esse τὰ πολλὰ τῶν Πυθαγορείων ἀκολουθοῦσαν, in plerisque sectantem Pythagoricos. Voss. XII, 2. p. 68.*

e) *add. D.* Zentgrav. *Specimen Doctrinæ Moralis & Juris Naturæ secundum Disciplinam Platonicam §. 36, 37. p. 37. sq.*

f) *ut: quot modis præcepta Philosophiæ tradiderit Pythagoras? quodnam constituerit Summum Bonum? & similia.*

Specimen gnomarũ Pythagoræ.

g) *de* Prudentia: *Ne speculum ad lucernam intuere. Sal appone. Ingrediens & egrediens valvas osculare. Egrediens domo sinciput rediens occiput scalpe, & q. s. De* Temperantia *Cor ne edito. Cerebrum ne comedito. A fabis abstineto. De* Modestia: *Progredienti gregi de via cede. In astrum nunquam intende digitum. De rheda junctis pedibus ne exsilias. De* Justitia. *Stateram ne transilias. Extra viam publicam ne exito. De* Mansuetudine: *Ignem gladio ne fodias. De* Pietate: *Surgens è lecto, stragula complicato, & vestigium corporis confundito. DEI figuram annulo ne insculpito. Adoraturus sede. Digni sunt etiam ob hanc Philosophiæ partem* Jo. Reuchlini *de Arte Cabalistica Libri III. qui recudantur. Conf. inprimis Lib. II. f. LI. Edit. Hagenoen. de A. 1530.*

h) *Barbeyrac. d. l. §. XVII. Est hoc illud triplex: πρακτικὸν, γνωστικὸν, θεωρητικὸν; sublime acutumque philosophandi genus, sed dextrè & cum judicio capiendum. Conf.* Jac. Thomasius *Orig. Philos. p. 131. sqq.*

XV.

Quæ Philosophia Eleatica?

Sequitur secta III. *Eleatica*, quæ nomen ab *Elia*, sive *Velia*, Italiæ, & in ea quidem Lucaniæ, oppido accepit. Initium ducit ab *Xenophane Colophonio*, qui patria pulsus in Sicilia vixit, & Pythagoræ Thaletisque opinionibus se opposuit. Is Auditorem habuit *Parmenidem Eleatem*: hic *Melissum* Sa-

Samiũ, & Meliſſus *Zenonem* Eleatem, ** qui primus Dialecticam inveniſſe dicitur. Dicti hi ſunt Σκεπτικοὶ; *** & ex eorum ſchola prodiit *Protagoras*, qui de omni re in utramque partem diſputari exæquo poſſe dixit; etiam de hac ipſa: *An omnis res in utramque partem diſputabilis ſit?* Ortum ex ea traxit quoque *Pyrrho*, à quo Pyrrhonii. Fuit is pictor Elienſis, mox Philoſophus. Hujus & reliquorum Scepticorum voces fuere: οὐδὲν μᾶλλον ἐνδέχεται, καὶ οὐκ ἐνδέχεται. Ἐπέχω. οὐδὲν ὁρίζω. Πάντα ἀδηλα; πάντα ἀκατάληπτα. οὐ καταλαμβάνω. Παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται. Nihilo magis. Fortaſſis eſt, forte non eſt. Abſtineo. Nil definio. Omnia ſunt indefinita. Omnia incomprehenſibilia. Non percipio. Omni orationi oratio æqualis opponitur. (a) Contra hos probarunt alii, utique ante omnia dari *certitudinem Boni moralis*, quia neceſſum ſit dari Finem, ad quem omnia tendant, ultimum. Nemo enim fruſtra agit. Atque illo negato, vivendi rationem ignorari neceſſum eſſe: ex quo tantus error conſequatur, ut quem in portum ſe mortales recipiant, ſcire non poſſint. (b) His accenſendi *Probabiliſtæ* recentiores, de quibus ſuo loco. Qui Scepti-ci?

* *Hornej. I, 1, 7. p. 95.*

** Omnia perſtringens Zeno diſceptat, utraque
Ex parte invictus. *Conf. omnino memorabilem ejus vitam*, Diog. Laert. *Lib. IX. ſegm. XXV.* &, *ſi placet, eo Doctiſſimum* Menagium, *qui notas*, & Zenonis, *ex antiquo marmore, imaginem adjecit.*

*** Διὰ τὸ σκέπτεσθαι, *quia in quærendo ſubſtitere; advertente* Gellio, *Noct. Attic. II, 5.*

a) Jacobi Schalleri *exercitatio in Sexti Philoſophi Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. III. meretur commendari. Eam ſub Viri Celebris præſidio habuit* Balthaſar Bebelius, *adhuc Juvenis, A. M DC LII.*

b) *Cic. Offic. I.*

XVI.

Profluxit ex Eleatica * *Epicuri* quoque Secta, [a] qui Magnus in Ethicis fuit, & quo de Lucretius: Quis, Epicurus?

Quæque Secta Epicuri?

Qui genus humanum ingenio ſuperavit, & omnes
Reſtinxit ſtellas, exortus ut æthereus Sol.

Summum bonum collocavit in voluptate non *corporis* quidem, ut vulgo accuſatur, *ſed animi*, ejusque tranquillitate; quippe quæ facultates hominis perficiat, conſervet, augeat; aptaque admodum ſit ad aliorum etiam commoda promovenda, & cum amore rationali adamantino quaſi vinculo connectatur. (b) Innocentiam ejus hoc quidem modo defendit, culpamque in hoſtes ejus, & aſſeclas mentem De ea P. Gaſſendus. Doctoris prave interpretantes rejecit, totamque Epicuri Philoſophiam opere memorabili illuſtravit, Syntagmate Epicuri Philoſophiæ, *Petrus Gaſſendus*, Dinienſis Eccleſiæ Præpoſitus, & in Academia Pariſienſi Matheſeos Regius Profeſſor. [c] Proſtant ejusdem Doctiſſimi Viri de Vita & Moribus Epicuri Libri VIII. [d] Referuntur eo quoque *Megarici* & alii [e] ab Hornejo, Senecam laudante. Quibus omnibus velut in adpendicem ſubjungimus *Eclecticos*, (f) quorum nomen natum eſt temporibus Cæſarum Auguſti & Tiberii. Quanquam & antea quosdam Eclecticos fuiſſe, dubio carere cenſemus. Excelluit Cicero, qui primo de officiis ita ſe in Philoſophia verſari teſtatus eſt.

Qui Megarici?

qui Electici?

* *Vitæ dogmatibuſque* Epicuri *totum de Philoſophorum vitis Librum Decimum conſecravit* Diogenes *Laertius. Qui cum eruditis* Menagii, *aliquando & M. Meibomii notis, conferendus. Magnifice etiam de Epicuro* Lucretius *Lib. VI.*

Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ
Cum genuere Virum, tali cum corde repertum,
Omnia veridico, qui quondam ex ore profudit.

a) *Voſſius de Sectis c. VIII. §. 1. p. 51.*
b) *Conf. Ri. Cumberl. de LL. Nat. c. III. 2, 4. & Dn. Weber. ad Pufend. de O. H. & c. I, 1, 11.*
c) *quod extat Tomo Operum III. Lugduni ſumtibus Laurentii Aniſſon edi-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [40] - 28
PUBLIC DOMAIN

editorum M DC LVIII. quatuor Foliis. Pars tertia Syntagmatum est, Ethica, sive de Moribus p. 64. usque ad 93. Recensus Operum Gassendi.

d) editi Hagæ-Comitum forma, ut vocant, quarta, M DC LVI. Manifesto exemplo: Non sequi: Hunc illumve perversæ sententiæ accusat Vir Celebris. Ergo jure. Nam ad Ciceronis, imo Patrum quoque adversus Epicurum auctoritates profundè respondit Gassendus, de Vita & Moribus Epic. L. III. c. VI. sq. p. 66. sq. Unde graviter alicubi Seneca: Sancta & recta præcipere Epicurum: imò rigida & tristia; fortia etiam, si propius accesseris.

e) I, 1. p. 10.

f) Eclecticorum Auctorem ferunt, Potamonem Alexandrinum. Confer. Celeb. Hertius, laudato sæpius de Jurisprud. Universali Schediasm. Sect. I. §. XXXIII.

XVII.

Quæ ad ultimam Philosophiæ Practicæ periodum pertinent, probè diligenterque exequuti sunt *Scheurlius*, *Bæclerus*, *Ericus Mauritius*; [b] in Historia quoque Juris Naturalis *Buddeus*, &, qui Juris positivi Universalis historiam una pertexuit, *Jacobus Fridericus Ludovicus*: Jo. item Gröningius, aliique. Qui Scriptores de ultima hujus Philosophiæ periodo?

Cæterum de * *Aristotelica* eam docendi ratione, nunquam tam abjecte, quam quidem hodie fieri solet, judicatum fuisset; nisi plerique Scholasticorum ineptiis decepti, satis in hoc genere se philosophatos esse putassent, si audito *undecim virtutum* catalogo, super frigidis Magistrorum (quorum vel nomina horrida barbaraque sunt) præceptis & diversarum sententiarum recensu consenuissent. Observationes de Philosophia Aristoteléa.

(a) Ne viso quidem interim Aristotele, ** neq; lectis in eum eximiis ac supra jam commendatis Commentatoribus, quos è *Jo. Bernardi Feliciani* translatione à *Sam. Rachelio* editos, cum laudatione *Herm. Conringii* possidemus. ** *confer supra §. XII.*

a) *ad* Grot. *Præfat. p. 7. 8. sqq.* Prostat *ejusdem* Grotii *Consilium de recte instituendo Studio Politico, ac sanum* Viri summi *de Aristotele judicium. Addendus, qui suo Opusculo Grotianum Consilium adjunxit, in Bibliographia Politica* Gabriel Naudæus, *Parisinus, pagina*

præcipuè XXIV. editionis Mairianæ Lugdunensis. *Quo quidem libello historiæ nostræ literariæ cupidus carere vix potest.*

b) *de principiis Juris publici Diss. II. p. 49.*

* *addenda est* Samuel. Rachelii *ad Philosophiam Moralem Aristotelis Introductio. Ut & Jo.* Eisenhardi *institutionum Juris naturalis in moralis philosophiæ doctrina repræsentatio. Neque contemnenda sunt Peripateticorum,* Theophrasti Eresii, Andronici Rhodii, *Alexandri Aphrodisæi, aliorumque superius laudatorum opera.*

XVIII.

Quæ successio hujus doctrinæ, ante & post *Hug. Grotium.*

Postquam demum, emissis à *Philippo Melanchthone* in Ethica, & *Benedicto Winckelero,* in libro de Principiis Juris anno 1615. edito, radiis, ostensoque à Bacone Verulamio reformandæ hujus Philosophiæ modo: Vir incomparabilis, & suorum plane nominum Hugo Grotius, (a) seculo superiori collapsam hanc de Moribus Officiisque doctrinam, felicissimo instituto instauravit atque excoluit: (b) certatim eum insequuti sunt florentes ingenio doctrinaque Viri, ut: brevi ante Grotii discessum * ex Anglis Thomas Hobbesius, edito de Cive libello, An. 1642. cujus principium, sui conservandi propriæque utilitatis studium, in *bello quasi omnium adversus omnes*, esse videtur. Quam doctrinam, ut infiniti propemodum Scriptores, sic præ aliis diligenter excussit *Lambertus Velthuysius*; ac Hobbesius ipse in Leviathane. In quo tamen nonnulla Atheismi vestigia, aliaque non satis sibi cohærentia occurrere, post multos alios judicavit nuper quoq; Barbeyracus. Sed & egregii in Grotium Commentatores utilem heic operam posuere; *Jo. Freder. Gronovius*, *Caspar. Ziglerus*, *Henricus Henniges*, *Jo. Henricus Bæclerus*, usq; ad

Qui Commentatores in Grotium?

Lii. c. VII. è Theologis nostris *Jo. Adam Ostander*, in Observationibus locupletissimis, & si temporum, aliarumque, quibus scriptæ sunt, ἐπιείκειαν conditionem spectes, admirandis; qui in epitomen hos, aliosque redegit, *Jo. Christoph. Beemannus*, nuper etiam *Jo. Tesmarus*, cujus editioni extemporanei *Ulrici*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [42] - 30
PUBLIC DOMAIN

rici Obrechti discursus annexi sunt, ac plures alii. Laudem etiam suam meruere Epitomastæ, *Jo. Philippus Müllerus, in tabulas: Janus Klenkius, Jo. Schefferus*, ac à perspicuitate insigni commendandus *Philippus Reinhardus Vitriarius in Compendium* Opus Grotianum redigentes. Quantum Grotiano Collegio, A. M DC LXXXII. adplausum promeruerit *Jo. Georgius Kulpisius*, satis notum est: resque ipsa docet, libellum & brevitate, & judicio & moderatione præ aliis eminere. Sed omnibus demum superior Samuel Pufendorfius, fastigium disciplinæ imposuit, Vir inprimis magnus, & cujus admirationi, ut optime *Hertius*, obstare non debebat, hoc seculo natum esse. Ejus de Jure Naturæ & Gentium Libros octo anno elapsi nuper seculi post septuagesimum secundo Eruditus orbis primum adspexit; ad quos copiosiores Commentarios velut Isagoge subsequuta deinceps est *præsens de OFFICIO Hominis & Civis tractatio* secundum Legem Naturæ.

Qui Epitomastæ?

Quis Sam. Pufendorfius?

a) *Restaurator inde Jurisprudentiæ* PERPETUÆ *ex merito dictus, cujus vitæ Historia admirabilis est. De exitu vero, quem Rostochii invenit, prostat Epistola* Quistorpii, *Clementinis à Colomesio adjecta.*

b) *qui tamen quantum aliis debeat,* Covarruviæ *inprimis, cujus Præceptor fuit* Martinus Azpilcueta *Navarrus*, & Vasquio, *ipse fatetur, observante Bœclero Præfat. ad Commentat. Grotianam. Imò eum anteceſſit* Albericus Gentilis, *Vir eximie doctus, in quo tamen desiderantur ordo, clarior stylus, meliores autoritates.* *Cæterum Opus Grotianum, à Pontificiis Anno M DC XXVII. Catalogo librorum prohibitorum insertum, Gallice edidit ex sua Versione* Courtinus; *de quo in nupera Pufendorfiani Operis versione Gallica Cl.* Barbeyracus *judicat, dolendum esse, quod à* Cuttino *tam male versus Grotius, notisque ejus magis obscuratus fuerit, quam illustratus. §. XXX. quemadmodum & Commentariis nuper totum opus illustravit van der Meulen. Ut alios, in progressu Operis allegandos transmittamus. Omnium sit instar D. Jo. Werlhofius, Dissertatione ante Collegium Grotianum evulgata. Recte Colomesius in Biblioth. »select. On pretend, que Grotius ait mis tout esprit en ce li-*

Judicium Barbeiraci de Versione Grotii Gallica Courtinii.

Judicium Gustavi Adolphi, R. S. de Grot.

„vre de Jure Belli & Pacis. Et Mr. Memoir. Holland. p. 411. Le „, Roy Gustave Adolfe l'ayant lû & admiré, il resolut de se servir de „l'Auteur.

* præter *Jo. Seldenum*, de J. N. & G. secundum discipl. Hebræorum, Grotii, ut ajunt, æmulatione incensum. *Jo. Clericus* in Arte Critic. P. I. c. V.

Memorabilia de Adversariis, vita & charactere Viri Summi *Sam. Pufendorfii.*

c) *quos hic hostes habuerit, & quam acriter adversus omnes se defenderit, notius est, quam ut prolixo recensu egeat. Pauci institutum Viri adsecuti, periculosi quid Fidei nostræ metuere; Ipse tamen acerbum, quo contra adversarios usus erat, scribendi genus deploravit, referente, qui justa ei Parentalia solvit,* Philippo Jacobo Spenero, *Theologo celeberrimo, eodemque* πολυμαθεστάτῳ, *& Auctori nostro familiari, P. VI. Conc. Funebr. p. 223. Maximi videbatur momenti dissensus Viri summi,* Sekendorfii, *à Nostro, quum ille Valentino Alberti, Jus Naturæ ex Statu integritatis derivanti, patrocinaretur. Sed finito quidem certamine mirari utique subit, potuisse inter Viros doctissimos ullam hac super re existere dissensionem. Pufendorfius enim illorum exposuit officia, qui Christianæ religionis sunt expertes; horum contra instruunt vitam Theologi, vel quotquot Naturæ, aut integræ, aut restitutæ conditionem considerant. Alio itaq; fundamento illum, alio hos niti oportet; ac recte hæc à se invicem discernuntur, cum multa sint, quæ rationis captum superant, & quæ frustra illis obtruseris, qui religionis Christianæ scitis non sunt initiati. Conf. D. Budd. Hist. Jur. Nat. § XXXVI. Fuit de cætero Pufendorfius, ingenio vastissimo: eloquentia admiranda: stylo acri, & eleganti, veteribus pari: habitu incessuque decoro: conversatione, quam ipsi coram fumus experti, jucunda: Oculis, quos mirabaris, augustis. Obiit Anno æt. LXIII. 6. Octobr. 1694. Cæterum Pufendorfium A. jam MDC LXIII. cum Heidelbergæ Professorem ageret, Boineburgius, Cancellar. Mogunt. literis compellavit, ut qui editis Jurisprud. universalis Elementis Orbi jam innotuisset, Perpetuæ Jurisprudentiæ Systema componeret. Vidimus quoq; nuperrimè prodiisse Le Droit de la Nature & des Gens, traduit du Latin de feu* Mr. le Baron *de Puffendorf, par* Jean Barbeyrac. 4. *Amstel. 1706. additis etiam Viri docti Notis ac introductione: Libros præterea octo Pufendorfii de J. N. & G. in* Anglicum *quoque sermonem transtulit* D. Kennetus, *notasq; amplissimas adjecit; nondum tamen ditas.*

Judicium de Controversia inter Auctorem & B. Alberti.

Versio Gallica Pufendorfii auctore Barbeiraco.

Versio Anglica auctore Kenneto.

XIX.

XIX.

Scopus utriusque Operis hic præcipuus fuit. Inquinatam tot maculis Philoſophiam *de Rebus Actionibusque Humanis*, quâ talibus, antiquo nitori reſtituere; (a) eandem ab inuſta Incertitudinis Nota liberare: (b) ac Legis porrò Naturalis fundamentalem quandam ac univerſalem propoſitionem *conſtituere*, è qua facili perſpicuaque ſubſumtione *cum* omnia præcepta deduci, *tum* caſus dijudicari queant; hæcque (c) demum omnia ex ſolo Rationis Lumine *derivare*, ut non commixtis Naturæ ac Fidei Chriſtianæ placitis, à quolibet Homine ea neceſſum ſit admitti.

Qui Scopus Operum Pufendorfianorum?

a) *quem v. c. Ciceronis ætate habuit, cujus* admirabile de Officiis opus in vulgus *quidem notum, pauciſſimis verò pervium eſt. Memini hoc in* Hieronymo Wolfio, *Cl. Commentatore, in Epiſtolis deſiderare* Cl. Sarravium; *& videri meretur judicium* Bœcleri *in Præfat. ad Ambroſ. de Officiis; ut &* Rachel. *initio Præfat. ad Off. Ciceronis.*

b) *qua Scholaſtici jam olim, & è junioribus Probabiliſtæ eam conſpurcarunt. Inde natum* Certitudinis Moralis, *hoc eſt, ut Edmundus Richerius in Obſtetrice animorum ait, nullius Nomen. Quam verò perverſe cum Actionibus Humanis actum eſſet, ſi nulla earundem certitudo exiſteret? Sed in ſalvo res eſt; ac pridem expeditum, quod Actum Moralium immutabilis & æterna ſit neceſſitas. Nec obſtat, quod illi certo ſenſu contingentes ſint. Nam neque Mathematicus quærit,* neceſſarium ſit Triangulum, *necne? Omnino huc faciunt, quæ de Moralitate PER SE, ac ante Legis impoſitionem tali à purioribus* Theologis *traduntur. Scio, quid Viri docti obvertant. Sed eſt utiq;, vel ipſis demum fatentibus,* interior objectorum quorundam natura, *non Legislatoris voluntas, quæ bonitatem malitiamve ipſis infundit. Et hæc ipſa Juris quoque punitivi origo eſt, quod ne Deus quidem, niſi ex Juſtitia neceſſaria & immutabili exercet;* δικαίωμα *illud, quod DEO ineſſe, per ipſam naturalem Legem norunt Gentiles, omni revelatione deſtituti. Quæ etiam objectiva moralitas ita neceſſaria eſt, uti Celeberrimus quoque* Kulpiſius, *impoſſibilitatem mutationis quoad Legem naturæ æſtimari debere* ex Objecto *coactus fuerit*

An de Actionibus rebusque moralibus detur demonſtratio?

Ubi, præter alia, de Moralitate ante Legis impoſitionem ex fundamento agitur.

Rationes dissensus Virorum Doctorũ; & Causſa, cur adſtipulari iis nequeamus?

fuerit fateri. Coll. Grot. ad I, 1. §. 7. *Eſt hoc inſuper fundamentum* Finis pœnarum interni, *qui eſt ſatisfactio Juſtitiæ*, compenſatorius ſcilicet & expiatorius. *Quem qui inſuper habent, & profundiora Theologiæ, quantamque à Filio ſatisfactionem DEUS exegerit, non expendunt, moralemque diſciplinam, habito ſolum ad vitam civilem reſpectu, non in abſtractione aut generaliore habitu excolunt: eos non miramur, heic diſſentire, vel communiori viæ inſiſtere. Cæterum non altercandi libidine hæc traduntur, neque ſcholaſtica ſunt, niſi omnia, quæcunque res & diſtinctos earum conceptus curatius ſecernunt, invidioſo hodie nomine velis traducere.* Certe Jeſuitarum probabiliſmum vehementer evertit gravis hæc ſolidaque illatio: Dantur Objecta ſua natura bona vel mala. *Igitur certitudo eſt rerum moralium. Igitur habes, ubi in practicis pedem figas. Habes fundamentum, cui innitaris; neque humana circumvolutari neceſſum erit auctoritate. Habet etiam Theologus, quid* Socinianis, ἰσόρροπον *Chriſti ſatisfactionem ex indifferente, ut ajunt,* objectorum natura *inficiantibus obvertat. Novit enim intrinſecam ac naturalem peccato, non* divina demum voluntate impoſitam turpitudinem, *talemque injuriam ineſſe, quæ* à DEO non potuerit non prohiberi, *eoque infinito quoq; pretio, intrinſeco, nec alibunde aſſumto valore prædito, debuerit potueritque expiari.* Confer B. Oſiandrum *Typo Legis Naturæ; D. Jo. Wolfg.* Jägerum, *Academiæ Tubingenſis Cancellariũ, Prodr. Juris Fœderalis, Queſt. XVIII. & Orthodoxos contra Szydlovium Theologos paſſim.*

Usus nostræ Sententiæ.

Quæ natura demonstrationis Moralis?

Cæterum, *ſi quæ demonſtrationis natura ſit, expendamus, operoſæ non egebit probatione, eam in moralibus quoque locum habere doctrinis. Ubi enim* probatio eſt, qua per principia verasque cauſſas affectio de ſubjecto oſtenditur: *ibi demonſtratio eſt. At in practicis & ſubjectum habemus, actiones puta morales: & de eo affectiones morales, quod juſtæ ſint vel injuſtæ, licitæ, debitæ vel vetitæ: & principia habemus,* cum *ſubjecto, ſive actionibus,* propria *(nam quæ à brutis, quæ Cicero* Specula naturæ *vocat, deſumuntur, aliena ſunt, & ad ſceleris apud vulgum exaggerationem faciunt)* tum vera, & neceſſario quidem: *(quanquam & heic ſumtionibus eſſe locus poſſit, ut exemplo ſtatus naturalis liquet) tum & prima* vel ſaltem ex his nata, *ut una demonſtratio, ex altera velut exurgat. Ex quo conſequitur, locum heic invenire demonſtrationes* cum indirectas, *ſeu quæ ad incommodum ducunt, tum* directas *ſive oſtenſivas;*

An & *ſumtionibus* heic locus ſit?

vas; particulares *item ac* universales: negativas *denique* & affirmativas. *Ac tametsi demonstrationes τῆ δότι præferendæ illis sint τῆ ὅτι, tamen & harum usus frequens esse consuevit. Quorsum referunt demonstrationem, quando negamus aliquid Jure naturali esse vetitum, quoniam DEUS Lege Hebræis datâ id præceperit, aut plenè permiserit. Adde* Grot. *de J. B. & P. I, 1, 17. Ut &, quando Juris Naturalis colligimus esse id, quod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale esse creditur. Quod in Compendio monuisse suffecerit. Vide, quem initio laudavimus, uberius ista solideque expedientem* Celeberrimum Hertium, *de Jurispr. Univers. in genere, Sect. I, §. XIX. & quæ sequuntur. Addi debet* Erhardus Weigelius, *Demonstratione Aristotelico-Euclidea: & in peculiari Dissertatione de Demonstratione Morali* Jo. Philippus Palthenius, *Professor hodie Gryphiswaldensis clarissimus. Imbecillis etiam ex hoc fundamento est objectio, quæ ab actionum contingentiâ petitur; quia non omnes in se contingentes, sed plurimæ ex objecti naturâ, aut interiori obligatione vel connexione cum subjecto sunt aut evadunt necessariæ. Confer etiam* Sam. Rachelii *Examen Probabilitatis Jesuiticæ c. VI.*

quot modi demonstrandi locum heic inveniant?

qui Auctores de Demonstratione Morali?

c) *ne qua diversorum Principiorum commixtio oriatur; & quousque recta ratio pertingat, in gloriam Creatoris, luculentius ostendatur. Quo de argumento solicitè egit Pufendorfius in Præfatione ad præsens opusculum §. 4. ubi de triplici fonte cognoscendi officia & §. 6. usque ad §. 10. quidquid in contrarium moveat Jo. Henr. Heideggerus, Dissert. Theol. To IV. ubi agit de Ethica Christiana. Aliud est conjunctio, aliud confusio. Conf. D.* Förtsch. *ad Ambrosium Dissert. I, §. 15. pag. 329. & vide* Cicer. *Offic. III. 17. ibi:* de Optimis Naturæ Principiis *& q. s.*

Qui limites fontesque Officiorũ?

XX.

Demum de methodo tradendi Practicam Philosophiam, Analytica * ne an Synthetica? (è quibus priorem plerique contra Piccolomineum amplectuntur,) (a) heic non anquirimus. Noster cum Præceptore suo *Erardo Weigelio* (b) eam in duas partes velut integrales dispescuit; quarum una generalis est, & hominem ut hominem quidem, at socialem, sed absolutè tamen & absque respectu ad certum vitæ civilis

Qua *methodo* tradenda Philos. Practica?

genus, in quacunque vivat Societate, propoſita eidem Norma & officiis expendit; *Altera ſpecialis*, hominem ſuis cum actionibus ut ad certum Societatis genus reſtrictum conſiderat: maxime tamen ut Civem, quia ex reliquis ſocietatibus veluti ſeminario ac fundamento, oritur Civilis. Illam *Weigelius* ſuo modo *Metapoliticam*: (c) ſive actionū humanarum *quatenus talium* ſcientiam: hanc autem politicam, ſive ſcientiam actionum humanarum ad certas quoque ſocietatis humanæ ſpecies reſtrictarum adpellavit. (d)

Qua uſus Pufendorfius?

a) *Peculiaris heic Philoſophia eſt* Jac. Thomaſii, *qui Analyticam methodum in tota Philoſophia Practica, non ſingulis ejus partibus ſeparatim quærit. Judicioſe ſane, ac magno cum fructu.*

b) *Demonſtr. Euclid. l. alleg. quum vita ſolitaria, qualis Eremitarum eſt, quoniam præter omne materiale, maxima quoque formalitatis parte deſtituitur, vita humana propriè loquendo non ſit.*

c) *ad analogiam Metaphyſicæ. Libro priore officia explicat ac debita naturalia, quæ* bonos VIROS: *in poſteriore* quæ bonos Conjuges, Liberos, Servos, *Cives efficiunt.*

d) *reſpectus itaque habetur tum ad* diſtinctionem Statuum, *in quibus homo eſt, vel eſſe poteſt: tum ad* diſciplinæ amplitudinem, *quod officia tradat, homini pro quolibet Statu incumbentia; tum ad* diſciplinarum quoque diverſitatem, *ut oſtendat Auctor, ſe diſciplinam de Officio civis à doctrina de officio hominis diſtinctè proponere: quemadmodum & in majori Opere de J. N. & G. duobus libris ultimis VII. & VIII. partem Jurisprudentiæ univerſalis nobiliſſimam ſeorſum excoluit. Conf. denno* Werlhof. *Præloquio ad Diſputationes Grotianas.*

XXI.

Quotuplex de Officiis quæſtio?

Quemadmodum autem (a) omnis de officio duplex eſt quæſtio; alterum genus, quod pertinet ad Finem bonorum: alterum quod poſitum eſt in præceptis, quibus in omnes partes uſus vitæ confirmari poſſit; ita utriusque ſanè partis momenta Noſter & ſolicitè expendit, & perſpicuè ex-

explicavit. Namque & in principio de Actione Humana, & Fundamentali Legis Naturalis Propositione, quid (b) sit Finis, quid extremum, quod ultimum, quo sint omnia bene vivendi rectèque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, ut summum ex rebus expetendis? quid fugiat ut extremum malorum? dilucidè solidèque ostendit: & per totum opus hunc Actionum humanarum finem, vitam nempe socialem, (c) ubique inculcavit. Ipsa verò de officiis præcepta salutari instituto duobus, ut diximus, Libris complexus est.

a) Cicero *Offic. I, 3. Finem intellige, non generalem illum, qui est Gloria summi Boni, Hominisque cum eo unio; quo utique sensu vita hominis felix in unione cum DEO consistit. Qua qui destituitur, non vivit, sed ζῶν τεθνηκε, 1. Tim. V, 6. sed specialem, societatem nempe ordinatam tranquillam, sub Imperio Dei ac studio virtutum excultam.*

Finis hujus Philosophiæ quotuplex?

b) *Cic. de finib. I, 4.*

c) *Hic nempe finis est, hic scopus omnium, qui de hoc argumento pro dignitate disputarunt, Philosophorum, suadere ceu Extremum quod Natura intendit, vitam cum aliis* tranquillam, *vel* socialem, *quæ Augustini vox est de C. D. L. XIX. Adde omnino Ciceronem per tot. de Off. inprimis v. III, 5. qui hoc in* Forma *argumentum fecit: Q.* lædit convictum ac societatem humanam, illud est summum malum, *deterius dolore, paupertate, morte denique ipsa. Sed detrahere alteri ita comparatum est. Et contrà:* Quod hanc latissimam inter homines promovet societatem, Naturæ conveniens est, *ab eaque intenditur. Offic III, 17, 136. Add. Grotius de J. B. & P. Proleg. §. 6. omnino.* P. Poiretus *Erud. falsi. III, 48. Philosophos de S. B. solicitos risit: sed miscuit Vir doctus Bonum Morale, & naturæ pervium, cum Theologico.*

Quorum vestigia in urgenda Socialitate presserit *Noster?*

Syllogismus Ciceronis.

XXII.

Non facile, opinor, quemquam latent, quæ super theoreticæ an practicæ? beatitudinis excellentia apud scholæ

Quid sentiendum de beatitudine Theoretica & Practica? & quæ alterâ præstantior?

Doctores disputantur. (a) Sed perperam quidem à practica beatitudine DEUS resque divinæ eximuntur. (b) Deinceps diffusissimæ (c) omnino praxes sunt, cum iis omnes illæ designentur operationes, quæ prævio intellectus judicio directæ, ad aliquod nos bonum ordinant, simulque necessarium ad honestum inhonestumque respectum involvunt, adeoque agentis intentione & affectu magis, quàm effectu æstimari debent. Quæ utique descriptio in Religionem quoque Naturalem cadit, & (d) cultum DEI, qui voluntatis etiam opus est. Frustra de cætero sunt, & Philosophi nomen haud merentur, qui vel insectiles unicè particulas cum Democrito rimantur, vel circulos in pulvere cum Archimede describunt, vel ideas tantum contemplantur, vel, quod omnium ferendum erat minime, quæ ad vitam ac mores regundos pertinent, sterili contemplatione absolvunt, unde nullus in vitam fructus dimanet, aut compositi magis evadant mores, vel seditiosa adfectuum turba compescatur, aut proximi commoda multum augeantur. (e)

a) *Dixit aliquid, sed in compendio, & ut fundamenta refutationis ipse suppeditet Jac. Thomasius, Phil. Moral. Tab. VI. lin. 15.*

b) *adde Pufend. de O. H. & C. I, 4, 2, & 6.*

Quis πραξεων ambitus? quodque earum objectum? & quam multiplex?

c) *Spectantur enim praxes vel* per ordinem ad ea quæ sunt supra nos, *DEUM scilicet & cœlestia, quo totus referri cultus divinus debet, qua actus est voluntatis: vel* ad ea quæ *sunt* circa & infra nos, *quorum nullum est, circa quod voluntas ita occupari non possit, ut honestatis limites vel custodivisse vel transiliisse videri queat;* vel *ad* alios homines, *bosque cum in societate universali, tum specialibus, bisque vel simplicibus, vel compositis: Vel ad* agendi principium, *uti sunt praxes vel simplices & à sola voluntate elicitæ, vel materialibus corporis actionibus implicitæ: vel* ad agendi modum, *ubi quædam prævia consultatione diriguntur, quædam citra electionem prodeunt;* vel ad comitantia & adjuncta, *ubi nonnullæ cum perturbatione animi, quædam citra affectum prodeunt: quædam difficulter ac molestè*

lestè, alia jucundè suaviterque suscipiuntur; vel demum *ad perfectionem & finem, quum aliæ* propter aliud *expetantur, ut cum divitiæ parantur, cum patria defenditur:* aliæ propter se, *v. c. circa DEUM, tanquam Summum Bonum objectivum perspiciuntur.*

d) *Sed, inquiunt, Contemplatio propius accedit DEO quam praxis, quia purior est, & subtilior. Sed & in hoc fallantur. Quantum enim in perceptionibus nostris est confusionis, tenebrarum, præjudiciorum? Hæremus circa involucra, penetratis rarò interioribus. Frangimus corticem, sed parcius libamus medullam. Quantum in Judiciis præcipitantiæ, mutabilitatis, dubitationum; quantum in ratiociniis limi!* Instant: *At in DEO perfectissima est contemplatio, quam qui sectatur eidem arctius jungitur. Atqui est & voluntas in DEO, est in ea sanctitas, justitia, misericordia, liberalitas, constantia, clementia; Est ergo in DEO praxis, sed vivacissima illa ac simplicissima. Cætera, quæ ex Aristotele objici communiter solent, nihil officiunt, & soluta protritaq; ab aliis sunt. Videndus heic verè eruditus Vir, G. P.* Rötenbeccius, *de Philosophiæ practicæ dignitate Oratione singulari; cui plurimum debet nobilis argumenti* ἐξεργασία. *Addi potest in Originibus* Historiæ Philosoph. *de* γνώσει *prolixè Jac. Thomasius.* Solvuntur dubia adversus præstantiam Beat. Pract.

e) *Conf. denuò eundem d. l. p. 38, 39. Recte Seneca Ep. 94. Qui didicit, inquiens, & vitanda ac facienda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea quæ didicit,* animus transfiguratus est.

XXIII.

Expendat itaque Auditor (a) Disciplinæ nostræ, quo fine operam ei dare animum induxerit? Nimirum, ut mens, ægra naturaliter, ac tot morbis præjudiciisque corrupta, sanetur, veraque sapientia, ac recte vivendi ratione, sequo in varias officiorum humanorum civiliumque partes dispensandi notitia imbuatur. Qui finis tam nobilis, tamque ponderosus est, ut, qui eum recte expendit, de mediis utique solicitè cogitare habeat necessum, iisque uti serio feliciterque utatur, omni studio sit annisurus. Atque ita (ut *Hieronymi* verbo utamur) explicit prima Collegii Nostri Exercitationis. Monitum de Studio Practico. Conclusio Primæ Exercitationis.

ercitatio. Si quibus, quemadmodum delicatum hodie ſeculum eſt, diffuſior hiſtoriæ literariæ ἐξεργασία non omnino probetur; aut ex adverſo alii prætermiſſa quædam fuiſſe conquerantur: hi, ſi rationes utrimque ſubducant, non difficulter perſpicient, nos medium tenere conatos, multa diligentiæ docentium diſcentiumque reliquiſſe, neque rerum ſolum dicendarum copiam, ſed & dignitatem uſumq; conſiderare voluiſſe. Itaque invenient non pauca, imo fortaſſis infinita propemodum, quæ ex inſtituto Operis adducere non licuit. Fatemur ſane, ut exempla ipſi præbeamus, omiſſos in Hiſtoria Barbarorum *Sabios*, quorum Moralia inſtituta in Hiſtoria Dynaſtiarum recenſuit *Abulfarajus*, Arabs, ab *Edoardo Pocokio* Latine factus. Ejusmodi utique, quæ Chriſtianos dare in ruborem queant. * Dignum etiam conſideratu erat Philoſophiæ Magorum apud Perſas fundamentum, VENERATIO LUCIS, & FUGA TENEBRARUM. ** Quo quid pulcrius? quid utilius? ſed quæ moles libri evaſura? quæ, demum temporis momenta aliis decerpenda laboribus fuiſſent, ſi hæc aliaque pro dignitate exigere oportuiſſet? Cæterum multa nos etiam dubio procul latuere, quæ alii, vel abundantes otio, vel profeſſam, ut ajunt operam his ſtudiis navantes, facile ſupplebunt. Interea non pœnitebit conſuluiſſe, quæ de aucta ſenſim doctrina Morali, novisque ejusdem acceſſionibus congeſſit *Georgius Paſchius*, Kilonienſis hodie Profeſſor Clariſſimus, utili jucundoque de Novis Inventis Commentario. *** Sed & uſum non exiguum diligentior hujus argumenti conſideratio præſtare noſtro judicio poterit; ut è diverſis adeo ſaniorum Gentium ætatumque philoſophandi modis, divinam ſimul in genus humanum indulgentiam colligentes, videamus una, ſeduloque recogitemus, quam non ſine luculento de ſe teſtimonio mortales reliquerit DEUS; quam vehementer à conſcientia impulſi etiam gentiles fuerint ad ſectandum honeſtum

* Edit. Oxoniæ An. 1663.

** apud *Abulfedam* in Hiſtor. cap. de Perſis.

*** Cap. IV Edit. ſecundæ p. 164.

ſtum palpandumque DEUM: & quanta inſuper ad veterum Scriptorum lectionem redeundi hodie, juventutemque hortandi neceſſitas nobis incumbat; quantasque tandem acceſſiones è priſcorum cum dogmatibus tum exemplis, nimio fere novitiorum libellorum amore contemtis aut ignoratis, vera ſolidaque facere poſſit Philoſophia. Quod ut eveniat, meliorumque culturâ literarum humano generi, ceu par eſt, feliciter proſpiciatur, calidis equidem votis exoptamus, ac ſuo quemque loco in id anniti cupimus, poſteritatemque, ne promicantem adhuc, ac divino oblatam beneficio felicitatem negligat, hortamur.

** *Docens verò profectus Auditoris inclinationesque exploret.*

COL-

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO II.

SUMMARIUM.

I. Quid *officium*? Triplex ejus acceptio. Quid καθῆκον generalius? quid κατόρθωμα? quid καθῆκον specialius? quid *officium perfectum*, quid *medium*? II. Officium generaliter describitur. III. Summa dicendorum in hac Exercitatione. IV. Quid *actio humana*? Ac de *Entibus moralibus*. Vindiciæ Auctoris adversus Virum Doctum. V. Actio Moralis: & quam latè ea pateat? VI. *Moralitas ut sic* an definiri possit? & in quonam consistat? VII. Quotuplex Moralitas? VIII. quid *Fundamentalis*, naturalis, & objectiva. Consensus *Viri Illustris*. X. Principia humanæ actionis Remota; Intellectus, & Voluntas. Illius duplex quasi facultas, repræsentativa, & judicativa. Quid ratio? quid recta ratio? X. Operationem Intellectus consequitur *Idea*. *Sententia Malebranchii* de ideis Deo ipso, ac de ea *Poireti* judicium. XI. de Fine rectoque usu Intellectus. XII. Inprimis quoad objecta; *caduca æterna*. In studiis *utilia*, *elegantia*, *inania*. Incidenter etiam tangitur nobile argumentum de *Comparatione finium* è *Cicerone*, *Grotio* & *Förtschio*. XIII. Alterum principium Remotum *Voluntas*. Ejus vis existentia. *contra Spinozam*. XIV. Voluntas quotupliciter sumatur. XV. Velle per se & *per alium*. XVI. Sola Voluntas libera. XVII. Liberi Arbitrii existentia; & Natura, ac variæ libertatis distinctiones. Quomodo consistat in *indifferentia*? Respondetur Clarissimis Viris *A. Heidano*, & *N. Gürtlero*. XVIII. Ob eclum Voluntatis, ac præcipue *Decorum*, de eoque Scriptores. XIX. Lex de Decoro Deuter. XXII. 5. XX. Impedimenta Libertatis sunt vel leviora, ut *vergentiæ*: vel graviora, ut *affectus*. quid *temperamentum corporis*? quæ formæ ingeniorum? de virtutibus & vitiis nationum; eoque de argumento Scriptores. De affectibus breviter, sed ex fundamento. XXI. De Remedio singulari affectuum. XXII. *Propinqua* actionum humanarum principia ex parte Intellectus & Voluntatis. XXIII. Volenti non fit injuria. XXIV. *Conscientia quid*? Antecedens, Consequens. Mala, bona. XXV. Divisio Conscientiæ genuina. Speciatim de Probabili. XXVI. Conscientia dubia. Ea quomodo nihil agendum. XXVII. Ignorantia & Error. Regula de Conscientiâ erroneâ. An detur conscientia Errans? XXVIII. Lex de peccato ignorantiæ. Num. XV, 25. XXIX. De Origine erroris & ignorantiæ. XXX. Conscientia scrupulosa. Etiam de *tenera*, observatio. Quæ distinguenda à *præpostera* & *superstitiosa*. XXXI. De aliis quibusdam actibus, qui venire sub nomine principiorum solent. Quid intentio plena, quid semiplena? quid est PROAIRESIS. XXXIII. Suppl... quidem de eligendo genere vitæ, ejusque Regulæ. XXXV. vitæ genere, ejusque Regulæ. XXXVI. Politica. XXXVII. Inprimis de Indifferentia. An dem... vito, ac Lege forensi, Decurrion... XXXVIII. De Actione Mortis spon... tivitas. XL. Quotuplex imperatio... doctrina de Caussa Moralis. XLII. laudat, assentatur. XLIII. Quid... Lex Forensis, Exod. XXI, 22. & d... effectibus, quæ videntur imputa... ram actus executionem suscepit. tuplex? XLVII. Illius actio refle... nem præbuit damno alteri illato. XLVIII. De Consilio monita. XL... Imputatio alienorum, ejusque fund...

I.

INscriptio Operis de O... illa, & disciplinæ No... ctore, ut Laertius refe... fere primo τὸ καθῆκον... ὁμοίως τῶν κατά τινας ἴσων, ab eo, quod quidem sensu OFFICIUM (ita em... pretatur (b) *generaliter* omnis illa... que convenit, eidemque faciend... difficile omninò videri queat, per... nem exhibere: qualem (c) ne C... produxit, ubi eam non promisera... prætermissam fuisse, fuerat mirat... visionem potius Officii recensere, ... definitionem: quum observata di... perfecta definitio, dialectica saltim... tuto tamen docendi sufficiens, de... formari. Neque verò una aut sim...

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [54] - 42
PUBLIC DOMAIN

intentio plena, quid ſemiplena? XXXII. Principium proximum eſt PROÆRESIS. XXXIII. Supplementum de *Prudentiâ*. Primum quidem de eligendo genere vitæ. XXXIV. Prudentia in electo jam vitæ genere, ejusque Regulæ. XXXV. Prudentia *Oeconomica*. XXXVI. *Politica*. XXXVII. Variæ actionis moralis diviſiones. Inprimis de *Indifferentia*. An detur mixtura boni & mali. De invito, ac Lege forenſi, Deuteron. XXII. 24, 27. de virgine vim paſſa. XXXVIII. De *Actione Mixta* ſpeciatim. XXXIX. Quid *Imputativitas*. XL. Quotuplex imputatio? XLI. Repetitur hac occaſione doctrina de *Cauſſa Morali*. XLII. Tenetur etiam qui conſilium dat, laudat, aſſentatur. XLIII. Quid imputabile? quid ſecus? XLIV. Lex Forenſis, Exod. XXI, 28. & de aliis vegetabilium facultatum eſſe ctibus, quæ videntur imputari. XLV. De eo, qui meram actus exſecutionem ſuſcepit. XLVI. Quid *occaſio?* & quotuplex? XLVII. Illius actio recte cenſetur voluntaria, qui *occaſionem* præbuit damno alteri illato. Lex forenſis, Deuter. XXII. 8. XLVIII. De Conſilio monita. XLIX. De *Concurſu Cauſarum*. L. Imputatio alienorum, ejusque fundamenta & certæ Claſſes.

I.

Ad *Lib. I. Cap. I.*

Quid Officium, & quotuplex?

INſcriptio Operis de Officio eſt; vetuſta quidem illa, & diſciplinæ Noſtræ dudum propria, auctore, ut *Laertius* refert, *Zenone*, (a) *Cittico*, à quo fere primo τὸ καθῆκον officium ita appellatum eſt, ἀπὸ τῆς κατά τινας ἥξεως, ab eo, quod ad aliquos veniat. Quo quidem ſenſu OFFICIUM (ita enim τὸ καθῆκον Cicero interpretatur (b) *generaliter* omnis illa dici poſſit actio, quæ cuique convenit, eidemque facienda incumbit. * Quanquam difficile omninò videri queat, perfectam Officii definitionem exhibere: qualem (c) ne *Cicero* quidem Ipſe eo loco produxit, ubi eam non promiſerat ſaltem, ſed & à *Panætio* prætermiſſam fuiſſe, fuerat miratus. Maluit nimirum diviſionem potius Officii recenſere, quam rotundam quærere definitionem: quum obſervata diligenter diviſione, ſi non perfecta definitio, dialectica ſaltim & qualiscunque, inſtituto tamen docendi ſufficiens, deſcriptio facile queat efformari. Neque verò una aut ſimplex, ſed triplex omnino

hujus vocabuli (τὸ καθηκοντος) notio apud Stoicos deprehenditur.

Prima acceptio vocis tam lata erat, ut universæ Philosophiæ practicæ ambitum comprehendisse (d) videatur. Atque eam ob causam Officiorum divisiones, quibus cum alii veteres, tum Cicero utuntur, tam latè patent, ut omnem hominis vitam, omnesque actiones complectantur, quas quisque alteri, qui eum in societate vivit, præstare, pro *cujusque Societatis natura ac fine*, est obstrictus, eique certam bonorum communionem debet.

Altera acceptio strictior est, & alio nomine κατόρθωμα dicitur: (e) Officium, ait Cicero, perfectum, quod *Rectum*, opinor, vocemus. Quorsum *Zenoni* pertinebant ὅσα λόγῳ πρέπει ποιεῖν, quæcunque rationi consentanea sunt, ut facias: ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν, apud *Suidam*, quæcunque ratio facienda dictitat. (f) *Tertio* demum specialius καθῆκον quoddam vocatur, Ciceroni *Medium*, *Stoicis* probabile & commune, quod cur factum sit, ratio probabilis ac dialectica (g) reddi possit, seu ut *Zeno* dixit, quod pro fundamento habet εὔλογον ἀπολογισμὸν, rationem probabilem: quod in vita communi cernitur: quomodo vulgo fortes, justos, prudentes adpellare consueverimus. Quas quidem posteriores duas Officii acceptiones, non incelebri *Jacobi Thomasii* distinctione inter *Moralitatem Ethicam & Politicam: Statum item Naturalem & Legalem*, ejusdem Thomasii Patris sensu (h) acceptum, non ineptè illustraveris.

* *Vox* ἔγγεαφος *apud Paulum Rom. I. 28.*

* add. supra Exercit. I, §. XIX. lit. a.

a) *in Zenon. segm. 108. add.* Sanderson. *de Consc. Præl. IV. pag. 177. Sunt in omnium manibus* libri Ciceronis de Officiis, *hausti ex Panætii, Posidonii, Hecatonis Rhodii aliorumque Stoicorum Scriptis; de quibus alicubi* Grotius, *hactenus eos non suo pretio habitos fuisse, pronunciavit. Edidit quoq; apud Anglos de Officiis, secundum J. N. libellum* Rob. Scharrokius, *eumque A. 1667. recudi in Germania*

fecit

fecit S. m. Reyherus: sed praterqua
the eos subjectum, hominem &
præceptum suarum Conclusionum
posuit: imo aliena à Jure Naturæ
sed de HABITU CRINIS: etiam
ad scita Juris prudentiæ civilis
modat vel ad ea abit, ad quæ
jus specimina ex cap. V. & XV.
rus Specim. Annot. ad Pufend.

b) Ep. ad Attic. XVI. 11. Quod de
τὸ κατῆκον officium sit.

* adeoque vel qua bona, quo refugit
raliter necessaria, sive actio, vel
constituta. Utroque sensu accipitur
tione bona & moraliter necessaria,
aliqua actio, circa quam, præter
nonnullis commodis, ut Salerio
mine officii venit. Cum Arnis
pellari. Conf. Cl. Titius ad L. 2.

c) contra laudatum ab se, hoc ipso
init. quòd omnis quæ à ratione
beat à definitione proficisci.

d) quem sensum Demosthenes apud
esse, ac ea, quæ sui sunt Officii,
p. m. 19. Edit. Francof. & Kilon.
ment in Enchiridion Epicteti c. XXX
lis & civilis disciplina tota circa
& quæ Cicero ipso hoc loco habet,
esse in præceptis, quibus in omnis
fit. Illustrat hæc, accommodatq; ad
eaq; perfecta agnoscit officia, quæ à
gradum evehi & præstari possunt.
abnegatione mundi & derelictione
synarum etiam ad pauperiem
Media vocat, quæ ex eo perfectionis
etiam ex communibus J. N. præceptis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [56] - 44
PUBLIC DOMAIN

fecit Sam. Reyherus: sed præterquam quod in deductione suæ hypothe eos subjectum, hominem & humanas actiones, plane omiſit, & præcipuum suarum Concluſionum robur in teſtimoniis Gentilium poſuit: imo aliena à Jure Naturæ aliquando immiſcuit, quale eſt illud de HABITU CRINIS: etiam ſubinde extra limites verſatus, & ad ſcita Jurisprudentiæ civilis Jus Naturæ nimis preſsè accommodat vel ad ea abit, ad quæ naturæ pertingere impoſſibile eſt; cujus ſpecimina ex cap. V. & XV. peti poſſunt. conf. D. Imm. Weberus Specim. Annot. ad Pufend.

b) Ep. ad Attic *XVI. 11.* Quod de inſcriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium ſit.

* *adeoque vel* qua bona. *quo reſpicit definitio auctoris: vel qua* moraliter neceſſaria, *ſive actio, vel omiſſio actionis, ſub legis obligatione conſtituta. Utroque ſenſu accipitur* vel generaliter, *pro quavis actione bona & moraliter neceſſaria, ut h. l. vel* ſpecialiter, *dum certa aliqua actio, circa quam, præter agendi neceſſitatem, jus fruendi nonnullis commodis, ut Salario & quadam dignitate, occurrit nomine officii venit.* Ein Amt/ *ac poterit haud incongrue Munus adpellari. Conf. Cl. Titius ad I, 1. obſerv. II. p. 52.* Varia officii acceptio

c) *contra laudatum ab ſe, hoc ipſo argumento Canonem* Offic. I. 3. *init. quòd omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debeat à definitione proficiſci.*

d) *quem ſenſum* Demoſthenes *apud Suidam exprimit,* τὸ καθῆκον *idem eſſe, ac ea, quæ ſui ſunt Officii, facere. Conf. Rachel. ad Off. I, 3. p. m. 19. Edit. Francof. & Kilon. Quorſum & Simplicii illa pertinent in* Enchiridion *Epicteti c. XXXVII. hinc &, inquiens, Moralis & civilis diſciplina tota circa officia explicanda occupata eſt. & quæ Cicero ipſo hoc loco habet:* alterum genus *officiorum poſitum eſſe in præceptis, quibus in omneis parteis uſus vitæ confirmari poſſit. Illuſtrat hæc, accommodatq; ad Chriſtianos Ambroſius Off. I, 2. eaq; perfecta agnoſcit officia, quæ à Chriſtiano ad majoris perfectionis gradum evecto præſtari poſſunt. v. c. ſequela Chriſti, quæ fit cum abnegatione mundi & derelictione mundanorum. Uberior eleemoſynarum etiam ad paupertatem ducens erogatio, inimicorum amor. Media vocat, quæ ex eo perfectionis habitu non procedunt, ſed quæ etiam ex communibus J. N. præceptis intelliguntur.* Officium] in ſignificatu Ambroſii.

e) *eodem*

e) *eodem plane sensu usurpatum* à Clemente Alexandrino, *Pædagogi L. I. inscriptione c. XIII.* ὅπ ὡς τὸ κατόρθωμα κατὰ τὸν ὀρθὸν γίνεπαι λόγον, ἅπως ἔμπαλιν τὸ ἁμάρτημα παρὰ τὸν λόγον.

f) in Laertio *VII, 108, p. 431.* ubi exempla affert: γονεῖς τιμᾶν, ἀδελφὰς, πατρίδα. συμφιλοφρονεῖσθαι φίλοις. *amicis facilem se exhibere.*

g) *recta tamen.* Rectitudo enim probabilitati veræ minus apte opponitur. *Quod observa ad D. Bajeri Theol. Moral. P. III. c. 6. p. 259.*

h) *Tab. III. Philos. Pract. lin. 38. & Tab. X. lin. 20, 21, 22, 23, 24. & 25.*

i) *Tab. XXXIII. lin. 24. sq. & prior nostra Disp. de Statu naturali.* & Rachel. *ad l. Ciceronis, quem hoc aphorismo illustravimus, p. 21, 22. Add. Tab. XLIII. lin. 48. absolute.*

II.

Quid Officium in genere?

Prima acceptio, quæ posteriorem utramque sub se complectitur, hujus est loci; (a) diciturque nobis generaliter OFFICIUM Hominis & Civis; hoc est, *omnis honesta decoraque actio, Legi Satuique & conditioni agentis conveniens.*

a) *Potuisset Auctor* splendidiore titulo *Jurisprudentiæ universalis aut Juris Naturæ & Gent. superbire; sed, licet omnia ex principiis convenientibus juxta regulas veræ analyseos deduxerit, maluit ad conclusiones potius, usumq; practicum, ac veritatem præceptorum, quam ad demonstrandi artificium tyrones respicere, eoque officii titulus placuit. Præcepta enim (qualia tradit) pariunt obligationem: ex obligatione autem procedunt, quorum unica hoc aut certe præcipua cura, Officia.*

III.

Quæ summa dicendorum?

Quod ipsum ut rectius capiatur, de Actione humana, ejusque *Natura* ac *Subjecto*, & *Causa: Principio* item & *effectu, divisionibus* ac cæteris demum *affectionibus*, singillatim & distinctius agendum erit, ac tota Auctoris de ea vere practica tractatio penitus inspicienda.

IV.

IV.

Humana actio adpellatur, quæ auctorem habet hominem, divinius illud excellentiusque animal: (a) & prælucente Intellectu, ac decernente voluntate suscipitur. (b) Quid actio humana?

a) *cujus excellentia dignitasque tot luculentis argumentis ab Auctore describitur. Nec sane dignior homine, post Divinarum rerum considerationem, quam sui ipsius cogitatio. Conf.* Clem. Alex. *Pædag. L.* 1. *c.* 13: *ab initio*; & Nemesium *de Natura Hominis.* Auctor § 3.

b) *quo ipso ab* Actionibus hominis, *quas vulgo adpellamus, distinguitur. Sic tamen ut & illæ possint fieri humanæ, ac morales.*

V.

Solet quoque Actio humana Moralis nuncupari: (a) quæ nomenclatio petita à moribus est, (b) per quos vivendi ratio eorum intelligitur, quæ vi intelligendi pollent; eaque vel naturæ rationali conveniens, adeoque recta: vel dissconveniens, & prava, seu vitiosa. Unde dicta actio Moralis? quid mores?

a) *etsi non reduplicativè. Nam, etiam Actus Angelici sunt Morales. Imò etiam Divini. Conf.* B. Jo. Ad. Osiand, *Theol. Moral. P. I. c.* 8. *p.* 207.

b) *Conf.* Buxt. *Theol. Moral. Proleg. §.* 1. *Bestiis enim impropriè mores tribuuntur. Zentgrav. de Orig. J. N. p.* 235, 236.

VI.

Abstractum est Moralitas, cujus definitio inter difficillimas haud immerito habetur. Adeo, ut Vir celebris inauditam dicat hanc abstractionem, nec possibilem. * Id certum constitutumque arbitramur, Moralitatem (a) supervenire τῷ *esse rerum sive actionum naturali*, velut entitatem (b) *ab eo distinctam*, quemadmodum & cum esse artificiali comparatum est. Sed in quonam ea Formaliter consistat, acriter Iliacos intra muros certatur & extra. (c) Quid Moralitas?

* Sam. Strimesius *Vind. Zentgrav* p. 115.

a) *Add. omnino D. Zentgrav. de Orig. J. N. p. 237, 236. sub fin.*

b) *& quidem, quæ concipitur ad analogiam substantiæ, in qua plurimi residents sive modi sive accidentia. Pufend. O. Maj. I, 1, 17.*

Moralitas in quo 1) non?

c) *videantur, si placet, Positiones nostræ Inaugurales Anno M D CC. XXIII. Aug. huic defensæ, à §. 9. ad §. 13. ubi docuimus* (א) non coincidere τὸ Liberum cum Morali; *Liberum enim actui voluntatis esse Naturale, neque per id constitui Moralem, sed fieri demum posse Moralem.* (ב) Moralitatem non esse Ens rationis: *sed verum ac reale Ens, sumto τῷ Reali, pro eo omni, quod revera existit, & reales suas habet affectiones, qualitates, quantitates: adeoq; non tam in genere Physico, quàm Moris. Uti v. c. Si quis constituatur Rei alicujus Dominus, nihil quidem ei in dominio ut Tali physicæ Entitatis accedit: interim ipsum dominium, sive Facultas illa Moralis, de ista re, tanquam sua, deinceps disponendi, pro imaginaria haberi non debet. Conf. Ostiand. Theol. Moral. P. I. cap. 8. §. 6. Sed vera est & realis. Contra* Durandum, *cui satisfecit D.* Zentgravius, *de Orig. J. N. p. 237. sq.* (ג) *Neque Moralitas,* ut sic, *in nudo ad Legem respectu collocanda est; quia dantur, ut loqui nonnullis cum D.* Zentgravio *placuit,* Moralia Naturalia, *iis, quæ per Impositionem talia sint, opposita, uti est: Deum blasphemare, quod abstrahendo ab omni Lege malum sit. Ubi hoc saltem advertendum, Moralibus etiam* Naturalibus *competere Regulabilitatem, adeoque habitudinem ad Regulam, quæ est Lex, licet præcisa* hactenus *ipsa sit Regulatio.* (ד) *Nec denique consistit in Imputativitate, ceu visum olim Pufend. in Elem. Jurisprud. Univ. & in Opere Majori L. I, c. V. §. 4. quia Imputativitas* τὸ *Morale potius consequi, ceu affectio, quàm illud ceu formale constituere videtur. Zentgrav l. c. p. 242. Circumspectus Vir summus loquitur de Off. I, 1, 17. & hanc præcipuam Moralitatis affectionem vocat.* (ה) *Placuit Venerabili deque studiis nostris præclarè merito Viro, Formale Moralitatis in valore collocare; secundum quem actus sit æstimabilis quique sundetur, cum in ipso agente, remota etiam lege: tum in objecto, & fine, ac reliquis demum circumstantiis omnibus, ex quibus actus Moralis consurgit. Ubi tamen circa valorem observandum esse existimamus: illum* ut talem *correspondere* PRETIO, *adeoque ad modum potius æstimativum sive quantitatem Moralem, quæ Actui demum*

demum Morali, per modum ſubſtantiæ analogicè concepto, quaſi accidit aut ſupervenit, referendum eſſe. Uti gravitas delictorum, adeoque & valor eorum æſtimatur ex objecto, effectu, intentione, aliisque, quæ pretium ejusdem augent aut minuunt, circumſtantiis. Pufend. Off. II, 13, 16. Unde bene eſt, quod valor hic in debita latitudine accipiendus eſſe dicitur. Ut proin omnium forſan commodiſſimè, collatis undique ac diſcuſſis rationibus, arbitremur: Conſtitutivum Moralitatis Principium ſive Formale illius, eſſe Entitatem, quæ afficit actum liberum eidemque ſupervenit: ut ille vi hujus Entitatis aliam ac abeſſe ſuo diverſam ſpeciem ſortiatur. Quæ quidem Entitas nihil aliud eſt, quam tota illa Objecti ſive Actus, omnibus Circumſtantiis veſtiti, habitudo ac σχέσις, actum Phyſicum afficiens eumque nova ſpecie determinans. Et hanc Actus humani, qua talis formam, appellamus, quæ ipſi dat eſſe ſuum, & qua poſita ille proxime ac primo in eſſe conſtituitur. Ut jam non difficile ſit, invenire rationem, cur certi actus hominibus Morales ſint, qui brutis tales non ſunt. Nec opus inter non Ens negativum & privativum cum Hornejo diſtinguere. In brutis, inquiente, malum non eſſe malum, quia in iis ſit non-ens negativum; in homine verò, quia ei ſit malum privativum boni, quod adeſſe poterat ac debebat. vide tamen Philoſ. Civ l, II, 7, 12. p. 248.

& II. in quo conſtitat?

VII.

Dividi moralitas varie ſolet. Vulgata eſt, ſed generalior (a) in *Objectivam & Formalem* diſtinctio; priorem etiam Fundamentalem, imo Naturalem adpellari à nonnullis jam ſupra innuimus; & fuſe de ea (b) apud Noſtros actum animadvertas.

Quotuplex Moralitas?

a) per analogiam, niſi fallor, ad veritatem in tranſcendentalibus, quæ vel fundamentalis, ſive objectiva, conveniens rebus ipſis: vel formalis, competens actibus Intellectus.

Ratio diviſionis analogica.

b) Præter Hug. Grotium, qui originem Juris Nat. duplicem conſtituit, Naturalem & Voluntariam, in Proleg. & I, 1, 10. Nominatim B. D. Oſiandrum in Typo Legis Naturæ: & Obſervationib. ad Grotium p. 59. ac ante eum Alb. Grawerum Diſſ. 2. de Satisf. Chriſti,

* confer Exercit. I. §. XIX. lit b.

sti, aliosque puriores Theologos, qui pro certo habuere, esse quædam PER SE, citra omnem impositionem honesta ac turpia, *DEUMque talia Lege Naturæ præcepisse, aut prohibuisse, non quòd ipsi ita placuerit, sed quod PER SE bona vel mala esse cognoverit. Rotundè Vir Illustris, ac perspicacissimus in* Recensu librorum, *qui prodiit Hanoveræ Jul. 1700. p. 379. Rectissimè, inquit, Grotius Jura Naturæ* in intrinseca bonitate ac turpitudine constituit; *quidquid contradicat Pufendorfius sententiæ, cui* à Viro docto ac prudente *contradici potuisse miror. Uti proportionum & æqualitatum: ita &* æquitatis & convenientiæ Regulæ æternis rationibus constant. *Itaque in iis, quæ à DEO permittuntur, aut jubentur, alinude ipsam* malitatis *rationem cessare dico; incestus inter fratres & sorores absolutè malus non est, sed in liberis Adami ipsa naturali ratione permissus. Ratio enim non minus dispensatione utitur quàm DEUS.*

Æternæ Moralitatis rationes.

VIII.

quid objectiva?

quid formalis?

Illam vocant, quæ in objectis, PER SE & sua è Natura (a) antecedenter ad omne præceptum honestis vel turpibus deprehenditur; *Formalis* autem oritur ex Impositione Legis, & in ipsa actus ad regulam proportione & commensuratione consistit.

a) antecedenter ad omne præceptum] *non verò ad DEUM. Hanc Jus Nat. investigandi rationem supervacaneam rectè vocat curiositatem Zieglerus ad Grot. Conf. & Henr. Bodin. nuperum JCtum Halensem de Oblig. Forensi Juris Divini, ut & D. Förtschium Comm. ad Ambros. p. 319. Adde Grot. de J. B. & P. L. I, c. 1. §. 10. quem §. omnino lege.*

IX.

quæ principia effectiva actionis humanæ? & quidem Remota?

Diximus nonnihil de *Constitutivo* Actionis Humanæ, ut *Moralis*, principio; Jam & de *Effectivo* seu Causali distinctius edisserendum est. Sunt verò remota (a) ut vocant, ejus Principia, propriæ illæ mentis humanæ Facultates, *Intellectus* & *Voluntas*. * Uti enim ab Intellectu, regulariter, actionis voluntariæ initium est; ita nobilissima hæc animæ

nostræ

noſtræ potentia, duplici quaſi facultate prædita eſſe intelligitur. Unam repræſentativam ſive adprehenſivam adpellaveris: Cui objectum velut ſpeculo illabitur, in eoquo voluntati ſub ratione convenientiæ vel disconvenientiæ præſentatur. Per alteram, quam *judicativam* adpellamus, Objecti rationes expenduntur, collatisque inter ſe circumſtantiis, de mediis inſtituitur conſultatio. (b) Ipſe verò *Intellectus*, cum facem noſtris præferat actionibus, circa Moralia (c) naturaliter rectus eſſe, præmiſſaque debita Inquiſitione res objectas liquido & prout in ſe ſunt, adprehendere poſſe, neceſſariò ſupponitur; quod Lumen *Recta* Ratio adpellatur, (d) attemperandis ad Naturæ Legem actionibus, iisdemque ac rebus aliis inter ſe comparandis, ordinandis, dirigendis deſtinata. Rationem in genere variè definiunt. Non incommodè dixeris, eſſe facultatem diſtinctè reflectendi ſuper conceptus & cogitationes noſtras. (e)

quid ratio?

a) *Conferat tyro* Jac. Thomaſ. *Annot. ad Tab. XII. p. 14. annot. 59.* * *quomodo hæ facultates ab inferioribus differant, legendus eſt* Arndius *de V. C. IV, 11, 10, p. 913. ſeq. Sedem voluntatis in corde, Intellectus in cerebro conſtituit.* Chr. Thomaſius. *Vide illius fundamentum Juris Naturæ & Gentium nuperè edita.*

b) *Pufendorf. de J. N. & G. I, 3, 2, 3. p. 38. ſq. & Jac. Thomaſ. Tab. IV. & XXVIII. lin. 18, 19, 20.*

c) *quia alias male actorum daretur excuſatio ab ignorantia invincibili. Legatur Viri Clariſſ.* Jo. Georg. Pritii *Diſſert. de Uſu Rationis. Aliter eſt comparatum cum Ratione circa naturalia & ſpiritualia verſante.*

d) *Recta ratio non* diſtinctivus, *ſed* expreſſivus eſt terminus; *nam ratio nulla eſt quàm recta: ratio corrupta, non ratio, ſed rationis defectus eſt. Eſt autem hic ipſe ille* λογισμὸς *accuſans improbitatem, & defendens adprobansque honeſtatem, Rom. II, 15. rectum etiam in peſſima vita judicium, quod etſi ſectari Ethnici nollent, ex animo tamen penitus delere non poterant. Dixeris facultatem naturalem, quæ rectè judicat, (ſive in theoreticis ſive practicis) lumenque natura*

quid recta ratio?

turæ residuum sive principia congenita rectè adplicat, i. e. veras ex iis conclusiones elicit.

c) *Add. B.* Schomer. *Specim. Theol. Moral. c. III. §. 3.*

X.

quid idea? Solet in universum, quidquid operationem Intellectus consequitur, *notio vel idea* adpellari, vocabulo veteribus non incognito; ubi pro indubitato habemus, objecta, quæ extrà mentem sunt, per se non intelligi posse, sed beneficio idearum, quæ velut imagines res ipsas Intellectui repræsentantes, intellectui nostro præsentes sunt, non res ipsæ. Quas quidem imagines ipsa ab anima produci inconfesso est; cui eam DEUS attribuit facultatem, ut has quasi rerum effigies in se possit excitare. (a).

quis eam formet? Cõtra *Malebranchii.*

a) *quanquam secum videatur ingeniosissimo* Malebranchio, *de* inquirenda *Veritate, statuenti, ipsas rerum ideas esse Deum Ipsum; & quando e. c. triangulum contemplamur, nentiquam per eam formam Intellectum nostrum quadam perceptionis modificatione adficiì; sed ab ipsamet DEI essentia eandem tangi & illuminari, essèque ipsam divinam essentiam, quatenus ejus participes sunt creaturæ. Sed si quis falsas foveat ideas, quis demum earum Auctor erit? Severè contra Malebranchium disputat in* Oeconom. *I, 3, 14.* P. Poiretus, *illiusque principium vocat vere falsissimum, immo novæ idololatriæ originem. Quem, si placet, vide.*

XI.

Qui finis, quisque usus Intellectus? Dedit hanc tam insignem Facultatem DEUS O. M. homini, ut opera manuum Conditoris Dei contemplaretur, & ex istis veluti signis, luculentissimisque vestigiis ad DEUM ipsum, ejusque notitiam se aliosque perduceret; demum, quo Generis Humani, in eoque suismet necessitatibus, quibus hæc vita carere non potest, prospicere valeret. Ille igitur recte utitur ratione, qui ea ad id utitur, ad eu-

jus

jus usum eam accepit; hoc est, qui mentis quidem suæ oculos per mundi circumfert machinam, sed ubique ad DEUM, Auctorem rerum omnium recurrit. Quo modo si ratione sua uterentur Athei, pestilentissimum genus mortalium, in tam væsana deliria, ipsamque adeo æternalem perniciem non delaberentur. (a)

a) *exemplum Athei pœnitentis, qui multa adversus Dei existentiam & Actuum humanorum Moralitatem objecerat,* in Comite Rossensi *exhibuit* Gilb. Burnetus, *Tractatu quem edidit Latine Guil. Gaesbecius, Ultrajecti 1698.*

XII.

Quæ objecta Intellectus?

Pertinet quoque præter alia ad rectum rationis usum, debita solicitaque proportionis inter æterna & caduca, observatio. Sentit enim in se humanus animus, etiam sibi relictus, ardentissimum æternitatis desiderium; etsi non penitus de sua immortalitate ex Natura convinci possit, quod tamen Viris doctissimis iisque gravissimis video vehementer allubescere. (a) Sed & in ipsis literarum studiis, *utilia* ab *elegantibus*, hæc denique ab *inanibus* diligenter secernenda sunt, neque primo addicenda nisi iis opera nostra, quæ manifesto usu, ad vitam humanam redeunte, se commendant, & publico eidem sunt emolumento. (b) Huc referas elegantem & non ubivis obviam de Comparatione Finium doctrinam. Deliberatur nimirum de finibus, non quidem ultimis, sed interjectis, & iis quæ eò ducunt. *Finis* semper est bonum aliquod, aut certè mali declinatio, quæ vicem boni obtinere possit. Quæ verò huc aut illuc ducunt, per se non expetuntur, sed quatenus ducunt; quare in deliberationibus, ut Grotius monet, (c) COMPARANDI sunt, & fines inter se, & eorum, quæ ad finem ducunt, facultas effectiva ad finem producendum. Et habet ea comparatio Eodem judice, tres normas. *Prima* est, si res, de qua

Quæque eorum inter se proportio?

inprimis quoad studia literarum?

Quid *comparatio finium?*

agitur, æqualem, morali ſcil. æſtimatione efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum: ita demum eligenda eſt, ſi bonum aliquanto plus habeat boni, quam malum mali. (d) *Altera*; ſi videatur eſſe æquale bonum & malum, quod à re, de qua quæritur, poſſit procedere: ita demum ea res eligenda eſt, ſi efficacia ad bonum quam ad malum major ſit (e) *Tertia*; ſi videatur & bonum & malum eſſe inæquale, nec minus inæqualis rerum efficacia, res ea ita demum eligenda eſt, ſi efficacia ad bonum major ſit collata efficacia ad malum, quam ipſum malum eſt collatum bono; aut ſi bonum ſit majus, comparatione mali, quam efficacia ad malum comparata ad bonum. *

De immortalitate animæ incidenter.

a) *Scripſit ea de re Heri ſui juſſu* Joach. Hildebrandus Theologus Cellenſis. *& videri poſſunt alii. E veteribus Æneas Gazæus & Zacharias Mitylenæus, Philoſophi Chriſtiani ex recenſione C. Barthii Lipſ. 1653. Ex Anglis dignus eſt lectu liber W. Smith of the immortality of ye Soul of Man. Huc omnino conferendus de Uſu Rationis Jo. Georgius Pritius, laudatus antea Theologus Articulo XVI. p. 15. & in Felici Literato* Theoph. Spizelius. *Ex quo apparet, etiam intellectu peccari poſſe.*

quæ diſcenda?

b) *Legatur iterum Pritius Art. 20, 21. & Pufend. O. M. II, 4, 13. qui ait, nemini ignotum eſſe, quæ vocabula in homines literatos vulgo jactentur: & hanc diſtinctionem literarum inculcat. Quæ utiles? quæ elegantes? quæ curioſæ? Pertinet eò elegans* Ariſtippi *dictum; qui interrogatus, quænam ſint ea, quæ pueros honeſtos addiſcere oporteat? Ea, reſpondit, quibus, cum Viri fuerint, utantur.*

etiam à puero?

c) *Grot. de J. B. & P. II, 24, 5. Omnino planius hæc tractavit* Cicero, *ut ipſe hoc fatetur Grotius, & generaliter is monet, ne offeramus nos periculis ſine cauſa. vide Off. I, 23. & alibi, capite ſcil. XXIV. Fugiendum, inquit, etiam illud, ne offeramus nos periculis ſine cauſa; quo nihil poteſt eſſe ſtultius.*

d) *hoc eſt, quod ajunt, non eſſe piſcandum aureo hamo.*

e) *ſi ſpes ſit probabilior, & major eventus ad bonum & optatum, quam ad malum & timendum. Sic certandum utique, ſi facilius poſſis vincere, ſi major ſit ſpes victoriæ.*

* Lan-

* *Laudavit etiam hunc* Grotius *in Præparatione Finium. p. 27. Unde &* Reſtores Civitatum & Eccleſiæ *damnoſa, pro pretioſis vilia eligerent, temporalia denique æternis &c. de proveniunt iſta mala, quam ſtrinæ genere. Itaque a primis dini aſſuefieri debet. Kurſus blicæ ſalutis rationes neſciverit, rus fuerit: non Civis, ſi commodi Paterfamilias, ſi rem domeſticam lentia Numinis erga ſe ſuosque, ſi zelo juſtitiæ præditus, nisi & non ſcholæ Doctor, ſi auctoritatem ſtinxerit.*

XIII

Alterum, quod ſic vocare motum Principium * Voluntas rum Actionum moderatrix, quæ Objectis, citra neceſſitatem Phyſ eligere, & à minus convenientibus illius quidem duæ *quaſi* Facultates una Spontaneitas, altera Libertas ſpecificationis ſeu contrarietatis ſeu exercitii.

* *Actionis ſcilicet humanæ. Sic & ei imputabilium eſt VOLUNTARIUM.*

** *Dari hanc vim in animo, quæ tatum. Spinoza tamen Epiſt. 2. ad nulla peculiaris in animo facultas quid nos determinare poſſumus. Hinc Schomero, hoc primum* voluntas ſemper *debeat ſequi*

* *Laudavit etiam hunc è Grotio locum* D. Förtſchius, *Orat. de Comparatione Finium, p. 27. Unde verò, tot plurimarum rerum abuſus: unde tot pernitioſa exempla? ut non modo Patres familias, ſed & Rectores Civitatum & Eccleſiæ pro honeſtis turpia, pro utilibus damnoſa, pro pretioſis vilia eligant; privata publicis, profana ſacris, temporalia denique æternis rebus anteponant? Non certe aliunde proveniunt iſta mala, quam è ſuperficiario ac malè ordinato doctrinæ genere. Itaque à primis mox annis mens juſto finium ordini aſſuefieri debet. Rurſus: Non abſolvetur Princeps, ſi publicæ ſalutis rationes reſpexerit, niſi & divinæ allubeſcentiæ ſecurus fuerit: non Civis, ſi commodus, niſi & Vir bonus extiterit: non Paterfamilias, ſi rem domeſticam probè inſtruxerit, niſi de Benevolentia Numinis erga ſe ſuosque, proſpexerit: non Eccleſiæ Miniſter, ſi zelo juſtitiæ præditus, niſi & fidei regulam intemeratam ſervet: non ſcholæ Doctor, ſi acutè rem penſitet, niſi ad præſentem uſum deſtinaverit.*

Rurſus de comparatione finiū. Commendatur Opera Förtſchii.

XIII.

Alterum, quod ſic vocare cum Thomaſio liceat, Remotum Principium * Voluntas eſt; ** interna illa humanarum Actionum moderatrix, quæ propoſitis cognitisque *** Objectis, citra neceſſitatem Phyſicam, maximè ſibi congrua eligere, & à minus convenientibus ſe avertere poteſt. Et illius quidem duæ *quaſi* Facultates concipiuntur, quarum una Spontaneitas, altera Libertas adpellatur, (a) hæcque vel ſpecificationis ſeu contrarietatis, (b) vel contradictionis ſeu exercitii.

Quid voluntas?

* *Actionis ſcilicet humanæ. Sic & principium actionum Civitatis, ſeu ei imputabilium eſt VOLUNTAS CIVITATIS. Infra II, 6, 11.*

** *Dari hanc vim in animo, qua volitionem elicere poſſit, non dubitatum.* Spinoza *tamen Epiſt. 2. ad Oldenb. ita de ea loquitur, quaſi nulla peculiaris in animo facultas detur, qua velle actu & ad aliquid nos determinare poſſimus.*

*** *Hinc Schomero, hoc primum audit principium practicum. Quod* voluntas ſemper debeat ſequi Intellectum; *& quidquid contra fit, peccatum*

catum sit. *Ex quo capite Christus Samaritanorum preces carpit, quod ignorent, quid adorent. Jo. IV. 22. Alterum principium dicit: quod* intellectus *in iis, quæ ad actiones nostras dirigendas pertinent, debeat esse rectus & certus. Specim. Theol. Moral. c. III. §. 12. 13.*

quotuplex libertas? Remissive.

a) *Vides,* quid velit Auctor c. I, §. 9. *plures distinctiones lege apud König. Theol. Posit. P. II. §. 195. sqq.*

b) *hanc alii vocant Libertatem* divertitatis, *quæ facultas est è propositis pluribus objectis eligendi unum vel aliqua: altera, quæ contradictionis audit libertas, versatur circa unius objecti electionem vel rejectionem. Pufend. J. N. & G. I, 4, 2. Romani libertatem definiunt, quod sit facultas ejus, quod cuique facere libet.* Zeno *definit* ἐξουσίαν αὐτοπραγίας. Persius:

quid libertas Romanis? & Græcis?

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui libet ut voluit.

Incidenter illustratur Gen. III, 16.

Aristot. *Polit. VI, 2.* Τὸ ζῆν ὡς βούλεται τις. τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναι φάσιν, εἴπερ τὸ δοῦλον ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται. *Sic Gen. III, 16. ad mulierem DEUS:* אל אישך תשוקתך *ad virum Tuum appetitus tuus; id est,* ex imperio, *quod maritus in te habet, imminuetur* naturalis illa libertas, *quam habuisti, & voluntas tua adpetit. Et est sanè servitus aliqua, non posse facere quod velis, quia nolit id alius. add. Grot. ad d. l. Alias liberum arbitrium definiunt, quod sit facultas activa voluntatis, quâ illa circa objectum agibile, positis omnibus ad agendum requisitis, indifferenter se habet, tum quoad speciem, tum quoad exercitium actus.* Ante lapsum, *præter libertatem à coactione, à servitute peccati & miseria, erat in voluntate* hominis libertas à necessitate immutabilitatis, *ita ut voluntas* hominis *ad agere & non agere, velle & non velle, ac suo modo ad bonum & malum indifferenter se habuerit;* * *nondum namque ad malum determinata erat, ut hodie post lapsum; neque ad bonum determinata erat, ut voluntas beatorum in vita æterna. Quæ quanquam ad bonum & malum indifferens non sit, datur tamen in ea indifferentia ad bonum hoc vel illud in particulari libere eligendum vel non eligendum. Quomodo etiam DEUS, licet ob infinitam suam perfectionem non possit male agere, tamen quando extra se agit, ad plura* bona particularia *indifferenter se habet, ut hoc vel illud velle vel non velle possit. add. König. Theol. Posit. P. II. §. 232, 236, 248.*

quid liberum arbitrium? prælimi-nariter do-cetur.

* sed NB, *non per modum æquilibrii.*

XIV.

XIV.

Quotupliciter sumatur voluntas?

Voluntas sumitur vel pro facultate volendi, vel pro actu. Actus volendi versatur vel circa finem & media, vel circa finem tantum. Prout circa finem & media simul versatur, dividi voluntas I. solet ratione intellectus antecedentis *in plenam*, quæ sufficienter: & *non plenam* quæ insufficienter ab intellectu informata est: ac rursus ratione sui ipsius in plenam, quæ plena libertate adpetit bonum, & aversatur malum, & non plenam quæ non omnimoda gaudet libertate. II. In *efficacem* & non *efficacem*. Illa est voluntas seria, non simulata, quæ non finem modo vult, sed & media subordinat. Ut DEUS omnes homines salvos fieri vult, eosque ad agnitionem veritatis pervenire. Matth. XXIII. 37. inefficax, sive complacentiæ, quæ non subordinat debita media. Quanquam si de DEO adhibeatur distinctio, ejus voluntas potius distinguenda sit in efficacem & efficientem. (a)

a) *Conf.* D. Scherzer. Syst. *Loc. II.* §. 14. & Dannhau. *Hodosoph. Phœn. VII. p.* 529. *edit. nov. ac è Philosophis omnino* Slevogtus *de Indifferentia voluntatis.*

XV.

Quot modis velle quis possit?

Velle etiam quis dicitur non uno modo. Nam & ipse facere potes, & per alium. (a) Quod quis per alium facit, per se feciſſe putatur. Quorsum pertinet argumentum de Cauſſa Morali; (b) infra tangendum.

a) *Dixeris, velle mediatè vel immediatè.* Pufend. *O. H. & C. I.* 1, 17.
b) *Exercitatione præsenti,* §. *XLI.*

XVI.

An sola voluntas libera?

Cæterum sola voluntas libera est; non intellectus: quoniam intelligere nec in se formaliter, neque quoad exercitium actus est liberum. Ergo Intellectus ejusque Lumen est sal-

saltem conditio sine qua non actionis liberæ, seu absque qua voluntas aliquando libertatem exercere non posset. (a)

a) *conf.* Jac. Thomas. *Tab. XI. lin. 53. theor. 1. actus sciendi cadit etiam* NB *in actionem non-moralem v. c. invitam per violentiam. Ergo non constituit actionem moralem in esse, nec ad eam requiritur vel ut radix vel formaliter. add.* Geilfus. *Ethic. Exempl. Exerc. III. p. 66. sq.*

XVII.

Liberum Arbitrium an sit?

De existentia Liberi quod vocant, arbitrii, temerarium est dubitare; (a) quam & positiva humanarum actionum consequentia, meritum, ac demeritum, vis electrix, facultas consultandi, & Leges insuper, ac præcepta, exhortationes, laudes, vituperationes, præmiorum promissiones, pœnarum denique supplicia, luculenter evincunt. Forma illius non est (b) immunitas à coactione & necessitate: nec indifferentia qualiscunque ad agendum aut non agendum, agendum hoc vel illud, sed INDIFFERENTIA ad OPPOSITA, eaque, ut diximus, tàm *contradictoria*, quàm *contraria*. Cæterum non ubivis est obvia *distinctio* Libertatis κατὰ σέρησιν & κατ' ἐναντιότητα. *Illa* omnibus per naturam, antecedenter ad omne factum humanum competit, quia natura omnes sumus æquales: *non hæc*, quæ dicit Jus nunquam serviendi. Hoc enim sensu nemo liber est. Quo pertinet illud Albutii: Neminem natura liberum esse, neminem servum: hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam. Quare qui legitima causa in servitutem, sive *personalem* sive *civilem* devenerunt, contenti sua conditione esse debent. Vocatus es ad servitutem, ne id te torqueat. (c) Libertas *civilis* etiam secernenda est à *personali*. *Illa* est Jus *regendæ Reipublicæ*; ut inter Galliæ civitates disceptatum ait Tacitus: Libertas, an pax placeret? ubi vita, quæ fundamentum est omnium bonorum temporalium, & æternorum occasio, pluris utique esse debet, quam libertas. (d) *Hæc* est facultas disponendi regulari-

& quid *formaliter* sit?

quid libertas κατὰ σέρησιν, & κατ' ἐναντιότητα.

quid Civilis & personalis?

lariter de actionibus rebusque suis
societatem referuntur.

a) Rationem proponit solidam Auctor §.
oppugnarint, & moderni quidam negar
nisi motu intrinseco spontaneo, tamen
coactam ad objecta sua tendere; Sane
tatis homo à Bruto non distinguetur.
In homine præcedere judicium, quod
enim judicium huic motui voluntatis
Naturam pertinet. adde omnino Jo.
p. 268. edit. Luneb. minor. §. Wenn
türlichen äusserlichen Zwang und
b) Quæ quidem sententia est reformator
gumenta Philosophice proposita refel
diff. voluntatis humanæ, fuse ac sole
tioribus objicit Abrahamus Heidanus
libertatis gradum, & quandam Volun
quod est ipsum Libertatis Formale con
libertatis gradum. Libertatis, inquam
necessariam existentiam allegata sup
Etiam in DEI libertate, datur quæd
pari est, termino, * pront notat indeter
jungue oppositio. Quo sensu recte dixe
Potuit creare, & non creare. Gaudet
sue, Respective considerata. (seu
communicat) Libertate tum contra
potest plura conferre bona, quam ac
tenus potest hunc gradum Bonitatis
Conf. omnino D. Ojiandr. ad Lec. X.
Imperfectio est comparative ad Natu
tionis, scrutinii nullius ante exper
non est imperfectio in se, & qualem
demque à Sapientissimo Conditore co
bertate in abstractione loquatur, s
xerie inter Indifferentiam Ur Sec
malum. Illa in genere bonorum DE

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [70] - 60
PUBLIC DOMAIN

lariter de actionibus rebusque suis quatenus ad minorem societatem referuntur.

a) *Rationem proponit solidam Auctor §. 10. quidquid & olim Stoici opposuerint, & moderni quidam regerant. Pone, voluntatem non nisi motu intrinseco spontaneo, tantum non ab extrinseco principio coactam ad objecta sua tendere; Sanè hactenus ratione hujus facultatis homo à Bruto non distinguetur. Neque est, quod quis dicat: In homine præcedere judicium, quod in brutis haud obtineat; Illud enim judicium huic motui voluntatis extrinsecum est, nec ad ejus Naturam pertinet. adde omninò* Jo. Arnd. *Ver. Christianism. I, 41, p. 268. edit. Luneb. minor.* §. Wenn dieser freye Wille in dem natürlichen äusserlichen Wesen und Leben nicht wäre/ u. s. w. Necessitas ususque Libertatis.

b) *Quæ quidem sententia est Reformatorum plerorumque: quorsum argumenta Philosophice proposita resolvit* Slevogtus *Disput. II. de indiff. voluntatis humanæ, fuse ac subtiliter. E Reformatis recentioribus objicit* Abrahamus Heidanus: *Indifferentiam esse* infimum libertatis gradum, & quandam Voluntatis Imperfectionem. *Sed I. quod est ipsum Libertatis* Formale *constitutivum, id non est infimus libertatis gradus. Libertatis, inquam, in Foro humano sumtæ, cujus necessariam existentiam allegata superius argumenta evincunt. II. Etiam in DEI libertate, datur quædam indifferentia,* depurato, *ut par est,* termino, * *pront notat Independentiam DEI ab hoc effectu ejusque opposito. Quo sensu recte dixeris: DEUS libere creavit, h. e.* Potuit creare, & non creare. *Gaudet enim DEUS ratione bonitatis suæ,* Respective *consideratæ, (seu quatenus benigne se Creaturis communicat) Libertate* tum contrarietatis, *quatenus huic creaturæ potest plura conferre bona, quam alteri: tùm* contradictionis, *quatenus potest hunc gradum Bonitatis vel conferre vel suspendere. Conf. omnino D. Osiandr. ad Loc. X. qu. 3. Turretini, p. 362. III.* Imperfectio est comparativè ad Naturam DEI, *quæ nullius consultationis, scrutinii nullius ante exequutionem decretorum indiga; at* non est imperfectio in se, *& quatenus humanæ voluntati debita, eidemque à Sapientissimo Conditore concreata est. IV. Si de Libertate in* abstractione *loquaris, forsan haud incongruè distinxeris inter Indifferentiam* Ut Sic, *& eam, quæ est ad bonum & malum. Illa in genere bonorum DEO, Angelis, electis adhuc competit.*

* vide jam supra Exerc. §. XXIII. lit. b.

DEI libertas qualis?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [71] - 61
PUBLIC DOMAIN

petit. *V.* Non *est* imperfectio Moralis, *quia alias* DEUS *hominem condidisset* moraliter imperfectum, *quem non impeccabilem condidit; quum tamen hæc indifferentia non tam fuerit potentia peccandi physica, quam* possibilitas peccandi, *quo sensu homo factus dicitur Non-Peccabilis. quin imo perfectio hominis est, qua is supra bruta, quæ ex intrinseca necessitate agunt: supra cætera agentia physica, solem v. c. ignem & alia quæ potentiam ad oppositum non habent, eminet. Eadem, quæ Heidano, mens est Bremensis nuper Gymnasii Directori, hodie Theologo Batavo clarissimo* Nicolao Güttlero, *Instit. Theol.** *qui* pernicio*sum* eorum errorem vocat, qui Liberum Arbitrium in indifferentia ad utrumque oppositorum constituerint. Hanc nimirum sententiam ex humano fastu orum trahere, qui se eorum potestati subducere gestiat, *quibus multo jure subjecti simus.* II. Ortam indifferentiam esse ex cognitionis defectu, E. non urgendam veluti perfectionem. *Sed* ad prius *quidem dicimus, falsum supponi. Fastum reprimit* indifferentia, Legibus restricta, *& ni bonum eligat, pœnæ rea. Ad* alterum *moneo, sæpè non placere voluntati, etiam quæ videntur optima. Quod vel ex delictis adversus conscientiam admissis liquido adparet. Adde contra* Prædeterminantes Pufendorf. *de J. N. & G. I. 4, 3.*

* c. IX. §. VIII. & IX.

c) *1. Cor. VII, 21. add. Senec. Controv. III, 21. & Grot. de J. B. & P. II, 22, 11.*

d) *Grot. II, 24, 6.*

XVIII.

quid Objectum Voluntatis?

Objectum Voluntatis in genere est *Bonum*: (a) sed quod varia specie (b) humano intellectui præsentatur, & ab ipsa quoque Voluntate diversimodè adpetitur. (c)

quid bonum?

a) *§. 11. consistens in ea aptitudine, qua res quæpiam alteri prodesse, eamque vel conservare vel conficere idonea est. Pufend. O. M. I, 4, 4. p. 56.* Pulcre Dionysius *vulgò Areopagita, de Divinis Nominibus:* ὀδὲν ἐις τὼ τῦ κακῦ φύσιν ἀποβλέπων ποιῆ, ἀ ποιῆ. *Nihil in mali naturam respiciens agit, quæ agit.*

quotuplex bonum?

b) *Vera jam, vel adparenti. Ut bonum vel externum vel internum; Idque vel animi vel corporis. Ut* Bonum Naturale & Supernaturale. *Conf. Thomas. Pater, Phil. Pract. Tab. III, per tot. V. lin. 35. Simonides in recensendis humanæ felicitatis partibus primas dat bonæ vale-*

valetudini, alteras bono ingenio, [illegible]
Sirac. XXX, 14.
c) *Jam videlicet ut decorum, modo* [illegible]
Decorum quid sit varie disquiritur
mationem, quam homo de se ipso
tati humanæ conveniens est. Quæ
sim sese commendat, in iis præser
non videntur, ipsam tamen bonitat
obscurè intelliguntur. Quorsum a
desunctos referemus, & pertinere
esse quædam, inquientis, abusive
meliora esse indicat, etsi non debu
videlicet, quæ ex custodia dignitat
Naturâ impellitur, quamvis ad fine
mortales media adhibeantur. Ut
describi potest; quod sit actionum h
de Regulas conformatio, pro dive
ans. Quem in sensum diligens de
kleinen Schriften p. 258. de fundam
Ungleichheit der Menschen præsup
stehe / als in der Uberein[illegible]
Lassens mit dem Thun und Lassen
sonderliches in der menschlichen
Quorsum & Civilitas pertinet, q
nim, modo amabilitatem. Illum G
bonæ Gratiæ. Latine dicere (laud
actione. Exeritur autem Civilitas
licet, non affectato, non rigido, qu
runt nonnulli, velut humanitas cons
rogationibus absque dissolutate ani
stu serta hilarique fronte. Oppo
personarum, loci, objecti alium
tur. Urget Civilitatem Lex Natu
molesti sumus. Latior Decori pro
bis differentia sit honesti & decori
mari posse dixit. Off. I. 27. Ut
cogitatione magis a virtute

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [72] - 62
PUBLIC DOMAIN

valetudini, alteras bono ingenio, tertias bene partis divitiis. add Sirac. XXX, 14.

c) *Jam videlicet ut* decorum, *modo ut* Jucundum, *jam tanquam* utile. Decorum *quid sit variè disquiritur. Auctor pro eo sumit, quod æstimationem, quam homo de se ipso habet, afficit. Verbo: quod dignitati humanæ conveniens est. Quæ quidem observatio insigni usu passim sese commendat, in iis præsertim, quæ Jure Naturæ præcepta non videntur, ipsam tamen hominis dignitatem lædere neglecta haud obscurè intelliguntur. Quorsum alibi Jus sepulturæ & officia erga defunctos referemus; & pertinere huc videtur elegans* Grotii *locus: esse quædam, inquientis,* abusivè *Juris Naturæ, quæ ratio oppositis meliora esse indicat, etsi non debita. J. B. & P. I, § 10. 3. decora videlicet, quæ ex custodia dignitatis deducuntur, ad quam quisque Naturâ impellitur, quamvis ad finem obtinendum diversissima inter mortales media adhibeantur. Ubi Decorum hoc specialius dictum describi potest; quod sit actionum Indifferentium ad dignitatis tuendæ Regulas conformatio, pro diverso statu, tempore ac loco varians. Quem in sensum diligens decori exactor* Chr. Thomasius in den kleinen Schrifften p. 258. *de* fundamento *decori ait,* daß daſſelbe die Ungleichheit der Menſchen *præsupponire*/ und in nichts anders beſtehe / als in der Ubereinſtimmung deß menſchlichen Thuns und Laſſens mit dem Thun und Laſſen ſolcher Menſchen/ die für etwas ſonderliches in der menſchlichen Geſellſchafft *æstimirt* werden. *Quorsum & Civilitas pertinet, quæ dicit modo* venustatem *actionum, modo* amabilitatem. *Illam Galli vocant* la Bienſeance, *hanc* la bonne Grace. *Latine diceres illud decus, hoc venereș & Gratias in actione. Exeritur autem Civilitas exterius,* ſermone: *humano scilicet, non affectato, non rigido, quo nescio quam auctoritatem quærunt nonnulli, velut humanitas contemptum inducat:* Nutu, *quando rogationibus absque difficultate annuimus:* Gestu, *porrecta sine fastu seria hilarique fronte.* Opere, *ut actus nostri pro temporis, personarum, loci, objecti aliarumque* Περιστάσεων *ratione temperentur. Urget Civilitatem Lex Naturalis, quæ imperat, ne proximo molesti simus. Latior Decori* apud Ciceronem *acceptio est, qui qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi, quam explanari posse dixit. Off. I, 27. Est, inquiens quiddam, quod deceat, quod cogitatione magis à virtute potest, quam Re separari. Et ut ve-*

Quid decorum? ad *Auctorem* L. I, c. 1. §. XI.

qui illius fons?

quid specialiter dictum?

quid morum civilitas?

Ejus necessitas.

quid decorum generaliter Ciceroni?

nustas,

tias, & pulcritudo corporis secerni non potest à valetudine: sic hoc decorum, totum quidem illud est cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Quod observari forsan haud incommodè potest ad communem Boni divisionem in Honestum (*sub quo & decorum complectuntur*) Jucundum & Utile. *De universa autem DECORI materia consulendi* Lambertus Velthuysius, *de Principiis Decori & Honesti.* & Jo. Burchardus Menkenius, *Dissert. de eo quod Decorum est, edita Lipsiæ 1695. inprimis §. 4, & 5, & 7. ubi de eo quod v. c. fœminas dedecet, agit, & Mariæ Anglicanæ, Philippo II. nuptæ indecorum fuisse censet, quod Regis nomen adsciverit. Item* C. Thomas. Sitten-Lehre *c. II. §. 104. cujus practica est distinctio inter eum, qui indecenter vivit, & cui deest decorum. Illi deesse felicitatem, huic non item.* Magnus Daniel Omeis, *qui Ciceronis Off. I, 27, 28. eleganti Commentariolo illustravit. Zentgrav. Summ. Jur. Div. de Jure Corporis Sect. II. Artic. I. Subsect. IV. p. 402. n. 6. Pertinet quoque huc Characteristica corporis, ubi ex vultu, gestu, incessu sermone, vestitu de indole habitu & affectu animi* non omnino fallax *est conjectura. Memorantur* in Histor. Eccles. Trip. *L. VII. c. II. de* Juliano Apostata *verba* Nazianzeni, *quæ videri eo loco possunt. Sed & ipse* Gregorius *Orat. II. f. 121. sq. contemplatus Juvenis faciem ac corporis habitum, statim enim aliquid monstri alere prædixit. Repetam prudentissimi Patris verba, velut specimen characteristicæ, non ubivis obvium.* Tunc igitur, *inquit*, me non malum de hoc viro Vatem fuisse novi; quanquam alioqui non ex eorum numero sim, qui in hujusmodi rebus sciti atque igenioſi sunt. Sed me morum ac gestus ipsius inæquabilitas, atque ingens quædam mentis emotio, vatem efficiebat; *si quidem vates ille optimus est, qui recte conjicere novit. Neque enim mihi boni quidquam significare videbantur*, cervix minime firma: humeri quos subinde agitabat & attollebat: Oculus vagus & aberrans, ac furiosum quiddam innuens: pedes instabiles, & titubantes: nasus contumeliam spirans: Vultus lineamenta ridicula idem significantia: risus protervi & exæstuantes: nutus & tenutus omni ratione carentes: sermo hærens, spirituque intercisus: interrogationes præcipites, & imperitæ: responsiones his nihilo meliores: aliæ in alias insultantes, non autem graves & constantes, nec eruditionis ordine progredientes. Τῶν σπὲ τῶν ἐρχων διεσκόπουν, ὅτι ἡδὴ ἔπι τῶν ἐρχων ἐγνώεσαν. Quod si quidam (addit) ex iis, qui tum

simul

Scriptores de Decoro.

De Characteristica corporis.

simul erant, atque audiebant, nunc mihi præsto essent, haut ægrè testarentur. *Et quanquam faciem corporisque staturam paulo aliter delineet* A. Marcellinus; *ipse tamen* Julianus *se oculis in terram dejectis processisse fatetur*, ad S. P. Q. Athenienſ. *p.* 504. ἐβάπζον δὲ ὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοι παρέβλεπόντες. Ἀλλ' εἰς γῆν βλέπων. ὥσπερ εἰθισμένον ὑπὸ τῦ θρέφαντός με παιδαγωγῦ. *Vidit etiam notavitque istam characteris corporei rationem* Salomo Prov. XVI. 30. & XX, 11. *Cæterum conferendi heic sunt Characteres* Theophrasti, *Commentariis ab* Is. Casaubono *illustrati, varieque editi. Quemadmodum illos in Gallicum sermonem vertit* de la Bruyere, *cum characteribus nostri seculi, potiorumque in Gallia virorum, addita Clave. Paris. 1697. & decorum in incessu totoque habitu corporis. Unde* de Decoro in vestibus quoque *solicitus fuit Legislator Sanctissimus Levit. XIX, 19. & Deut. XXII, 11. Ne VESTEM EX LANA LINOQUE CONTEXTAM INDUUNTO.*

XIX.

Lex de Decoro in *vestibus insignis* est: *Non induetur Mulier veste virili, nec vir induetur veste fœmineâ*: abominabilis enim DEO est, qui facit hæc. Deut. XXII, 5. Turpe quippe est sexum mentiri, & miram officiorum confusionem infert. Quamquam ejus leges rationem dat Majmonides, occasionem illi datam ab idololatris, apud quos mos erat in honorem Martis fœminas armis indui, viros mulieribus vestibus in honorem Veneris. * Nec puduit sanctissimum Legislatorem de externa munditie Legem præscribere, Deut. XXIII, 12, 13. Ejusmodi quoque Lex est Exod. XX, 25. Non adscendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudo tua. Simile quid in jure Pontificio Romano vetere, ex quo Servius hoc adfert ad IV. Æneidos. Apud veteres, scalas plus tribus gradibus, nisi Græcas, scandere non licebat, ne ulla pars pedum ejus crurumve subter conspiceretur, eoque nec pluribus gradibus, sed tribus, ut ascensu duplices nisus non paterentur extolli vestem, aut nudare crura. Nam

Specimen LL. de Decoro.

ideo & Græcæ Scalæ dicuntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clauſæ ſint, ne aſpectum ad corporis aliquam partem admittant. Cæterum pertinet ad *decorum exterius pudor in converſatione*, qui non omnis vitandus, atque in virtutum numero collocatur. (a) Mali pudoris infinita ſunt exempla. (b)

* *Conf.* Grot. *ad h. l.* & Calov. *qui ad 1. Cor. XI, 4. 14. provocat.*

Præceptũ de pudore.

a) *Regulas ſuggerit Siracid. XLI, 20. ſq. Præclarum eſt monitum* Demetrii Phalerei, *ut domi Parentes, in via obvios, in ſolitudine ſeipſos revereantur adoleſcentes. Diſce teipſum* multo magis, quam alios revereri. *add. Sir. XLI, 27.*

b) *Sir. XLII. 1. ut per quem quis reverentia pudoris in delictum adducitur.*

XX.

Quæ impedimenta Libertatis?

Etſi verò ea, qualem hactenus delineavimus, humanæ voluntatis Libertas ſit; non pauca tamen deprehenduntur, quæ eandem ſolicitant, inclinant & in unam potius quam alteram partem propellunt. * Inter ea eminet *peculiaris ingentorum diſpoſitio*, (a) ſpectanda *cum* ratione ſingulorum, (b) tum reſpectu diverſarum nationum; (c) item *conſuetudo* (d) & *Affectus*; (e) morbi denique ultro arceſſiti: (f) quæ omnia ſicuti voluntatem vehementer aliquando commovent, ac impellunt: ita eandem libertate, quam ſupra ei vindicavimus, privare aut imputationem actuum ſufflaminare minimè cenſenda ſunt.

Quid vergentia?

* *Vergentia eſt* vel naturalis: *à cauſis phyſicis orta: vel* moralis, *quæ eſt proclivitas à conſuetudine, quam etiam affectatam dixeris. Quidam Magnetiſmum moralem vim utriusque dixit. Hæ vergentiæ ſive leviora impedimenta opponuntur gravioribus, quæ ſunt Affectus, vel potius irregulares eorundem inſultus.*

a) *orta admodum è* temperatura Corporis, *per quam intelligo* cum *ſanguinem in ſua mixtura & conſiſtentia varium, purum, tenuem, craſſum*

crassum: tum *omnes ab hoc Microcosmi Oceano derivatos & secretos succos, bilem & cæteros; Spiritus item ratione suæ subtilitatis, mobilitatis, serenitatis, elaterii. Quin universum corpus, quoad omnes partes solidas, non modo qua sanguine diffuso temperatum, aut externa figura sub proportione mira conformatum est; sed & multo magis interne in fibrillis, vasculis, canaliculis debitè dispositum, infinities quoad hanc structuram variabile.* quid temperamentum Corporis?

b) *Persius:*

Mille hominum species, & rerum discolor usus:
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. *add. Sir.* XXXVII, 31. *Urgent diversam hominis ac reliquorum animalium naturam. Cum ex actionibus naturalibus unius vulpis aut simiæ de omnibus ejusdem figuræ judicium fieri possit: in homine ab uno ad reliquos inferre non liceat. Hinc cæterorum animalium facies simillimas, hominum dissimillimas, ex quo de dictis eorum passionibus constare possit. Conf.* C. Thomasius *in Fundamentis. Varias ingeniorum formas, pro illorum diversa ad literarum studia aptitudine ad quinarium reduxit* Morhofius, *Polyhist. II, 1, 324. tarda vocans alia, alia celeria: alia mixta, & hæc quidem modo duplici: alia dentq, quasi Heroica. Tertium genus mixtum è duabus formis prioribus vocat, quod tamen aliquid habeat excellentius, & inter ordinaria ingenia principatum teneat. Quem numerum* Jo. Daniel Major, *Medicus Kilonienſis nonnihil restrinxit, in prima, inquiens, phalange stant ingenia crassa: in altera Ingenia* liberrimæ Vibrationis, *subtilia, alacria: in tertia sunt Mediocria, excolendis scientiis aptissima, Dissert. de Genio Errante Kilon. 1677. Præfat. & conf.* D. Dannhauer. *Theol. Conscient. P. II p. 711. & ex professo Janum Huartum ut & Lipſ. Polit. IV, 5. p. 84.* Quæstionem: An in unius hominis Temperamento, ingenio atque indole, major dispositio ad Prophetiam sit quam alterius? *resolvit* Witsius *Miscell. Tom. I. L. 1. c. 9. p. 58. Ipsum ingenium Becmannus dicit inclinationem intellectus: Mores vero exercitia ejusmodi inclinationum.* quot formæ ingeniorum?

c) *de vitiis, virtutibus & characteribus Nationum gravis est Commentator* Thomas Lansius, *cui jungantur Becm. Linear. Moral. c. VII. §. XI. p. 110. sqq. singillatim* Jo. Andreas Bosius *Introd. in Notit. Rerumpub. c. XXVIII. §. 7, 8. p. 207. sq. ubi etiam commenda* Besoldi *Discursum de Naturâ Populorum §. 9. Bodin. de methodo Leg. histor.* quid de characteribus Populorum?

Ibid.

Frid. Marſelaer *de Legato.* Buddeus *de Cultura Ingenii.* Motheſ. *Polyb. L. II. c. 1.* Scipio Claramontius *de conjectandis cujuſque moribus & affectibus, L. II. c. VI. p. 66. ſq. ac de ODIIS Nationalibus populorum, conf. Becm. Conſp. Moral. c. VII. p. 72. Temere de Natione integra nihil pronunciandum, ut maledicentiſſimè de Germanis & Gallis non pauci perperam fecere.*

quid conſuetudo?

d) *Conſuetudo,* ſive crebra eorundem actuum repetitio; *quæ efficit, ut virtuoſa actio expedite libenterque ſuſcipiatur, & virtuoſi habitus nomine venit, laudemq; omnino meretur. At licet vitioſi mores diuturna adſuetudine inoliti, in naturam ſere videantur abire, ſic ut ægerrimè iis reſiſtatur; non tamen profectò ex ea actiones deſinunt eſſe ſpontaneæ. Pufend. de J. N. & G. I, 4, 6. p. 60. Eximie Auguſtinus è ſublimiore diſciplina:* Velle meum tenebat *inimicus, & inde mihi catenam fecerat & conſtrinxerat. Quippe ex voluntate perverſa facta eſt libido, & dum ſervitur libidini,* Facta eſt Conſuetudo: *& dum conſuetudini non reſiſtitur,* Facta eſt Neceſſitas; *quibus quaſi annulis quibusdam ſibimet annexis tenebat me obſtrictum dura ſervitus.* Confeſſ. VIII. 5.

Quid Affectus? An motus?

e) Affectus *Carteſius paſſiones adpellat; notione præſenti quidem Statui haud incongrua; malim tamen generaliter* Motus *vocare. Quorſum erudtiſs.* Senault *Auguſtini ſuffragium allegat; Affectiones noſtræ, inquientis, motus animorum ſunt. Lætitia animi diffuſio, triſtitia animi contractio: cupiditas animi progreſſio; diffunderis animo cum mole ſtaris, progrederis animo cum lætaris, contraberis animo cum appetis, fugis animo cum metuis.* De l'uſage des Paſſions, *Tract. III. Diſc. 1. p. 132. Diviſiones eorum concinne, ut ſolet, ac perſpicue delineavit* D. Rechenbergius *in Lineis, ubi & de Remediis nonnihil. Doctrinæ verò uſus quam per omnem vitam amplus diffuſusque ſit, dici equidem ſatis non poteſt. Videatur* è Gallis Senault: & Moulin *de la Paix de l'Ame, commendatus à Thomaſ.* Ausübung der Sitten-Lehre *p. 49, 41. è Belgis* Adrianus Cequius *in Obſervat. Critico-Sacris, quæ continent Ethicam S. L. 2. Sect. 3. p. 114. ſq.* & Philaretus *in Ethica. Ex Anglis proſtat vernaculo ſermone inſignis liber de affectibus* Eduardi Reynoldi: *è Germanis laudem meruit Placcius in Pathologia. Specialem quoq; delineationem doctrinæ de Affectibus dedit D.* Frankius, *Append. ad Manuduct. Legendi Scripturas p. 249. Jac. Thomaſius Tab. IX. & poſt eum filius Prax. Ethic.*

thic. III, 71. describit Affectus, quod sint Motus Voluntatis humanæ, circa objecta vel jucunda (sive accepta,) vel adversa, præterita sive absentia, orti è vehementibus rerum externarum in cor hominis impressionibus, & ex iis consequuto sanguinis motu. Ita rem facilem judicamus: eritque adeo principalis affectus cupiditas, sive desiderium; quod convenienter dividitur in Amorem & Odium. Sic Amor est desiderium, sive cupiditas rem amatam vel obtinendi vel conservandi. Odium est desiderium rem exosam vel averruncandi vel amoliendi. Timor est desiderium effugiendi mali; Spes est desiderium bonum adipiscendi. Quomodo cupiditatum nomine complexus omnem affectuum peccatorumque summam est Joannes: Ἐπιθυμία σαρκὸς, ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλαζονεία τοῦ βίου. Ubi primum membrum voluptatum desideria; secundum habendi cupiditatem, tertium vanæ gloriæ consectationem & iracundiam comprehendit. 1. Jo. II. 16. Philo etiam in decalogi explicatione omnia mala esse dicit, ἐξ ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς: & Lactantius libro sexto: Virtus est iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. Nam fere omnia, quæ fiunt injustè atque improbè, ab his oriuntur affectibus. add. Grot. de J. B. & P. II, 20, 29. Hebræi affectus cordi, vim imaginatricem capiti adscribunt. Cæterum exhaurit proposita superius definitio affectus, cum qui spiritum, tum qui corpus, aut utrumque pro principio habent; quorum illi perceptiones volitionesque: isti extraordinarios spirituum sanguinisque motus: hi, quia & à mente, & à corpore originem ducunt, utrumque involvunt.

Quomodo Cupiditas affectuum summa?

Locus 1. Jo. II. 16. de triplici Cupiditate.

Quotuplices affectus?

f) Ebriorum igitur actiones non sunt liberæ ab imputatione. Imo sæpius pœnam adgravant. Vid. deß H. Röm. Reichs Reuter-Bestallung de A. 1570. art. 50. & Sekend. de Statu Christianism. II, 10, 6. p. 334. Quid turpius morbo sponte contracto? Conf. Auct. §. 15. & adde Conring. de Habitus Corporum Germanicorum causis p. 107. Zentgr. de Jure & Just. pag. 305, 306. De Noxa herbæ Nicotianæ scripsit Fagonus, primarius Regis Galliæ Medicus. Ad morbos præternaturales referri possunt fascinationes, philtra, & his similia. Add. Rhodigin. L. A. 2, 1. sqq.

Ebrietas ut imputabilis?

ejus turpitudo, variaque origo.

XXI.

Inter affectuum remedia *insigne* est, dictis factisque mo-

Quod singulare af-

fectuum Remediũ?

ram interponere. (a) Adverſus metum, DEI timor. Fieri enim non poteſt, ut, qui Dei timore præditus eſt, meticuloſus ſit. (b) Cuſtodia oculorum. Viſa enim quæ animo obortuntur, notam quandam imprimunt, qua movetur appetitus. (c) Fuga mœroris, (d) ac metus (e) Cæterum princeps

quid amet?

affectus eſt amor, & ſuam denominationem ab objecto in quod fertur, accipit. Sic ſi DEUM ames, divinus: ſi hominem, humanus: ſi res infra dignitatem vitamque humanam poſitas, beſtialis vel mortuus audiet. (f)

a) *quod prima ſentientibus initia, ſuaſere Philoſophi. Cæterum de Remediis affectuum concinne egit* D. Rechenberg. *Lin. Philoſ. Civil. P. I, capite toto quinto. Addi poſſunt Scriptores de Affectibus ſupra allegati p. 68. lit. e.*

d) Didymus Alexandr. *apud Damaſcenum in Parallelis. add. Sirac. XXXIV, 20. & XL, 26, 27.*

c) *Sir. XXXVII. 21. & eo Grotius: ubi ejusmodi vergentiæ dicuntur oriri ex bono: Spe honoris, opum, voluptatis: & malo, ſive metu*

d) *v. infra de cuſtodia vitæ & cura corporis.* (*contrariorum.*

e) *ejus exemplum habes in* Pompejo *poſt prælium* Pharſalicũ *ap.* Lucanum.

f) Arnd. *de v. c. L. IV. P. II. c. 28.*

XXII.

Quæ Principia actionum propinqua?

Habet utraque Facultas, *Intellectiva* videlicet ac *Volitiva*, proprios ſibi actûs, quorum nonnulli *Propinqua humanarum actionum* (a) Principia audiunt. Ex parte nimirum Intellectus, (b) *Conſcientia* (c) occurrit, & *Conſultatio*: ex parte vero voluntatis *Volitio* & *Electio*. Cujus quaternarii Principiorum numeri fundamentum in eo quærunt, quod prudens unusquisque, ſuſcepturus actionem de *fine* primum, deinceps & de *Mediis* circumſpiciat. Circa *finem* primum disquiri, an ſalva tranquillaque Conſcientia ſuſcipi actio queat? hocque explorato, & à Conſcientiæ tribunali audita ſententia, actionem *plena jam* (aut & *ſemiplena* in mixtis) volitione intendi. Quæ ipſa duo ſunt priora principia, Conſcien-

ſcientia ſcilicet & volitio; quibus in mente humana ſuccedunt de mediis ad finem obtinendum Conſultatio, eorumque, quæ apta intellectus dijudicat, firma Electio.

a) *externarum & ſpontanearum.* Jac. Thomaſius, *Tab. XII. lin.* 2. & *per tot.*

b) *& practici quidem illius. Conf.* Sanderſon. *Prælect. I. de Conſcient. Natura p.* 34. *ſq.*

c) *quaſi Scientiam dicas, quam cum alio quis communem habet;* Jo. Cirellus *Eth. Chriſtianæ II,* 1,72. imo ſecum ipſo, *ſed, mediante reflexione, tanquam cum alio, ſæpe enim contra ipſummet, cujus eſt facultas actusve, ac illius cupiditates teſtatur.* Cur *Conſcientia* dicatur?

XXXIII.

De volitione vetus eſt ac apud omnes recepta Regula: Volenti injuriam non fieri, quia quod quis appetit, in id libere adeoque volens fertur; (a) ad injuriam autem, ut infra audiemus, pertinet, ut invito & contra Jus illius perfectum inferatur. Diſtingue autem inter voluntatem *plenam & minus plenam*, qualis in actione mixta conſpicitur. Nec obſtat, quod meretrici v. c. volenti, per ſtuprum inferri videatur injuria. Non enim eo caſu injuria, ſed actio potius injuſta eſt. Fruſtra etiam objicitur; ſi quis puer, vel imbecillis judicii, vel mentis non ſatis ſanæ peteret à medico, ob dolores amputari ſibi manum: fieret hoc volenti; Ergone nulla eſſet injuria? Diſtinguo enim inter voluntatem plenam & non plenam. Volenti voluntate plena, & recte informata non infertur injuria: infertur autem volenti voluntate perturbata atque ligata, qualis eſt in hoc caſu. Sed & id ſpeciem habere videtur: Latroni volens ſæpe dat pretium. Ergone haud patitur injuriam. Sed & eo caſu voluntas hominis liberandi non eſt plena; actio enim eſt mixta, adeoque ex parte invita. Sic injuria fit ei, qui uſuras mordentes pollicetur. Vult enim dare uſuras, ſed

An volenti fiat injuria? I. II. III. IV.

V. voluntate conditionata, & veluti ligata. *Christo*, tametsi volenti pati, injuria facta est: quia passionem non voluit ex intentione hostium spectatam; sed qua convenit cum voluntate Patris cœlestis. Ita martyres passi sunt injuriam ob intentionem inferentiam.

VI.

a) *allegat hoc argumentum Ipse Servator Benedictus Matth. XX. 13. Amice, non facio Tibi injuriam. Nonne denario* pactus es *mecum?*

XXIV.

Quid Conscientia?

Solet in Ethicis *Conscientia* (a) pro illo cumprimis humani Intellectus practici * judicio accipi, *quod principia practica Legemque congenitam ad singulares actiones adplicat, quidque HIC & NUNC, hoc illove tempore ac loco faciendum omittendumve sit, proponit ac inculcat.* Dictum Græcis φρόνησις, vulgo autem Judicium proximè practicum, item *practicè practicum.* Cujus præcipui sunt actus: Monstrare: præcipere: instigare.

quid antecedens.

Appellatur *Conscientia rei faciendæ:* (b) quatenus nimirum ut humanæ principium Actionis, *demum eliciendæ*, consideratur.

quid synshæresis?

a) *quo ipso differt* ℵ) *à συντηρήσει, seu ipso primorum principiorum habitu, omnibus omnino mortalibus per naturam insito; & notitiam honestorum turpiumque complexo. Quanquam, observante ad II. Ti. 1. §. 15. Coccejo ficlum συντηρήσεως vocabulum sit, quo nec Scriptura utatur, neque alius bonus auctor, nec vulgus in ea significatione, ut notet notitiam recti & contrarii. Quam adversus recentiores observationem repetit* Witsius, *Dissert. de Conscientia, An unquam errante? §. IX. cui tu. forsan excidit,* Hieronymū *ipsa hac voce usum ad Ezech. 1. ubi conscientiam vocat Syntereſin: Legem corporalem: Scintillam rationis, quæ in Caino quoque peccatore non extincta est.* ב) *Secernenda etiam est ab* illo Intellectus actu, *qui actionem subsequitur: de iisque, num bene an secus gestæ sint, judicium perhibet, atque inde vel voluptatem vel mœrorem anxietatemque excitat. Prius quidem laudando & consolando: posterius accusando reprehendendoque. Utrumque testificando.*

quid conſciētia consequens?

* *Intellectus judicio*] *Ita quidem DD. communiter. Alii qui simpliciter*

citer describunt, quod sit principium normativum internum, judicium practicum, circa actiones divinitus insitum, ad hominem, juris divini rerumque suarum conscium, vel consolandum, vel damnandum. Nec incommodè dixeris conscientiam, attentionem intellectus ad obligationem Legis, præcipuè divinæ, junctam cum actionum nostrarum secundum eandem æstimatione. Quo sensu Scriptura eam sæpius ad COR refert. Vide 1. Jo. III. 20. 21. Cob. VII. 22. & alibi passim. Descriptiones conscientiæ ad praxin tendentes; & cur ad Cor referatur?

b) Est tamen non inusitata generalis latiorque acceptio, pro illo Intellectus judicio, quod facta nostramet antecedit, vel consequitur. Posteriore sensu Mala adpellari solet Conscientia, cum objective, quia versatur circa rem malam: tum effective, quoniam animum tristi malo, doloribus puta cruciatibusque exquisitissimis adficit. Inde enim acerrimus, in animis præsertim non corruptis, immo etiam corruptissimis, cum scelerum turpitudo nimis est manifesta, consequitur dolor, & supplicii metus. Pari modo & bona conscientia dicitur, & Baptismus stipulatio bonæ conscientiæ, 1. Pet. III. 21. Utriusq; interim Conscientiæ quatenus nim. & Rei factæ & faciendæ scientiam dicit, processus, Syllogismo practico declarari perquam commodè potest, qualem in Caino fratricida deprehendimus. Qui fratrem occidit, is supplicii reus est. En conscientiam rei faciendæ vel potius non faciendæ, Tu Cain occidisti, E. reus es supplicii. Vides in assumpto & conclusione Rei factæ conscientiam, seu, quod idem est, consequentem, tristem & inquietam. Cæterum de Conscientia quatenus scil. factum consequitur, conf. Gen. XLII, 21. ubi memoria facinoris ante XXII. annos admissi, judicio conscientiæ inevitabili, refricatur. De morsibus etiam conscientiæ vide Auctorem infra II, 5, 9. Solent male temereque facta cordi humano esse offendiculo, animumque vehementer inquietare. Quo de elegans Abigailis discursus est 1. Sam. XXV. 31. Mala mens, malus animus, ait Terentius. Peccatum suos tandem auctores invenit, itaque tenet constrictos, ut elabi nequeant. Ihr werdet eure Sünde inne werden / wenn sie euch finden wird. Num XXXIII. 23. add Sap. XVII, 10. Menander: quid Conscientia bona & mala? Syllogism. conscientiarius. Quæ vis malæ conscientiæ?

Ὁ συνιςῶν αὐτῷ τι κἂν ᾖ θρασύτατος
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

——— ——— pavet ille fragorem
Motorum ventis nemorum.

ait in magna formidinis descriptione Lucanus.

Officium Conscientiæ elenchticum exemplo illustratur.

Pulcre internum animi tribunal vocat Grotius *II, 10, 2. sub fin. add.* Cicer. *Off. III. 21. Confundit Remm conscientia, & convincit. Inde Pharisæi, quos delictorum Servator arguerat, dicuntur* ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τῆς συνειδήσεως, *Jo. VIII, 9. & exiisse singuli. Tanta est vis ejus elenchi. Conf.* Pufend de O. H. & C. *I, 3, 11. fin. & I, 3, 12. Occulta etiam scelera per inquietudinem conscientiæ & terrores, in exteriora indicia erumpentes producuntur. I, 4, 9. fin. Prosane Italus quidam: Conscientia, dixit, est mala bestia. Oportet illam occidere. Atqui, ô Miser, occidere non potes. Divina ejus ac perpetua vita est.*

XXV.

Quæ commodissima conscientiæ Divisio?

Dividi communiter solet conscientia in Rectam, Probabilem & Erroneam. Quorsum, sed minus proprie, referuntur Dubia & Scrupulosa. (a) Commodius eam ita dispescimus. Conscientia vel *Recta* est vel *Erronea*. (b) *Recta* vel judicii sui rationes ex certis indubitatisque principiis demonstrat: vel saltem argumentis nititur topicis; adeoque Rectam subdividimus in *Certam* (vel demonstrativam, aut si mavis, Rectam in specie, quod tamen obscurius) & *Probabilem*. (c) ἔνδοξα sive *probabilia* dicuntur, quæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certè sapientibus; iisque rursum aut omnibus, aut pluribus, aut præstantioribus. Qua via judicandi utuntur Reges, quibus artium momenta ediscere aut expendere non vacat. (d)

a) Dürr. Instit. Ethic. P. *III. Sect. I. c. III. §. 33. p. 83.*

Analogia divisionis.

b) *Adde* C. Thomas. *Jurisprud. Div. I, 1, 58. p. 22. Præter rem igitur vulgo Conscientia Recta & Certa pro Synonymis habentur, quum & Probabilis Conscientia etiam recta sit, Conf.* Pufendorf. *hoc capite §. 5. Prorsus ut in* Dialecticis Syllogismus *vel verus est vel falsus.* Verus vel certus *est & apodicticus*, vel *probabilis sive topicus; Uterque tamen verus, utut alter ex scientia, alter ex opinione oriatur. Falsus econtra est pseudographus atque sophisticus.* Dicis: *Interim sæpe res probabilis videtur, quæ tamen*

talis

talis non est. Respondeo, Eo in casu conscientiam non probabilem, sed erroneam esse. Conf. Pufendorf. de J. N. & G. I, 3. 5. qui quoad Rem ita distinxit. Conscientiam, inquiens, probabilem à recta differre arbitramur, non quoad ipsam Persuasionis Veritatem, sed quoad artificiosæ demonstrationis in Subjecto defectum. Quod simili ab artificibus desumto illustrat.

c) adde de Probabilismo & probabilitate præter superius dicta Exerc. I, §. 15. Pufend. de J. N. & G. I, 3, 5. ubi distinguit inter Probabilitatem facti & dogmatis ac velut Juris, & quomodo ἔνδοξα argumenta sequi liceat? conf. Grot. II. 23, 4. Maxima pars mortalium conscientia probabili regitur. Sic pueris & juvenibus pleraque facienda incumbunt, quia Parentes, Præceptores, Tutores jubent; Servis, quia domini; subditis, quia Magistratus mandant; Civibus, quia Princeps imperat. Cæterum discrimen inter καθῆκον & κατόρθωμα (de quo superius) quidam sic exprimunt, ut illud sit officium, de quo ratio tantum probabilis & dialectica dari possit: hoc verò de quo ratio practica ἀποδεικτικῶς certa sit, probante Rachel. ad Cic. Off. p. 101.* Ab qua probabilitate toto cœlo abit PROBABILISMUS Jesuitarum, qui docent, posse aliquem modò Viri alicujus docti pique auctoritate nitatur (dissentientibus licet aliis omnibus, imo D. PP. & ipsa S. S.) quidquid libet, facere, & propter eam autoritatem in Conscientia esse securum. Less. de Præcept. Decal. c. 1. art. 4. quod dogma Alexander VII. peculiari Bulla damnavit, & multi è Doctoribus Gallicis impugnandum sumserunt; inprimis Lud. Montaltius cujus Literas Gallicas latinitate donavit Wilh. Wendrokius, & recudi fecit Sam. Rachelius Helmstad. M DC LXIV. Cæterum nova est Scriptorum inter Pontificios Moralium distinctio in Probabilioristas & Probabilistas. Illi sunt, qui Generalem Jesuitarum Thyrsum Gonzalez sequuti, severiorem in Moralibus viam ineunt: hi laxi, & Moralis disciplinæ corruptores sunt. Adde Josephi Riccii, Jesuitæ & Professoris Neapolitani Fundamentum Theol. Moralis, quod prodiit Neapoli 1702. in 8vo. Sequenti Anno 1703. Parisiis lucem vidit P. Joannis Gisbert, Soc. Jesu, Præpositi Generalis in Provincia Tholosana, Antiprobabilismus, quo probare contendit, probabilismum prius inventum esse quam Societas Jesu Scholas Theologicas haberet, aut ullam in Scholis Theologicis cathedram occuparet; aliarum præterea Scholarum Doctores probabilismum ante

* supra Exercit. II. §. 1. lit. g. Quid probabilismo?

ante tradidisse, quam illius de Societate Scriptor existeret. Equidem multos ei doctrinæ calculū è Jesuitis additisse, econtrario Jesuitas primos habuisse impugnatores, Rebellium *puta*, Comitolum, & Blancum. *Quod quidem Cadmæorum Fratrum inter se pugnantium egregium Specimen est.*

b) Grot. *II, 23, 4. Ita Christiani Imperatores vix nisi consultis Episcopis bella susceperе.*

XXVI.

Quid conscientia dubia?

Quæ *Dubia* adpellari Conscientia solet, non tàm judicium est, quàm judicii suspensio, adeoque nec Conscientia. (a) Communis interim DD. Regula est, (b) Nihil agendum esse (c) dubitante Conscientia, quam & Paulus proposuit Rom. XIV, 23. Quidquid, inquiens, non fit ex fide, peccatum est. Quo in loco fides animi Judicium de Re significat; interprete Grotio J. B. & P. II, 23, 2. quam expositionem non malam esse censeo. Quidquid regeratur in Observationibus ad Grotium, quæ Ulrici Obrechti nomen præ se ferunt, Tesmariano Operi annexis. Et *Hebræi* DD. dicunt: הסתלק מן הספק abstine Te abs re dubia. Quod tamen locum non habere posse ait Grotius, (d) ubi alicui omnino alterutrum est faciendum, & de utroque an æquum sit, dubitatur. Tunc enim licere eligere quod minus iniquum videtur. Sed & illud præcipiunt sapientes, si de re magni momenti, ut de supplicio capitali hominis, agatur, jam propter magnum discrimen quod est inter eligenda, præferendam esse partem tutiorem. Itaque satius esse absolvere nocentem, quam innocentem condemnare. (e) Et cum maximi momenti sit bellum, ut ex quo mala plurima etiam in innocentes sequi soleant: inter sententias alternantes vergendum ad pacem esse.

Cur, & quo modo ea nihil agendum?

a) *per ea quæ tradit* Osiander *Theol. Mor. I, 10, 26, p. 299, 300. reducitur autem ad Conscientiam, ut privatio ad suum habitum.* Dannhauer. *Theol. Conscientiar. P. I. p. 114.*

b) *quam-*

b) *quamdiu itaque in ancipiti hæret Judicium, utrum Bonum quid sit an malum: actio consultius suspendetur, quum melius sit non facere, quam facere id, quod nescis, an voluntati DEI conforme sit nec ne? quo ipso Te præsentissimo peccandi periculo exponeres. Facere alias quod dubites, placiturumne sit amico vel secus, vilipendium Amicæ est, & offensionem parit. Quidni & DEUS ita colligentem abominetur? Hæreo equidem dubius, an hoc facere licitum sit nec ne? Quidquid tamen ejus sit, eligam alterutrum, sive licitum sit sive illicitum. Quæ magna sane levitas, DEIque immortalis offensio est; Junge Cic. Offic. I. cap. 9. sub fin. Bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites, æquum sit an iniquum. Æquitas enim lucet ipsa per se: dubitatio cogitationem significat injuriæ.* Plin. *Ep. I, 19. Quod dubitas non feceris. Add. omnino Grot. II, 23. de Causis dubiis §. 2.*

c) *Distinguunt tamen Moralistarum non pauci cum* Cajetano, Becano, *aliisque inter dubium* Speculativum & Practicum. *Dubium speculativum vocant, quando quis de rebus mere theoreticis dubitat, an ita vel ita sint? Practicum, cum de iis, quæ ad actionem Moralem tendunt ac pertinent. Estque vel de facto, v. c. an aliquid sit factum? vel de Jure, an actio instituenda? hocque iterum est dubium Juris vel generale, ubi de actione morali in genere dubitatur; v. c. an liceat chartis ludere, an bellare? vel particulare, quando dubitatur de actione hic & nunc. Non semper peccare, qui speculative tantum aut ut a. i. loquuntur, practice generaliter, dubitat, practicè autem specialiter judicet, se bene operari. Fieri posse, ut quis incertus sit de Veritate universalis propositionis, particularis autem vel singularis sub illa contentæ Veritatem discat non ex rei ipsius, sed extrinsecis principiis, puta auctoritate doctiorum prudentiorumve. Sic, si quis in genere dubitet, utrum liceat belligerare? mandetur autem ipsi à legitimo magistratu, ut bellum gerat; posse illum ac debere, insuper habitâ universalis propositionis incertitudine, ad singularem respicere, eamque pro vera & certa habere, utpote tali habita & demonstrata à superiore, eoque prudentiore; quia credere possit: In re dubia obsequendum superiori. Ita* Grotius *II, 26, 4.* Cajetanus *Tom. I. Opuscul. tr. d. art. 31. &* Becan. *Theol. Scholast. Tract. III, c. 4, q. 8. ex eoque* Durrius *Instit. Ethic. III, 1, 2. p. 94, 95. qui sic recte docere ait Becanum, etsi aliter videatur* Hornejo. *Liceat tamen &*

Quid dubium Speculativum & Practicum? quotuplex dubium Speculativum? quid dubium de facto? quid de Jure?

nobis

nobis hæc nonnulla monere, quibus ista distinctio hoc quidem in argumento nondum satis facit. Primum quidem, non eousque discrepat judicium speculativum & practicum, ut judicio speculativo existente incerto, practicum certum aut probabile esse possit, cum perpetuò unum alteri respondeat; imò hoc illi innitatur. Deinceps ita existimo, quamdiu quis dubitat in universum, an liceat Christiano belligerare? illum certum esse non posse, sibi hic & nunc esse concessum, quandoquidem non ignoret, id quod facit, esse belligerare. Quemadmodum qui dubitat an usuras capere licitum sit? sciens id, quod facit, esse usuras accipere, non potest non statuere id quod facit illicitum esse. Quid ergo multis? Si quis propositionem singularem sive practicam à prudentibus vel superioribus ita videat collustratam decisamque, ut insuper habita universali, recte se facere, de quo in universum dubitabat, existimet; Conscientia non amplius erit dubia, sed probabilis & Recta. *Itaque*: Sicut errorem, ita quoque dubium quilibet deponere tenetur; *sive ipsam rem, quantum ingenio suo assequi potest, considerando: sive consilium & auctoritatem quorum copia fuerit, sequendo. Quod si fecerit, CONSCIENTIA DUBIA MUTABITUR, si non in certam, attamen in PROBABILEM; quali qui regitur, præsertim ubi certior haberi nequit, non peccat; sin neglexerit, ignorantia interveniet culpabilis. Alias qui dubitat contemplative, debet judicio activo eligere partem tutiorem. Est autem v. c. in dubio de justitia belli pars tutior abstinere Bello Adde tamen* Grot. *II, 26, 4. med.*

Regula Practica.

Conscientia Dubia *mutari* potest in probabilem.

d) *Quid tum factu sit opus, si cui omnino alterutrum sit faciendum, & de utroque tamen an æquum sit, dubitetur? Respondet* Grotius, *Licere ei eligere, quod minus iniquum esse videtur. Semper enim, inquit, ubi electio evadi non potest, minus malum rationem induit Boni.] . B. II, 23, 2. ubi tamen notandum, hoc axioma in malis damnosis, non autem moralibus locum habere: in collisione autem Legum apparenti, non eligi minus malum præ majori, sed quod extra ejusmodi collisionem videri peccatum erat, desinere esse peccatum.* Pufend. de J. N. & G. *I, 3, 8. p. 46. In damnosis minus damnum naturam induit lucri: Sed quod turpe est, pro impossibili semper habendum. Graviter peccant Apostatæ illi, qui scientes volentesque jacturam veræ Religionis, ipsiusque adeo æternæ salutis, quam bonorum aut aliorum Bonorum temporalium facere malunt. Notum est Hen-*

Quid faciendum, si in dubiis alterutrũ eligi debeat?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [88] - 78
PUBLIC DOMAIN

Henrici IV. Galliarum Regis dictum: Ut populum ærumnis eriperet, ſuam ſe animam perditum ire. Reidan. Annal. X. add. Matth. XVI, 26. & Val. Alberti Eros Lipſicus *Diſp. IX. §. 17. p. 248. ſq. Illud veterum: De malis minimum, confutat* Cicero Offic. *III, 29. an, inquiens, eſt ullum majus malum turpitudine?*

e) *Egimus ex profeſſo hoc de argumento,* Diſſert. IV. de Jure Pœnarum, §. 1.

XXVII.

Ut *ignorantia* (a) dicit *defectum* cognitionis: * ita in hujus *deceptione* conſiſtit *error*. Dicta inde Conſcientia erronea eſt, de qua hæc inter Doctores Regula circumfertur; *Peccare, & qui* (b) *contra Conſcientiam erroneam, & qui* (c) *ſecundam eam facit.* (d) Illud patet, quia in obſequio conſcientiæ præſtito obſequium DEO fieri, eoque nos obligari cenſemus, Jo. XVI. 2. ſq.

Quid ignorantia? & error?

a) *Cujus varias diſtinctiones recenſet Auctor §. 8. Nos deinceps plures, ob uſum ampliſſimum, exponemus. Cæterum* Error *vel intercedit in actionibus hominum arbitrariis, v. c. pactis & contractibus; vel obvenit circa actiones Lege inprimis poſitiva præceptas aut vetitas. Eſtque vel* theoreticus, *ſeu falſa mentis opinio de actionis qualitate & moralitate: vel* practicus, *ſive falſa actionis propter errorem in perſona vel aliis circumſtantiis commiſſum adplicatio. Prior, qui etiam* Juris *dicitur, eſt, ſi quis exiſtimet intermittenda eſſe, quæ facienda ſunt, vel licitè fieri poſſunt: præcepta eſſe, quæ interdicta ſunt, vel neceſſaria pro indifferentibus habet, & vice verſa. hinc naſcitur Conſc. Erronea. Poſterior, qui etiam* facti *dicitur, accidit, ſi quoad objectum vel circumſtantias in actionis exercitio erretur ab illo, qui alias de actionis moralitate rectam tenet ſententiam. Uterque hic error eſt vel* vincibilis *vel* invincibilis.

Error quotuplex? quid error theoreticus? quid practicus? quid error Juris? quid error facti?

* Ignorantia conſideratur *vel ratione* principii *vel* ratione Influxus. *Ratione* Influxus *eſt vel efficax, h. e. ipſa ſit cauſa actionis alioqui non ſuſceptæ. v. c. Si quis ex ignorantia latentem in dumetis, quem profera habet, hominem occidat: alioqui non occiſurus. vel* concomitans, *h. e. ipſa non ſit cauſa, ſed tantùm comes actionis, alias etiam ſuſcipiendæ.*

quig ignorantia efficax? quid concomitans?

quid ignorantia voluntaria?

quid involuntaria, & quidem talis vel *secundum* quid? seu in se, sed non in sua causa? vel *simpliciter*? sive in se, & in sua causa?

Quid agere *per ignorantiam*?

quid agere *ignorantem*?

quid ignorantia universalis, s. *Juris*?

ejusque vel naturalis?

vel positivi?

quid particularis?

pienda. Ut si quis, cui propositum utique erat inebriari, incidit in potum spiritu vini infectum. Ratione principii *est vel* * *voluntaria seu affectata, vel involuntaria sive invita. De voluntaria ait Petrus II. Ep. III, 5.* λανθάνει αὐτὲς τῦτο θέλοντας. *q.d. Est ipsorum ignorantia voluntaria, si Mosen legerunt, scire possunt, mundum hunc constare ex corruptibilibus, ideoque non mirum, si futurum est, ut & ipse corrumpatur. Posterior* vel secundum quid talis est (*alias in se, sed non in sua causa*) *v. c. ignorantia Juris in veterano Juris Studioso: vel* simpliciter talis (*alias, in se & in sua causa*) *v. c. ignorantia juris in in rustico qua tali. Differunt etiam agere* per ignorantiam, & agere ignorantem. *Priore modo agenti ignorantia princeps actionis causa est; qua remota nunquam futura fuisset actio. Ut, si quis consanguineam ducat in matrimonium nescius; vel spissis in tenebris incurset in aliquem, eumque ladat; posteriori modo agenti alia est* causa principalis, *cum qua tamen ignorantia concurrit; ut si quis profundè ebrius alterum vulnerat, agit quidem ignorans, sed non per ignorantiam; quia hæc non est causa delicti principalis, tametsi cum isto conjuncta, sed ebrietas.* Similiter Mich. Ephesius *quædam ait per ignorantiam fieri, alia ab ignorante.* Per ignorantiam *fieri esse, ubi factum ignoratur, ut si quis mulierem nesciat nuptam.* Ab ignorante, *non per ignorantiam, ubi Jus ignoratur. Jus autem ignorari interdum excusabiliter, interdum inexcusabiliter. Usum docet* Grot. *III, XI, 4. med. Est porrò ignorantia vel* universalis *vel* particularis. *Hæc vocatur ignorantia facti, illa Juris. Ignorantia universalis sive Juris est, qua communia præcepta Juris ignorantur. Estque duplex vel* Juris naturæ, *quæ neminem excusat; si quis v. c. dicat se ignorasse homicidium aut furtum esse illicitum; unde Gentiles ob hanc ignorantiam à Paulo dicuntur,* ἂν ἐσκοτισθη ἡ ἀσύνετος καρδία, *quorum obtenebratum est insipiens cor, Rom. I, 21. add. Dürr. Eth. Parad. P. III. aph. 2. pag. 137. vel* juris positivi, *cum quis ignorat, quod lege civili, sua in civitate est determinatum v. c. in Imperio nostro VII. testes ad testamentum solenne adhibendos esse. Dantur tamen casus ubi hæc posterior excusationem invenit v. gr. si quis (α) in civitate aliqua non diu sit versatus (β) aut si Lex quædam noviter sit promulgata (γ) vel ita proposita, ut in notitiam subjectorum pervenire non potuerit. Ignorantia* particularis *est, qua ignoramus unam alteramque circumstantiam*

tiam

tiam actionis noſtræ. e. g. [1] perſonæ. *Ita cum Paulus Act. XXIII. 3, 4, 5. Ananiam durioribus compellaſſet verbis, excuſavit ſeſe, quod neſcierit, hunc eſſe ſummum Sacerdotem.* [2] *Rei ſive objecti, cum quis v. c. arcana, quæ tamen arcana ignorabat, evulgat.* [3] *temporis, v. c. cum quis ignorat eo die judicium haberi, cui ſe ſiſtere debebat. Debet hæc, ſi excuſabilis eſſe velit,* [1] *carere dolo.* [2] *culpa noſtra non eſſe acquiſita.* [3] *ſubſequentem habere dolorem. Sic* ignorantia, *capitis ſupplicio* exemit Jonatharum Saulis filium, *1. Sam. XIV, 27. Conf.* Dn. Omeiſ. *Comp. Ethic. Aretolog. p. 27. ſqq. Rurſus ignorantia vel eſt* puræ negationis, vel pravæ diſpoſitionis, vel malitioſæ privationis. *Ignorantia puræ negationis dicitur, quando purè mihi denegatum eſt, hoc vel illud ſcire; & coincidit cum invincibili. Ignorantia* pravæ diſpoſitionis *eſt, ubi quis aliquid quidem novit; illa tamen notitia eſt pravè diſpoſita & ex parte erronea atque corrupta. Ignorantia* malitioſæ privationis, *ubi quis aliquid ignorat, facile tamen ſcire poteſt, & ſciens volensque ſe ipſum illius rei notitia malitioſè privat. Eſtque adeo quædam ignorantia quodammodo involuntaria, quæ tamen non excuſat.* Quia involuntarium, ex voluntario ortum, habetur moraliter pro voluntario. *Grot. II, 17, 18.* Prima *excuſat, quia ſuperat omnes naturæ vires.* Altera *meretur, vel ſaltim conſequitur prima adhuc vice commiſerationem, ſi non excuſationem, quia ſumus homines & multa cum imbecillitate luctamur.* Tertia *neque excuſationem neque commiſerationem meretur, ſed caſtigationem potius & pœnam. Ubi enim voluntaria eſt malitia, ibi & culpa & conſequenter pœna.* Pauli *ignorantia 1. Tim. I. 11. fuit quidem ignorantia vincibilis, non tamen directe affectata, ſed per ſupinam negligentiam, aut per abreptionem à zelo erga Religionem Judaicam (Act. XXVI. 9. omnino) contracta; fuit ignorantia* non puræ negationis, ſed nec malitioſæ privationis, verum pravæ diſpoſitionis. *Igitur miſericordiam ſive commiſerationem non quidem meritus, attamen conſequutus eſt. Talis etiam* ignorantia *erat Judæorum, ſaltim eorum de quibus Petrus Act. III. 17. & Paulus 1. Cor. II. 8. dicit: quod per ignorantiam Chriſtum crucifixerint. Erat ignorantia per negligentiam & cœcum zelum erga religionem Judaicam contracta. Scilicet quod attinet ignorantiam perſonæ; ignorarunt enim, ſed per ſpontaneam negligentiam JESUM eſſe verum Meſſiam; quem*

& quomodo excuſabilis?

quid ignorantia puræ negationis?

Quid ignorantia pravæ diſpoſitionis?

Quid ignorantia malitioſæ privationis?

Hæ diviſiones, exemplis illuſtrantur, earumque ſimul *uſus* oſtenditur

nosse. POTERANT, si debita diligentia & absque præconceptis opinionibus Scripturam essent scrutati, eamque cum persona, nativitate, nativitatis tempore, Christi doctrina & operibus contulissent, sicut & facere debebant. Sed quod attinet factum ipsum & facti ignorantiam, hoc modo sciverunt utique, aut scire potuerunt, eum esse innocentem, aut saltim mortis supplicium non esse meritum. Verbo: In quibusdam Judæis fuit ignorantia per supinam negligentiam contracta, & prava dispositionis: adeoque vincibilis: NULLIBI INVINCIBILIS, aut pura negationis. Nisi venissem, inquit Christus, ipsisque (quæ necessaria ad salutem sunt) dixissem, peccatum non haberent: Jam verò nihil prætexere possunt, quo peccatum (ignorantiæ & quidquid ex ea delictorum fluxit,) excusent. Jo. XV, 22.

Cur, qui cõtra Conscientiam errantem agit, peccet?

b] *qui enim, inquiunt, contra conscientiam, licet errantem, facit, id committit, quod Lege interdictum existimat, adeoque licet non ex genere OPERIS, ex intentione tamen OPERANTIS peccat propter proæresin, quam facto ostendit, peccandi. Argumenta videri possunt apud Hornejum, III, 4. 5. p. 325, Nam qui, quantum in se est, agere vult, contra Legem DEI aut Principis, is peccat. Sed quisquis facit contra conscientiam errantem, is quantum in ipso est, agere vult contra Legem DEI aut Principis. Ergò quisquis agit contra conscientiam errantem, is peccat.*

Ejus rei exemplũ.

Insigne ejus rei exemplum in Manuscripto Codice Evangeliſtarum, quem Beza Academiæ Cantabrigiensi donavit, extat, ubi post Luc. VI, 5. hæc verba inseruntur: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ. Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ. εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. *Eodem die, quum quendam conspexisset operantem die Sabbathi, dixit ei: Heus tu, si quidem ipse nosti quid agas, beatus es: sin autem non nosti, exsecrabilis es & Legis transgressor. Equidem verba vix alio in Codice præter hunc Bezæ, & eum quo Rob. Stephanus est usus, deprehenduntur. In* hypothesi *tamen sensus* nostræ *theseos inde exponitur. Si enim sciviſſet, is qui laboravit, Sabbathum hominis causſa factum, neque opera charitatis aut necessitatis, vel & alia prorsus prohibita esse, non peccasset: at, si veteris instituti vinculo adhuc stringi se putasset, utique reus fuisset violatæ adversus conscientiam Legis: quoniam peccati magnitudo ex instituto atque conscientia ponderatur.* Conf. D. Jo. Alb. Fabricius *Cod. Apocrypho N. T. p. 323, 324. seq. §. IILIV, V.* Ais:

Con-

Consequi è dictis, ex Conscientia erronea obligari quem ad male operandum; quod quidem oppidò videatur absurdum, cum in homine locum habere nequeat obligatio ad oppositа; imò impossibilis sit obligatio ad peccatum. Deinceps, non apparere, quomodo dicendus sit peccare, qui eo ipso dum agit contra conscientiam erroneam, divinæ vel humanæ Legi facit consentanea. Primo dubio satisfacere conatus è Scholasticis est Durandus, distinguendo inter Obligare & Ligare. Prius in moralibus tantum importare, ut quis debeat facere id, ad quod obligatus dicitur, ita, ut aliter ab obligatione liberari nequeat, nisi id faciat. Ligari verò de eo dici, qui ita dispositus est circa aliquod opus, ut non possit licitè procedere, sicut postulat natura operis, eo quod detineatur conscientia Judicio aliquo contrario, Conscientiæ nimirum erroneæ. Quæ etiam responsio est Amesii apud D. Jägerum de Conscient. p. 98. ab init. Alii verò sic ajunt. Obligat Conscientia erronea non positivè, ut quis eam sequatur, sed negativè, ut ne contra eam faciat. Rursus: Conscientia etiam errans, ab eo qui contra eam agit, pro divino dictamine habetur. Pone Legatum, Imperatoria potestate abutentem & ea præcipientem, quæ voluntati Imperatoris non sint consona. Si quis tamen crederet, præceptum à Legato propositum esse præceptum Imperatoris: hoc ipso, quantum est in ipso, Imperatoriam contemneret auctoritatem. Similis est Conscientiæ ratio, cujus dictamen quis pro vero habitum contemnit, adeoque rationem ejus non propositivam saltem & indicativam, sed & imperativam insuper habet. Demum, quia Conscientia nihil aliud est, quam Præco quidam & intimatio Legis: ideo qui contra Conscientiam etiam errantem delinquit, in ipsam Legem peccare adeoque ἀνομίαν, quantum in se est committere intelligitur. Ac tametsi, ut in scholis loquimur, quasi materialiter fiat, quod in se est faciendum, tamen quia intentio agentis repugnat Legi, cui suam congruere conscientiam arbitratur, ista actio pro peccato ipsi imputabitur. Sic peccat, qui violat Religionem falsam, quam ipse pro vera habet. Quantum in se fuit, adulterium commisit Maritus, qui cum aliena se rem habere putans, propriam complexus est. Parum ad furis nomen illi deest, qui clam, dum res alterius surripere adgreditur, in proprias res imprudens aberravit. Confer omnino Regulam Pauli Rom. XIV, 14.

Solvuntur Exceptiones.

c] qui

An & quomodo peccet, qui agit *secundum* Conscientiam Erroneam?

c] *qui secundum) Si scilicet versetur circa rem per se malam, quod liquidum est. Sic Idololatriam commisit Arianus Christum adorando, quem tantum creaturam esse putarat. Conscius enim sibi erat, nunquam adorabilem creaturam esse. Conf.* Dannhau. *Theol. Consc. P. I. p.* 112 *Indifferentia verò, quum extra Legem sint, neque peccato obstringunt circa eadem versantem Contra ea, quamvis abstinere à re indifferenti non omnino sit illicitum, agere tamen quod per errorem credis esse prohibitum, arguit animum peccandi cupidum. Unde Paulus: Ei, inquit, qui reputat, aliquid esse impurum, id ei impurum est.* * *Itaque & Pontificius, quoties carnibus Feria sexta vel quadragesimali tempore sine dispensatione aut Indæus carnibus suillis contra conscientia dictamen vescitur, toties peccant: Secus, si abstinent. Addatur denkò* Dannhauer. *Theol. Conscient. Part. I. p.* 110. §. 30.

*Rom. XIV. 14.

An detur Conscientia errans?

d) *Magnis hodie animorum motibus in Belgio agitata quæstio fuit:* An Conscientia umquam errare possit? *ubi affirmantem quidem sententiam plerique sole clariorem existimant, in ipsisque sanctioribus literis assertam, quæ inquinatam esse impiorum mentem & conscientiam apertè pronunciet, Tit. I, 15. Quod si vero* inquinatio de homine, ejusque mente revera *prædicatur; Cur non & de Conscientia? Attamen regerunt alii (α) in ipso vocabulo manifestam contrarietatem esse; Conscientiam enim errantem non magis dici posse, quam scientiam errantem; quum scientia non sit nisi veritatis (β) Si ipsa erraret Conscientia, nullam in homine ullius rei certam cognitionem fore reliquam. (γ) Conscientiam Divinæ Legis Præconem esse, cui perpetuum debeatur obsequium. Igitur errare non posse. Video hanc litem velut inauditam, & solo novitatis nomine suspectam apud Batavos agitari. Sed* Jo. Cirellum (*i. e. Crellium*) *L. II. c. 1. Ethicæ Christianæ, inspicienti aliter videbitur, qui inter alia memorat, quosdam Judicium de factis faciendisve erroneum, non conscientiam, sed coignorantiam potius dicendam reputasse. Ad ipsa interim dubia observandum existimamus, tam non absurdum esse, vocare Conscientiam errantem, quam non inconvenienter Servator dixerit; Si Lumen, quod in Te est, tenebræ sint. Matth. VI. 23. Scientia dicitur, quia scit, licet aliquando nesciat, & scientiam nonnisi prætendat. Præterea in altero nulla est illatio. Nec in tertio legitimè infertur; quia præco aliquando præter officium facit, & in hac*

Argumenta nuperæ sententiæ proponuntur:

& solvuntur.

hac mortalium corruptione facile contingit, ut quod Divino Munere tenemus, superintroducto vitio commaculetur. Sed conferatur amœnissimi vir ingenii Hermannus Witsius, *Miscell. Tomo Altero, Exercit. XVIII. per tot.*

XXVIII.

Insignis est Lex de peccato ignorantiæ, ab Universitate commisso, pro cujus expiatione offerri quidem sacrificium debuit, veniam tamen obtinuisse dicitur, (a) *quia est ignorantia.* Eodem in loco idem de peccato ignorantiæ à privato commisso pronunciatur. (b) Ei peccato opponitur id quod fit ביד רמה *manu elata*, (c) cui dictatum est excidium, quia Dominum blasphemaverit. (d) Cæterũ testatus est Deus verbis exemplisque, se ad delicta per ignorantiam condonanda esse facilem. (e) Atq; illis quidem Christi apud Lucam verbis: Condona illis Pater, quia nesciunt, quid faciant: adductum Theodosium, ut Antiochenis ignosceret, notat Joannes Chrysostomus. (f) Itaque ignorantia Legis, sicut inevitabilis si sit, tollit peccatum: ita etiam cum *aliqua negligentia conjuncta* delictum minuit, (g) ut jam monuimus.

Specimen Legis divinæ de peccato ignorantiæ.

a) *Num. XV, 25.* b) *Num. XV, 27.*
c) *Num. XV, 30. Luth.* aus Frevel.
d) *Luth.* Der hat den HERRN geschmähet.
e) *Luc. XXIII. 34.* condona Pater. *Hebr. IV. 15.* Sacerdotem habemus, δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. *1. Timoth. I, 13.* τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.
f) *Grot. J. B. & P. II, 20, 26.*
g) *Grot. J. B. & P, II, 20, 43. add. Matth. X. 15. Luc. XII. 47. & 48.*

XXIX.

Dicendum etiam aliquid est de origine Ignorantiæ & Erroris. *Ignorantia* quidem oritur ex sensuum hebetudine, nulla

Qui fontes ignorantiæ & erroris?

nulla attentione animi, & memoriæ vitio; à quorum primo & ultimo, tanquam naturæ vitiis, ignorantia invincibilis, à ſecundo vero, qui noſtri arbitrii eſt, vincibilis promanat. (a) Cauſſa verò *erroris* eſt, I. organorum prava diſpoſitio. Scilicet, non externorum modo, ſed & internorum, quibus aliquis ſenſus fit; ut cum ex morbo cerebrum æſtuat, fortique phantaſia fit, ut vigilans ſomnia videat, & res ſenſibus obverſantes plane aliæ adpareant, quam quæ ſunt; quod furibundis ac phreneticis accidit. II. *Præceps Judicium.* Quando judicamus de re necdum vel ſenſu percepta, vel ratione examinata, ex impetu animi; quale judicium conſpicitur, tum in illis concluſionibus, quæ auctoritate magiſtrorum, vel novitatis admiratione accipiuntur; tum in iis, quæ quaſi ab inductione formantur, ubi à paucis exemplis ſtatim ad ignota reliqua & univerſales Canones progreſſio fieri ſolet: tum in illis, in quibus ſenſus vulgo dicuntur fallere, cum nempe non attendimus ad omnia, quæ ſenſus docere poterant, & interim plus, quam ab illis accepimus, concludimus. v. c. ſenſus non tantùm docet, quanta res quæque adpareat, ſed &, quod pro diverſa diſtantia alia quantitate adpareat; itaque qui putat, ſolem non majorem eſſe ſpithama, de diſtantia ejus ſecurus eſt: & ſic nec attendit ad id, quod poterat, & plus concludit, quàm debebat. III. *Diverſa* mentis abſtractio; cum res nobis magis ſiſtimus, ut eas eſſe *cupimus*, quam ut ſunt: Ut exſitu rerum alia atque alia ſpecies nobis adparet, longa, rotunda, obliqua & ſic porrò. IV. *Conceptuum confuſio*, quæ oritur (I.) à multitudine & varietate illorum ſibi ſubito ſuccedentium, quibus omnibus colligendis animus impar eſt. (II.) ab obſervata tantum ſimilitudine, non etiam diſſimilitudine rerum & conceptuum. (III.) ab æquivocatione vocum. Undè cum rationis uſus fere omnis in conceptuum diſtinctione conſiſtat, non ruſtra eſt vulgatum illud: quibene diſtinguit, bene docet.

a) *Egre-*

a) *Egregie iſta, ut pleraque omnia de*
Moralik c. III. §. 7.

XXI.

Cognata Dubiæ Conſcient
cumprimis præcipiunt: ſi *ſcrupul*
cio anxia *formido* (a) alicujus m
actionem pariter ſuſpendendam
mentis (b) diſſipetur. Ceterum
ſuperſtitione oriatur, *animo ejicien*
dum. Et hæc nos quidem haſ
ſu morali pro principio norma
ctico ſumta; alias enim in *ſenſu*
mentis perceptione, ex qua hoc
eſt ſui Conſcius. (c)

* Teneritatem Conſcientiæ multi con
tulati ſibi, quod non facile angan
DEUS poſcit ſanctitatem & ob
requirit animi attentionem, ne
noſtra indignum, in quo tamen
Specim. Theol. Moral. c. III. §.
ra eſt, fiat præpoſtera aut ſuperſti
quæ majoris momenti ſunt, curet,
de iis, quæ peccata non ſunt, ang
patiatur ab officio deduci.

a) ne forte malum id ſit, quod quis
b) rationibus puta, vel ſapientum au
9. Dürr. Theol. Moral. P. III. S
Probabilem Conſcientiam referen
permiſcere videtur Inſtit. Ethic. P.
qui enim Auctoritate prudentiorum
Lat. Probabilem ſequitur Conſcien
c) Novi me exiſtere. Scio me conſtar
qualibus ſimilia. Conſer. Da. Lan
II. §. 4. p. 92, 93. ſq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [96] - 87
PUBLIC DOMAIN

a) *Egregie ista, ut pleraque omnia deduxit* Schomerus *Specim. Theol. Moralis c. III. §. 7.*

XXX.

Cognata Dubiæ Conscientiæ est * *scrupulosa*; de qua id cumprimis præcipiunt: si *scrupulus* & juncta intellectus judicio anxia *formido* (a) alicujus momenti rationabilisque sit, actionem pariter suspendendam esse, donec idoneis argumentis (b) dissipetur. Ceterum si scrupulus *ex molli quadam superstitione* oriatur, *animo ejiciendum*, penitusque negligendum. Et hæc nos quidem hactenus de Conscientia in sensu morali pro principio normativo interno & judicio practico sumta; alias enim in *sensu latiori* accipitur pro interna mentis perceptione, ex qua hoc Veritatis principium: *Homo est sui Conscius.* (c)

Quid Conscientia scrupulosa?

* Teneritatem Conscientiæ *multi considerant tanquam superfluam; gratulati sibi, quod non facile angantur rebus minimis. At si perfectam DEUS poscit sanctitatem & obedientiam; utique etiam perfectam requirit animi attentionem, ne quid leve nobis videatur, aut cura nostra indignum, in quo tamen peccatum admittitur. add. Schomer. Specim. Theol. Moral. c. III. §. 23. Videndum interim, ne, quæ tenera est*, fiat præpostera aut superstitiosa. *Ne præpostera, ut negligat, quæ majoris momenti sunt; curet, quæ minoris. Ne superstitiosa, ut de iis, quæ peccata non sunt, angatur, aut injectis dubiis futilibus se patiatur ab officio deduci.*

De teneritate conscientiæ.

quid præpostera?

quid superstitiosa Conscientia?

a) *ne forte malum id sit, quod quis bonum existimaverit, & contra.*

b) *rationibus puta, vel sapientum auctoritate.* Pufend. *J. N. & G. I, 3, 9.* Dürr. *Theol. Moral. P. III. Sect. 2. §. 13. qui tamen ea quæ ad Probabilem Conscientiam referenda erant, cum Erroneæ objectis permiscere videtur* Instit. Ethic. *P. III. Sect. I. c. III. §. 61. pag 97. qui enim Auctoritate prudentiorum inductus, die Dominico deambulat, Probabilem sequitur Conscientiam.*

c) *Novi me existere. Scio me constare anima & corpore organico, & qualia his similia. Confer. Dn. Lang. Medicina Mentis Part. II. cap. II. §. 4. p. 92, 93. sq.*

XXXI.

Qui porro actus sint principia humanarum Actionum?

Præter eos, quos sub recepto Principiorum titulo (a) superius recensuimus, Voluntatis actus, & alii, (quanquam inter hos & duo priores compareant) cum circa finem, tum circa media, distinctius enumerandi veniunt. Isti quidem sunt (b) *volitio*, *intentio*, (c) eaque tum plena, tum semiplena, & (d) *fruitio*: Hi vero: *Consensus*, *electio* (e) & *usus*. (f)

a) §. XVII. *Volitionem videlicet, & Electionem.*

An detur Actus Voluntatis neuter?

b) *indicati nimirum ab Auctore c. I. §. 9 à verbis: Porrò cum &c. quanquam subtiliter apud Scholæ DD. disquiratur, annon detur* Actus Voluntatis *Neuter, h. e. cujus Objectum neque Finis, neque medii rationem habeat? Affirmant* Scotus, Guil. Occam, Aureolus, *alii. Verior tamen est negativa; quia quicquid amatur, aut amatur propter se, aut propter aliud: Si propter se. Igitur induit rationem finis. Si propter aliud, erit medium.*

quid intentio?

c) *Intentionem pro actu Intellectus perperam haberi à nonnullis ex eo patet, quia hæc, dicente Thoma dist. 38. a. 3. nihil aliud est, quam prosequutio aut fuga objecti. Prosequutio autem & fuga sunt actus voluntatis. E. & intentio. Cum ea convenit Desiderium, si sumatur pro efficaci appetitione Finis.* Plena intentio *adpellatur, qua voluntas re sufficienter expensa & per affectuum vehementiam non abrepta, in aliquod fertur.* Semiplena, *ubi sufficiens deliberatio non adfuit, aut affectuum turbine concussa fuit ratio.* Pufendorf. *de J. N. & G. I, 4, 1 p. 53.*

quotuplex.

quid fruitio?

d) *est suavis & quieta delectatio super ea re qua fruimur. Non formaliter Amor, qui etiam in bonum absens fertur, quod de fruitione dici nequit. Quæ est Thomæ contra Scotum ratio.*

An electio etiam sit finis?

e) *quærunt an Objectum Electionis unquam sit Finis, sed tantum media? quod affirmativè decidit Thomas 1. 2. q. 13. art. 3. Quia Electio est finis consilii. Igitur necessum esse, ut omne eligibile sit consiliabile, sive cadat sub consilium & deliberationem. At finem non cadere sub consilium & deliberationem. Regulas de Electione diligenter collegit* Dn. Müllerus, *Instit. Eth. P. I. c. I, §. 18. p. 14. sqq. qui omnino videndus.*

(f) *Di-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [98] - 88
PUBLIC DOMAIN

f) *distinguunt* inter usum activum & passivum; *Illum esse actum elicitum à voluntate, hunc in potentia exteriore exequente.*

XXXII.

Quodsi demum de eo principio quæstio moveatur, quod proximum est, & à quo actio Moralis esse suum Reale & in specie effectivum, sive, ut loquuntur in fieri, accipiat? non incongruè illi nobis arbitrari videntur, qui illud esse PROÆRESIN (a) pronunciant. Ejus rei exemplum habes infrà I, 9, 8. *in verbis: nulla propior ratio:* ut & in Homicida casuali, qui quoad rem quidem hominem interficit, sed à pœna liber est, quia nulla in ipso proæresis fuit. Deuter. XIX, 4, 6.

Quodnam principiũ proximũ?

a) *quam* βουλευτικὴν ὄρεξιν τῶν ἐφ' ἡμῖν deliberativam eorum appetitionem definit Aristoteles, quæ in nostra sunt potestate, *Nicom III. 3, 40. Expressa ea vocibus Latinorum:* Propositi, consilii agendi, *quæ* Ciceronis *vox est, & aptissima visa* Dürrio, *Instit. Eth. P. III. Sect. I. c. 4. §. 2. item: judicii, voluntatis, instituti, prædestinationis, destinationis, electionis, aliisque vocabulis fuit, sed quæ pondus non adæquent.* Grotius *vim electricem dicit de J. B & P. II, 5, 2. Differt à* volitione, *quod proæresis sit mediorum, volitio finis: à* spontaneo, *quod hoc communiter etiam puerorum & animantium esse dicitur. Ratio autem hujus doctrinæ est, quod proæresis ea sola est, per quam actio Moralis proximè & immediatè producitur. Id quod è Processu humanarum actionum liquido adparet, & inprimis pulcre declaratum videri potest apud Thomasium Parentem, Phil. Pract. Tab. XXVIII. lin. XXX. INITIUM, inquiens MORALITATIS ETHICÆ est, ubi Voluntas utitur Libertate sua, seq. vel sensui vel Rationi adjungit. Nec abnuet Auctor, qui c. l. §. XVII. monet; Nullam esse propiorem rationem, quare alicui actio imputari possit, quam quia* PENES ipsum fuit, ut fieret vel non fieret. *Videndus de hoc Argumento Samuel Rachelius integro Tractatu de Actionum Moralium Principio, cui miro consensu hodie adstipulantur alii. Quid quod nec* Dürrius *diffitetur, ex proæresi præcipuè meritum & culpam æstimari, Ethic. Paradigm. P. III. Sect. I. c. 1, aphor. 7. p. 154. Hinc in Anglia lata*

quid proæresis?

Observatio necessaria de processu Actionis humanæ.

Lex, si quis aliquem ex Regio Senatu occidendi consilium cepisse deprehenderetur, quamvis rem non perfecisset, capite luceret. Thuan. *Histor. 8.*

XXXIII.

De Prudentia.

Non inutilem nos operam præstituros confidimus, si, postquam de principiis humanarum actionum, quantum instituto nostro sufficit, egimus: de intellectu aliquid, ac principe ejus, per omnemque vitæ ambitum se diffundente virtute prudentiâ nonnihil suppleamus. Ea *Epicuro* caput ac fons & Regina virtutum cæterarum merito audit: *Cicero* (a) rerum expetendarum scientiam, *Augustinus* (b) vitandarum & expetendarum dixit. Compendiosè loquuntur, qui rejectis vocum tricis, ad obeunda Prudentiæ munera requirunt & præteritorum *memoriam*, & *intelligentiam* præsentium, & *providentiam* futurorum. *Memoriam* quidem, quia in negotiorum serie, ea quæ sunt deinceps agenda, talem plerumque cohæsionem cum iis, quæ peracta jam sunt, tuentur: ut nisi meminerimus, quid, & quomodo peractum jam sit (ut accommodate ad ipsum, id, quod supereſt, peragatur) aut jam factum infectum fiat, aut faciendum nusquam aut male succedat. Et cum mens nostra non ratiocinetur nec judicium ferat, nisi ex prænotitis: non potest equidem, quid ex quibusdam seu præsentibus seu futuris suppositis, eventurum sit, judicare, nisi quæ varia præterita sunt, suppositis, similia cognorit, ac mente præterea tenuerit, quid ex illis evenerit. (c) Cæterum prima Prudentiæ species est *Privata*, cujus duo sunt munera; Unum: deligere vitæ genus, ac se in eo statu constituere, in quo sola deinceps vita transigatur. Quod quidem difficultatis inprimis est plenum. Non de illis loquimur, qui præscriptum vitæ genus habent, ut olim Philosophi, agricolæ, Milites, aliique, quorum sic addictæ certis functionibus familiæ erant, ut transi-

quid privata?

re

a] *Offic. 1.* b] *de Lib. Arb. I.*
c] *Exquisitè hoc argumentum tract. Syntagmatis Philosophici Pars II. L. II. c. II. p. 745. Sed & extat lentini Andreæ Libellus, de Prudentiam, per infinita objecta &c. subsidia Rei Christianæ & literar.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [100] - 90
PUBLIC DOMAIN

re nemini in alterius functionem liceret: Conf. *Diodorum Siculum*, libro primo & secundo. Quo etiam nunc modo sunt Principes, qui in purpura & ut Sceptra teneant, nascuntur. At de illis nobis est sermo, qui & propriam audire rationem & aliorum consilia sequi circa vitæ genus deligendum tenentur. His difficultatem parat humanarum rerum conditio, in qua undique incommoda occurrunt, & earum ut origines, sic consecutiones, nonnisi confusione quadam impenetrabili obvelantur. Ostendit Ausonius celebri Eidyllio:

Prudentia in *eligendo genere vitæ.*

Quod vitæ sectabor iter? si plena tumultu
Sunt fora; si curis domus anxia: si peregrinos
Cura domus sequitur: mercantem si nova semper
Damna manent: cessare vetat si turpis egestas:
Si vexat labor agricolam: mare naufragus horror
Infamat: pœnaque graves in cœlibe vita:
Et gravior cautis custodia vana maritis:
Sanguineum si Martis opus.

Heic itaque maturè deliberandum: ac denique id vitæ genus eligendum est, non in quo nulla, sed in quo pauciora minoraque incommoda prospiciantur.

a] *Offic. 1.* b] *de Lib. Arb. I, 13. & 83. qu. 31.*
c] *Exquisitè hoc argumentum tractavit* Petr. Gassendus, *Tomo II. quo Syntagmatis Philosophici Pars Physica & Ethica continetur. Ethicæ L. II. c. II. p. 745. Sed & extat magni acutissimiq; Theologi* Jo. Valentini Andreæ *Libellus, de* Rerum Universitate, *cujus altera pars* prudentiam, *per infinita objecta diffundendam delineavit. Confer ejus Subsidia Rei Christianæ & literariæ. p. 252. sq.*

XXXIV.

Alterum Munus privatæ prudentiæ est, omnes vitæ actiones, in eo, quod delegimus, vitæ genere ex rationis præscripto, & ad virtutis normam componere. Huc spectat generalis Regula: NIHIL ADGREDI TEMERE, seu cujus causam

Regulæ generales in electo vitæ genere.

cauſſam probabilem reddere non poſſis. (a) Ejus verò ſpecialia velut membra ſunt I. ut conditio negotii, quod ſuſcipitur agendum, noſcatur; atque intime quidem, ne animi quædam paſſio animum obruerit, feceritque, ut fucus pro veritate ſit. II. ut indoles eorum, quibuscum negotium peragendum eſt, nos non lateat. Sintne probi, an doloſi? circumſpecti, an imprudentes? potentes an imbecilli? Ubi & congrua mediocritate inter confidentiam & diffidentiam opus eſt. III. Ut vires propriæ expendantur: quid per ſe ipſum, aut per amicos, aut per opes proprias liceat facere: IV. Ut ſit modus agendi in promtu, cum nihil ſit abſurdius, quam rem aggredi, ac deinceps de modo progrediendi ſollicitum eſſe. Quorſum refertur circumſtantiarum notitia. V. Ut, præ cæteris, occaſio temporis debitè captetur: ne ſi aut præcipitando antevertatur, omnia ſusque deque perturbet: aut cunctando prætermittatur, omne conſilium irritum faciat. VI. Ut negotio, non ſine maturâ deliberatione ſuſcepto inſtetur; juxta celebre illud Biantis: Aggredere tardè agenda: ſed aggreſſus, age conſtanter. VII. Ut menti conſtanter inſideat, quacunque ſe demum ingerente occaſione, à *recto virtutis tramite* non diſcedere: & data, ut ſæpe contingit, optione, nunquam honeſto utile, æquo iniquum præhabere; quod præſtet ſemper, negotium male, ſalvâ conſcientiâ, ſuccedere, quam profligata, ſuccedere ex voto: neque ille ſit habendus infelix, qui ſibi bene conſcius eſt: aut ille felix, qui conſcius male.

Ex iisque præcipua.

a] Cicer. *Offic. I.*

XXXV.

quid Prudentia Oeconomica?

Oeconomica prudentia in adminiſtratione domus familiarisque rei verſatur. Eſt autem domeſticum Imperium quidam velut Principatus, quia unius regimine

regimine administratur. Is respectu liberorum vocatur pater: respectu uxoris Maritus; respectu servorum herus: respectu possessionis rerumque possessarum κτήτωρ seu Dominus. Hinc prudentia œconomica I, γαμική, sive Nuptialis. Ejus munus est in uxoris delectu. Ne formosam potius, aut illustrem vel divitem, quam bene moratam ducat. Deinde ubi ducta fuerit, ut amoris testatione illius amorem ita demereatur, ut facile intelligat, non potuisse se à melori commodiorique Viro duci. Curet, ut minutiora tractet uxor: ut consiliorum, quæ ejus captum non excedunt, fiat particeps: datam fidem ne temeret. II. *Paterna.* Ejus primarium munus Generatio, educatioque est. Quorsum pertinet, liberos ad certum vitæ genus instruere. III. *Herilis.* Quærat servum muneri aptum, ne petulantem esse patiatur: ut eum amet; ne committat eum fraudari, & reliqua. IV. *Possessoria.* Curet, ut domui seu familiæ nihil necessariorum desit. Equidem secundum naturam necessaria duntaxat sunt, quæ famem, sitim, frigus, & alia id genus incommoda tollunt: at civilis societas non pauca præterea pro gradu, quo quisque in ea est, necessaria fecit. Cavendum, ne impensæ fiant ipsis reditibus majores. Res suas ipse Dominus norit. Socratis Aristotelisque pronunciatum est: Domini oculus equum pinguem facit. Afer quidam, rogatus, quod esset agro emendando stercus optimū? dixit, Domini vestigia. In genere vero triplex opum comparandarum modus est: agricultura, industria sive opera: & usura (a)

Prudentia œconomica quotuplex?

In quo præcipuè consistat *Nuptialis?*

2) In quo *Paterna?*

3) *herilis?*

4) *possessoria?*

a] *Singula latius deduxit Gassendus, Ethicæ Lib. II, c. 2. p. 750. sqq. Adde omnino è Nostris, sed multis incognitum τὸν πάντυ* Jo. Valent. Andreæ, *de prudentia, Parte II. p. 171. sqq.*

XXXVI.

Ut igitur *gubernatori* cursus secundus, *Medico* salus: *Imperatori victoria:* Sic Moderatori Reipubl. beata Civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. (a)

Qui scopus prudentiæ Politicæ?

a) *Cicero in fragm. V. de Republ.* & *addatur, qui plura ſuggereret, landato loco Gaſſendus. Ac rurſus de prudentia cum in univerſum, tum* in eligendo vitæ genere, *caterisque illius ſpeciebus* Cicero, *de Officiis L. I, c. XXXII. ſqq.*

XXXVII.

Quotuplex Actio humana?

Actio humana generalius ſumta (a) variè dividitur. Præcipua eſt, quæ nec Auctori diſplicuit, *ratione principii* in *voluntariam* ſeu *ſpontaneam*, & *involuntariam* ſive *invitam* diviſio. (b) Addunt alii *diviſionem* ratione *II. Normæ* in (c) *Bonam* & *malam*. Jacob. Thomaſius diviſionem, *ratione formæ* adpellat.

Quotuplex I. ratione *formæ*?

a) *Uti videre imprimis eſt apud J. Thomaſ. Tab. X. integra. Ut in ſimplicem & compoſitam. Illa* (1) ratione Formæ *in Indifferentem & Moralem, quæ vel bona vel mala. Indifferens conſideratur vel quoad ſpeciem vel quoad Individuũ. Probè etiam advertendũ: Indifferentiam triplicem eſſe; Objectivam, ſubjectivam, & formalem.* Illa *fundatur in rebus, quas eligere homo poteſt, vel repudiare, qualis juxta Paulum eſt in Neomenis, rebus q. conſimilibus, Col. II. 16. de quibus judiciosè* Auguſtinus: *Sunt quædam, ait, facta media, quæ poſſunt bono vel malo animo fieri, de quibus eſt temerarium judicare. Lib. II. de Serm.* Domini in monte. *Iſtam adpellamus, facultatem ipſam, id quod Lege determinatum non eſt, eligendi vel repudiandi. Hæc eſt proprietas actionum humanarum, quæ lege juberi vel vetari, adeoque tranſire in ſtatum moralitatis poſſunt. Sed & hoc acutè monuit* Jacobus Thomaſius; Indifferens *in ethicis* hoc dici, *quod, nec bonum nec malũ eſt: CAPAX TAMEN UTRIUSQUE MORALITATIS. Quam capacitatem quod non habet, in quæſtionem heic non venit. Neque nos quidem conſultum Rei literariæ arbitramur, novas definitiones confingere & actionem indifferentem vocare non malam, ſeu bonam in ſenſu negante, ut à nupero ſcriptore factum. Quod eſt limites movere, ac diſciplinæ circulos, præter neceſſitatem turbare. Cæterum de vero Chriſtiano expedita Regula eſt Col. III. 17 & 1. Cor. X. 31. cujus quæ in fide fiunt opera, bona ſunt, & à Luthero Tom. I. Jenenſ. f. 225. divino cultui adnumerantur*, daß auch das geringſte Werck / als einen Strohhalm auffheben / im Glauben gethan / ſeye ein gut Werck. *Quæ ſi rectè obſerventur, facient, ſperare,*

Quotuplex *Indifferentia*?

quid objectiva?

quid ſubjectiva?

quid formalis?

Obſervatio ſummè neceſſaria de non temere mutandis definitionibus.

Quid Chriſtianiſmus de indifferentia doceat?

ut

ut non necessariis nec sine scandalo in hoc argumento motis litibus liceat supersedere. Considerari quoq; meretur communior sententia, quæ Actum humanum in individuo indifferentem non dari statuit. Cujus ea præcipue ratio producitur, quod non finis modo honestus homini agenti debeat esse præpositus, (nam hæc non sola ita sentientium ratio est) sed & actio humana hic & nunc à circumstantiis determinationem accipiat, iisque velut vestita in statu moralitatis collocetur. Conferri potest a nobis de hoc argumento Disputator B. Jo. Adamus Osiander, Theol. Morali Part. I. c. IX §. XXXI. qui etiam locum Matth. XII. 38. solide fortiterque vindicavit. De indifferentismo morali Jesuitarum professa præter alios opera egit D. Jo. Wolfg. Jägerus, nosque ejus subruendi modum jam supra ostendimus quum de Morali demonstratione, objectisque Moralibus per se talibus ageremus. (2) Ratione Efficientis *in elicitam & imperatam. quæ distinctio usum habet in Quæstione: An voluntas possit cogi?* (3) Ratione adjuncti *in immanentem & transeuntem sive internam & externam. Hæc verò dividitur in* Actum commissionis & omissionis, *quum in moralibus omissio æstimetur pro Actu; imo & positivus actus vel includatur, vel præsupponatur. Silentium magnæ est efficaciæ, & obligationem facit. Num XXX. 5, 8, 12, 15. Obligat votũ juramentumve à subdito præstitũ, quia Dominus eo, quo audivit die, SILUIT SUPER EO. add. Grot. II, 4, 4. cujus Regula: sub factis moraliter veniunt non facta. Est etiam omissio vel bona, vel mala. Illa, qua omittitur actio mala, occasione perpetrandi oblata, ex amore & timore DEI, & studio obediendi ejus Legi. Sic Joseph ab aliena abstinuit uxore, Gen. XXXIX, 8. & 9. Mala est, qua omittitur actus lege præceptus, quem per occasionem aut facultatem præstare posses. Ut, cum* Parentibus honor debitus non exhibetur. *Matth. XXV. per tot de virginibus fatuis, & servo, qui talentum condiderat.*

Et quomodo *altercationes* vitari hoc in argumento queant? Sententia *B. Osiandri*, & aliorũ: *Non dari actum in individuo* indifferentem: quo fundamento nitatur? remissive II. Quotuplex actio humana *ratione efficientis*? quid elicita? quid imperata? III. Quotuplex ratione adjuncti? Quid actus omissionis? Quæ vis Silentii? *Quotuplex omissio?*

XXXVIII.

Actio etiam speciali sensu dispescitur in simplicem & mixtam. Illa est, quæ ex proæresi agentis mera, seu ex interno eoque solo principio provenit. *Mixta* est, quæ non ex mera agentis proæresi, sed partim interno, partim externo principio, circumstante videlicet metu majoris mali aut spe

Quid actio *simplex*? quid *mixta*?

Quot genera sive *gradus Actionum mixtarum?*

boni alicujus parandi oritur. Cæterum, mixtorum actuum quatuor genera constituit Philosophus. *Primum*, cum homines boni & commodi alicujus consequendi, aut gravissimi alicujus damni declinandi gratia, gravia damna aut diros subeunt cruciatus; ut Zopyrus toto corpore lacerari, nasum, aures, & labia sibi præscindi voluit, ut Babyloniis imponeret, urbemque inexpugnabilem Babylonem in Darii potestatem redigeret. (a) Ut & Apostoli Martyresque in primitiva Ecclesia plagas & mortem sæpe acerbissimam, ob veritatem defendendam, pertulere. *Secundum* est, cum quis ob declinandum incommodum & malum aliquod, aut consequendum commodum & bonum, sordidum quid ac indecens committit. Ut si quis, ne nummos perdat, aliis se ridendum exponit: ut morio in aulis Principum ventris caussa agitari vexarique se patitur: ut improbè hodie multi vivunt, ne pro hypocritis, & ut loqui amant, sanctulis habeantur. *Tertium* est, cum quis metu magnorum malorum, quibus perferendis natura humana fermè impar est, ea facit, quæ alias facere non oportebat; ut David mortis declinandæ, Solon legis perniciosæ abolendæ caussa furorem simularunt. *Ultimum* est, cum quis declinandi cujuscunque tandem mali, aut consequendi boni caussa id agit, ad quod agendum ne exquisitissimo quidem mortis genere se adigi debuisset pati, sed mortem potius oppetere. Ut si quis vel persecutionis evitandæ, vel honorum adipiscendorum caussa veram religionem ejuret. Primum genus laudem: alterum & ultimum vituperium: tertium veniam & commiserationem meretur, aut consequitur. (b)

An detur *Mixtura* boni & mali?

a] *Circa actionem Bonam & Malam disquirunt: An Mixtura detur Boni & Mali? sive An idem Actus respectu diversorum simul bonus & malus esse possit? Nobis negativa arridet, quia ad* Actionem Ethice Bo am requiritur, ut omnes actiones circumstantiæ *Morales recte se ha-*

se habeant, quarum una si secus comparata sit, integram vitiat actionem. Quorsum pertinet vulgatiss. Canon. Bonum est ex integra causâ, malum ex quolibet defectu. Objiciunt tamen Gajetanus *Tom. I. Opusculor. Tract. 32. R. 14. &* Vincent. Contenson *L. VI. Dissert. 2. c. 2. p. 513. Utique Eleemosynam egenti porrectam bonam esse; quidquid sit de adhærente vitio vanæ gloriæ. Imo & commiserationem sæpe jungi posse; Sed nihil evincunt. Bonum enim honesto repugnat adhiberi ad malum finem, & eleemosyna, propriæ studio gloriæ data est ILLEGALIS. Unde commendari e Tyronibus auream* Jacobi Thomasii *Regulam solemus*: Bonum Morale habere Bonitatem suam in Voluntate operantis. *Tab. III. lin. 36. Instant: In naturalibus eandem rem esse simul bonam ex una parte, & malam ex alia. E. nec repugnare in Moralibus. Prius esse manifestum, quia idem homo possit simul habere Bonitatem auditus, cum malitia cœcitatis. Sed & hoc nulla est sequela. Primum enim Bonitates in Naturalibus sunt partiales, neque una dependet ab altera. Deinceps si de Bonitate totali integrali sermo sit, negamus antecedens. Tum enim homo perfectè bonus adpellari non poterit; & hujusmodi totalis bonitas censeri bonitas moralis debet.*

Diluuntur Objectiones

(1.)

(2.)

b) *qua de luculenter egit Auctor, §. 16. & conferendus omnino* Thomas. *Tab. XI. per tot. ubi moneo I. inconsideratius loqui, qui ex invito faciunt proprium Actionis humanæ, cum potius dicat principii privationem. II. Haud quidem levem esse dubitandi rationem, num de invito agere, ad Ethicum pertineat? quod ex hujusmodi actione homo nec bonus nec malus æstimetur. Interim quia proæresin immediatum actionis humanæ principium esse dicimus, eaq; omnem excludit vim: & necessum adeo est, naturam Inviti perspectam habere, idcirco de isto quoque argumento tractari hoc loco solet. III. Inviti laxius sumpti duas quasi esse species. Unum, quod per ignorantiam, alterum quod per violentiam dicitur. De posteriore communis Regula est; Ad illud requiri, ut patiens non saltem negativè nihil dicatur contulisse, sed neque contrarie. Ceterum IV. est Invitum per vim tale vel in se vel in sua causa. V. Actiones mixtæ magis sunt spontaneæ quàm invitæ. Unde est quod pacta etiam non citra vim inita obligant; ut via nobis præmuniatur, ad* Pufend. *de Offic. H. & C. 1, 9, 15. VI. Colligimus, quid statuendum de ea, quam* Castro Palao *proposuit sententia; Retractatâ per pœnitentiam priori voluntate effectum*

Quid Invitum?

quid invitum *per* ignorantiam?

quid per violentiam?

Regula magni momenti de actione mixta.

fectum ſecutum naturaliter ex cauſa prius liberè appoſita, non eſſe imputandum culpæ. Faſtum quippe eam eſſe vel ex eo patet, quia effectus ille quidem invitus in ſe eſt, ſed non in ſua cauſſa. VII. Ad externum repugnantiæ conatum in Judiciis tam accuratè reſpicitur, ut ex præſumto etiam, factum aliquod invitum habeatur. Quod fundamentum eſſe cenſeo Legis forenſis de Puella deſponſata vi compreſſa. Deut. XXII. 24, 27. Quæ enim vim paſſa in agro, rea non habetur; quia non conſenſiſſe in ſcelus, ſed invita ſuccubuiſſe præſumitur, nec quidquam ſit. adhibitis evaſionis mediis, & quo præ cæteris hic ſexus armatur, clamore. Contra cui in urbe pudicitia fuit erepta, violentiæ prætextus non conceditur, ob defectum renitentiæ per clamorem, quo concurſum ciere potuit & debuit; Quod tamen intelligendum eſt, non quod ex hoc ſolo definienda controverſia ſit, ſed cæteris paribus. Poteſt enim & in urbe vim pati aliqua, occluſo ore, & in agro aliqua conſentire in ſtuprum, ut habent verba Philonis recitata à Grotio II, 12. in notis.

Lex de Vim paſſa: Deuter. XXII. 24. exponitur.

XXXIX.

Quid imputativitas?

Cæterum ex ea, quàm diximus, Proæreſi PER SE & immediatè conſequitur Imputativitas; * ſeu quod effectus, agenti moraliter *Jure imputari queat*; bonus quidem ad laudem & præmium: Malus verò ad culpam & pœnam. Quæ imputativitas** non quidem Formale Actionis Moralis, (a) præcipua tamen ejus affectio, aut effectus formalis, (b) vel (c) neceſſarium cauſæ Moralis conſequens eſt.

* *Vox* imputationis hortenſis *eſt*, & *propriè inſitionem*, *qua ſurculi Plantæ imputantur, ſignificat. In ſenſu Morali dicit actum intellectus, quo quid ad auctorem ſuum pertinere judicatur ſive mediatè, ſive immediatè ab ipſo profectum ſit.*

** *huc pertinent dicta à nobis Parte VIII. diſſertationis de Jure Pœnarum §. IV. n. a. b. p. 86. add. omnino* D. Müller, *Inſtit. Ethic. P. I. c. IX. p. 312.*

a) *conf. ſuperius dicta ad §. 6.*

b) *quod accurate probavit Du. D. Jägerus Elem. Metaphyſ. P. II. p. 35.*

c) Petr.

c) Petr. Muſæus *Metaph. c. XIII. §. 42. p. m. 151.*

XL.

Sicut autem præcipuum in Moralibus axioma, ſive Principium rationale eſt: (a) De illis actionibus homini reddendam eſſe rationem, quas penes ipſum eſt fieri vel non fieri: ita imputatio quoque dividi ſolet in eam, quæ eſt ex gratia vel ex debito. (b) *Illa* eſt, quando quis in alterum effectus actionis cujusdam tertii, quos alias iſte ſibi jure adſerere non poterat, ex benevolentia derivat. Ut quando Princeps filio civis nullis meritis conſpicuo benefacta paterna imputat. Hoc eſt imputare κατὰ χάριν, non κατὰ τὸ ὀφείλημα. E debito autem imputatio fit, ubi cauſa imputationis in eo hæret, cui quid imputatur. Dividi etiam ſolet in *nudam*, ſeu ſimplicis adprobationis & improbationis, & efficacem. *Illa* eſt, qua nudè tantum actionem aliquam adprobamus aut reprobamus, ita ut nullus inde in agentem effectus redundet. * *Hæc*, per quam effectus actionis in agente vim ſuam exſerunt, de qua hoc inprimis loco agitur. Sed & aliud eſt imputatio, aliud imputabilitas, ſeu actu imputari, & recte imputari poſſe. Non enim omnes actiones, quæ imputari poſſunt, etiam agenti ſemper imputantur aut neceſſario imputandæ ſunt; (c) ac ubi plurium intereſt actionem fieri vel non fieri, ſi unus actionem non imputaverit agenti, cæterorum tamen Jus non expirat. (d)

Quotuplex Imputatio? quid imputatio ex gratia? quid ex debito? quid nuda? quid efficax?

a) *Contradiſtinctum experimentalibus principiis, quæ obſervationes vocantur.* Rationalia *principia dixit* Pufendorfius, *quorum veritas certitudo atque neceſſitas ex ipſa ratione ſunt, abſque ſingularium perceptione, aut inſtituto diſcurſu, nudo duntaxat mentis intuitu.* Experimentalia *ſunt, quorum certitudo ex ſingulorum conſtanter ſibi reſpondentium collatione ac perceptione intelligitur.* Elem. Jurispr. Univ. Lib. II axiom. I, p. 353. e.g. *Homo de rebus adprehenſis vi intellectus recte judicare poteſt.*

Incidenter de principiis *experimentalibus, & rationalibus.*

b) *hanc*

Vox *imputationis* in sacris.

b) *hanc distinctionem in terminis habet Paulus* Rom. IV, 4. *quo capite vocem imputationis undecies inculcat.*

* *Locum habet circa actiones debitas; qui enim non nisi quod debuit præstitit, bene quidem egit, præterea tamen nihil meretur. conf.* Luc. XVII, 7, 8, 9. *omnino. An etiam gratias agit servo?*

c) Elem. Jurisprud. Univ. *Lib. II. axiom. I, §. 4. p. 357.*

d) *ut, etsi peccatori pœnitenti DEUS delicta remiserit, societas tamen humana supplicium jubet irrogare.*

XLI.

Quid causa Moralis?

Repetenda igitur hoc loco (a) sed breviter universa de Caussa Morali tractatio est; cujus in hoc natura consistit, quod recte ei, velut Principio Libero, imputatur effectus, in quem licet haud influat, illum tamen Formaliter aut quocunque modo intendit. (b) Ex quo quidem manifestum esse arbitror, ipsam Caussæ Moralis rationem, ut loquuntur, formalem & causalitatem in Intentione eaque efficaci consistere. (c)

An sit vera caussa? & cur? *Remissivè.*

a) *quæ caussa vera est caussa, adeoque ad Tractationem de Caussis, velut sedem propriam pertinet, ubi optimè definitur: quod sit caussa efficiens, per propriam entitatem effectum quidem immediate non attingens: ad eum tamen producendum cum intentione efficaciter aliquid conferens, ut inde ei jure imputetur effectus. Nec obest objectio. Q. consistit in mera negatione, id non est vera caussa. A caussa Moralis modò negativo concepta v. c. Nauta per absentiam non impediens naufragium. Resp. neg. min. quia absentia nautæ conjuncta est cum intentione, quæ aliquid importat positivi.* 2. aliud est, agere vere, aliud agere *physicè. Omne quidem agere physicè est* verè agere, *sed non* omne verè agere est agere physicum. *Distinguere etiam nonnulli jubent inter Agens Morale & Causam Moralem. Illud est causa actionis Moralis, ex relatione ad legem; Caussa autem Moralis ex intentione æstimatur, & potest etiam tendere in actionem per se adiaphoram vel physicam. Sic homicida respectu homicidii est agens Morale: propriè tamen loquendo non est Causa Moralis, quia per propriam entitatem in illud influxit. Jubens verò alium quid facere,*

quæ differentia inter agens morale & caussam moralem?

legibus

legibus non definitum, causſa eſt Moralis, propriè tamen non agens Morale. Sic David Uriam interfecit gladio filiorum Ammon, 2. Sam. XII. 9.

b) *Opponunt Philoſophi influere & conferre. Illud de cauſa phyſica accipitur, quæ effectum ſua actione immediate attingit producitque; hoc de cauſſa Morali, & ſenſu quidem ajente & negante. conf. P. Muſæ. c. XIII. §. 18. p. 137.*

c) *quæ tam circa actum quam ejus omiſſionem verſatur; Solet autem* Intentio *plerumque in* Directam & Indirectam *diſtingui. Prior dicit relationem ad effectum, quem quis ipſo voluntatis actu efficaciter expetit; idque vel poſitivè vel negativè. Indirecta verò adpellatur comparatione effectus, quem quis actu quidem voluntatis non expetit, ſciens tamen aliquid ad ipſum confert, atque adeo perinde ſe gerit, ac ſi eum expeteret. Ut qui medicamentis utitur, cum non neſciat ad eorum uſum ſe nauſeaturum eſſe, indirectè nauſeam intendit. Sic Paſtor, omnium vitiorum illecebris deditus, qui conjectura facile poteſt adſequi, ſuo quoque alios exemplo ad nequitiam adductum iri, perditos aliorum mores indirectè intendit. Quorſum referendi verſiculi à Thoma recitati, 2. 2. q. 62. art. 7.*

quotuplex intentio?

Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,*
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Quot modis fieri quis *Cauſſa moralis* queat?

& conferendus, qui eos explicat, Vir inſignis *de J. B. & P. II, 21, §. 1. n. 2. ac ant Lib. II. c. XVII. §. 6. ſqq. & è Theologis v.* Martin Chemnitius *in Locis, VII. 8. de peccato Actuali, qui eos ita propoſuit;*

Conſulo, præcipio, conſentio, provoco, laudo,
Non obſto, ſed præcipio & defendo aliena.

Illuſtris eſt locus de populo connivente, Lev. XX, 4, 5. qui Chaldæo Obſirmator dicitur. Ais: At DEUS nonnunquam aliquid agit, ex quo novit ſequi peccatum. Sic Protoplaſtis Legem de Arbore Vetita tulit, cum tamen Legem eam violatum iri præviderit ab æterno. Abſit autem ut DEUM dicamus indirectè velle ullius hominis peccatum. Sed nihil hac ratione colligitur. Namque ea demum indirecta intentio dicitur, non cum quis aliquid ſimpliciter facit, ex quo malum ſequi queat, ſed cum facto illicito pravum effectum provocat, aut ſaltim id agit, à quo tenebatur abſtinere, ne hujusmodi Effectus ſequeretur. conf. Pufendorf, *de J. N. & G. I, 5, 13. p. 87. Igitur ab*

Solvitur obiectio, de intentione *indirectâ.*

indirecta effectus Intentione *absolvitur. I. Qui ex ignorantia eum non impedit, cum alias possit ac debeat & voluisset impedire. II. Qui ex impotentia non impedit. Impotentiam intellige inculpabilem. III. Qui pro Libertate sua non impedit, sive quòd non debeat, utcunque possit. IV. Possibilis debet esse impeditio peccati non physicè solum, sed & moraliter. Possibile physicè esset Parentibus, liberos à publicis delictis abstinere, si domi eos semper servarent, admotis custodibus. Moraliter non item, quia hoc libertas humana non pateretur, & diligentia requireretur in hominem non cadens. conf. hoc capite §. XVIII. Conclus. I. & §. XX. ibi: quin & τὸ posse in vita communi & q. s.*

XLII.

Qui porro modi *Caussæ Moralis?*

Tenetur etiam qui consilium dat, laudat, assentatur. Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem? ait *Cicero* Philippica secunda. *Lege Longobardica* Lib. IV. tit. IV. etiam consulens ad compositionem vocatur. add. Rom. I, 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν,) οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Sic

An eo referendi cõsiliũ dantes? an laudantes?

παιδεραστίας & quosvis incestus esse ἀδιαφόρους docebant non Epicuræi saltim, sed & severi illi Stoici, quod non Theophilus tantum Antiochenus nos docet, sed & Sextus Empiricus, Zenonis & Chrysippi utens verbis, quæ pudet transcribere. (a) Sed hos ne excusatos dixeris? Neutiquam verò. Audivisti sententiam Apostoli ex Naturæ dictato depromtam.

An coactè militantes?

Cæterum illis qui coacti militant, nihil imputari potest, quia non hostili animo apud hostes sunt. Unde & ad infortunatos referuntur, neque de iis ἀδίκημα, sed ἀτύχημα prædicatur. Laudatur apud Euripidem Eteoclus Argivus, quia

> Culpam ferebat semper illo Judice
> Reus ipse: non urbs patria, quæ passim mali
> Rectoris ergo sustinet calumniam. (b)

a) *add.* Grot. *ad Rom. I, 32. & de J. B. & P. II, 20, 44.*
b) *add. ex instituto* Grot. *de J. B. & P. III, 11, 3, & III, 11, 5.*

XLIII.

Atque ex his quidem jam patere in universum arbitror, quæ homini possint imputari, quæ non; (a) de quibus ab Auctore subjunctis §. XVIII. ad finem usque Conclusionibus distinctè traditum est. Summa eò redit; (b) Non posse imputari, quæ ex *necessitate Physica* proveniunt: neque *vegetabilium effectus facultatum:* nec * *impossibilia* aut coacta, vel per ignorantiam (c) facta; nec visa per somnum, aut à ratione destitutis profecta; cum pro principio non agnoscant proæresin, neque ab agente vel sciente vel VOLENTE suscipiantur. Quæ homini imputabilia?

a) Pufendorf. *O. M. I*, 5, 6.

b) *& generale fundamentum est, voluntas in gradu habili posita.*

* *Stultitiæ damnari solent* Mexicani *Reges, quod sub initium Regni promiserint Regibus, se effecturos, ut sol justo tempore oriatur & occidat: ut pluviæ, quando opus est, cadant: ut terra fruges proferat. Conf.* Pufendorf. *de J. N. & G. I*, 5, 6. Krebsius *tamen, tractatu de Ligno & Lapide P. I. Class. II. Sect. 2. §. 1. multæ & mirandæ id sapientiæ esse censet, cum promissionis sit sensus: Principem bonis Legibus, rectoque & pio Imperio, vel ipsa astra & meteora, in suam veluti potestatem, pro vera subditorum Reique publicæ beatitudine, redigere. Cæterum impossibilia vel sunt ac solutè talia, vel ex hypothesi. Qui bona dilapidavit, qui præstandi vires ultrò sibi ipse detraxit, non solum ad summum conatum tenetur, sed & velut in supplementi vicem malo, insuper poterit mactari. Confer infra L. I. c. IX. §. 17. & Matth. XVIII. 25.* quotuplex impossibile?

c) *puta invincibilem; eamque antecedentem, sive efficacem.*

XLIV.

Quodsi itaque Lege Divina, I. damnum à Bove (a) cornupeta illatum, ejusdem Domino ad cædem usque imputanda præcipitur; II. Si *vinitori* aut *agricolæ* negligenti, vineæ agrive sterilitas imputatur: III. Si variegatus agnorum color Occurritur objectionibus.

lor pastoris Jacobi solertiæ adscribitur, Gen. XXX. 37. IV. Si ventris etiam prominuli apud Gallos veteres pœna in Juvenibus fuit; non tamen ista traditæ superius regulæ contradicunt. Potuit nimirum Dominus ac debuit Bovem custodire, cujus vitium cognoverat. Igitur homicidium SALTIM indirectè intendit. Cujus æquè intentionis, qui vineam agrumve negligit, reus est. Et licet variegatus, quem diximus, color humanæ effectus industriæ non sit; imputari tamen ejus productio Jacobo potuit, quod observatis animantium inclinationibus vires eorundem internas congruis mediis excitavit. Demum, uti corporis imbecillitas, proprio vitio contracta imputari potest, sic & quæ, Meliorem sententiam tuetur cæteris Paribus, ex congluvie provenire judicabatur, corporis pinguedo. (b)

a) *Exod. XXI, 28, 29. Culpa Domini, bovem cornupetam esse scientis, eumque non custodientis lata est, & morte punitur. Quanquam si heredes velint, permittatur redemtio, ut Grotius autumat. Alii de eo casu verba accipiunt, si Dominus de lata culpa non possit convinci.*

b) *conf. tamen* Pufendorf. *de J. N. & G. I, 5, 7.*

XLV.

An hominis, qui nudi instar instrumenti se habet, aliquid imputari possit?

An illi, qui meram actus exsecutionem suscepit, sequeadeo nudi instar Instrumenti habuit, imputari aliquid possit; difficilior inspectio est. Nostro videtur, ei cui intentato à superiori malo, necessitas exequendi factum injustum, cædem v. c. hominis innocentis, imponitur, factum non magis imputari posse, quam gladio aut securi cædes. Quod non *Conclusione modo septima*, (a) sed & alibi (b) propugnavit.

Ratio pro affirmante sententia.

Ratio tamen dubitandi est, quod in præsenti casu, qui innocentem, quem certo talem esse cognovit, enecat, non se habet instar Instrumenti mere Physici; sed intellectu, sed ratione præditi, quæ innocentibus haudquaquam nocendum esse

esse dictitat. Quare & probabile censet Grotius, etiamcarnifici, qui damnatum occisurus, cognita esse debere causæ merita, ut satis ipsi constet, mortem ab eo commeritam; quod & nonnullis in locis observetur; nec alio (c) spectare Legem Hebræam cum ad lapidandum eum, qui damnatus est, testes velit præire populo. (d) Nec milites injusto bello operam præbere possunt, ut ex saniore Philosophia judicavit ὁ Παῦλ.

a) §. 24.

b) *L. I. de O. H. & C. c. 6. §. 8. & II, 12, 9. & II, 14, 10. sub fin. Consimili innixus esse fundamento videtur Absalom, fratrem interfecturus & famulos instigans: Nolite timere, quia ego Jussi vos 2. Sam. XIII. 28. quia* C. Thomasius *JP. Div. II, 2, 166. & 167. p. 179. DEO magis oportet obedire quàm hominibus. Unde piè interdum detrectantur Imperia sæva atque impia.*

ὦ γὰρ τί μοι ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε;

Ajebat Apollonius contra Neronis edictum. Quod Tertullianus dixit, subditos nos esse debere Principibus intra limites disciplinæ.

c) J. B. & P. *II, 26, 4. n. 9. laudatque allegatum ab eo Exemplum Ministrorum Saulis, 1. Samuel. XXII, 17. & Speculatorem Achabi tertium* B. Osiander *Observat. ad h. l. p. 1294. ubi etiam probat, si evidens sit Militi, Bellum, quod superior gerit, injustum esse, deponenda ei arma cingulumque solvendum esse. Censent Ebræi inter Saulis Ministros Abnerem quoque fuisse, quem David funebri carmine his verbis extulerit: Non ligatæ sunt manus tuæ. Non is tu eras, qui sine dilectu rerum manus tuas alteri commodares. Velut hæc verba constantiam Abneris exprimant, cum ad Imperium Saulis Sacerdotes occidere noluit, 2. Sam. III, 34. add. Grot. I, 4, 7. de Legione Thebæa, quæ constabat sexies mille sexcentis sexaginta ex militibus Christianis omnibus, & malunt decimari, quam sacra Dis falsis facere. add. eundem I, 2, 9. p. m. 36. Male Urias Regi Achazo paruit, extruendo aram Assyriacæ similem, cum qui vis potius perferre debuisset, quam ministerium ad rem illicitam præbere: ut Judæi, qui sub Alexandro Babylone ad Bel templum extruendum materiam aggerere noluerunt. II. Reg. XVI. 11. Laudantur Esseni, quod inter alia jurarent, μὴ βλάψειν τινα ἐξ ἐπιτάγματος: non no-*

De Instrumento, *quod vocant*, meræ exsequutionis.

Argumentum ab exemplo *Abneris*, ex II. Sam. III. 34.

citaros cuiquam, ne si juberentur quidem. add. Grot. II, 26. 4. med.

d) II, 26. 3. & 4. I, 2, 9. n. 11, 12. I, 4, 7. p. 89. Ambrosius de militibus Juliani: Julianus Imperator, quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione Reip. obediebant ei; cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc agnoscebant Imperatorem cœli. Sic & Speculatores legimus ad Christum conversos mori potius elegisse, quam edictis & judiciis in Christianos manum commodarent.

XLVI.

Quid occasio?

Ut omissio imputari queat, agenti necessaria *occasio* est; (a) quam insufficienter tempus actionis opportunum descripsere *Cicero* & *Eustathius:* plenius eam delineaveris, per opportunitatem, sive commodam objecti, loci, temporisque præcipuè, & adjunctarum his circumstantiarum dispositionem, qua moraliter acturus ad eliciendum actum moralem redditur idoneus. (c) Huc pertinet captatio & usus occasionis, quæ posthac calva est. Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν.

a) §. 23. Concl. V.

b) hic quidem ad 1. Nicom. ille Off. 1.

quotuplex occasio?

c) junge Scalig. de Subtilitate Exercit. CCCLXIV. §. 12. & Clariss. Müller. Instit. Eth. I, 3, 33, p. 154. *Occasio est* vel bona, vel mala. Illa *ad bonos*, hæc *ad malos actus ducit, vel tendit. Illa solertiam, hæc cautionem exigit. Porro vel* plena *est vel* minus plena. Plena, *cum moraliter, sive bene sive malè operatur, offertur objectum commodo tempore & opportuno loco, nec ulla ex circumstantiis datur, quæ ipsius actionem impedire ac sufflaminare possit.* Minus *plena, quando vel locus ad agendum non satis commodus est, vel tempus minus vacuum. vel objectum non satis propinquum & obtentu difficile. Est etiam vel* provisa *seu quæsita, vel* improvisa *& casualis. Illa, quæ acturienti data opera ac studio eam quærenti vel ex propria ipsius sagacitate vel ex suggestione aliorum obvenit. e. gr. ut erat illa quæ Absoloni ad ulciscendam injuriam sorori suæ ab Amnone illatam: & ista quæ huic ad vim Thamari inferendam ex suggestione*

stione Jonadabi data. 2. Sam. XIII. per tot. Improvisa quæ homini contra ipsius voluntatem & intentionem nihilque tale cogitanti offertur, veluti, quæ Lotho *obtigit, incestus occasio.*

XLVII.

Patet inde, quod ejus quoque actio recte censeatur voluntaria, qui occasionem præbuit damno alteri illato: (a) aut diligentiam ei præcavendo moraliter possibilem non adhibuit. (b) Namque ex toto noluisse debet, qui imprudentia defenditur. (c)

Quæ imputatio datæ occasionis?

a) *conf.* Pufend. *inf. h. l. I, 1, 18. & I, 6. 9.*

b) *pertinet huc Lex forensis Deut. XXII, 8. ubi causa necis, & sanguinem super domum suam ponere dicitur, qui tectum sepe non cinxit, adeoque caussa fuit lapsus in lethaliter vulnerato. Sic etiam Lex vetat habere scalas fractas, & canes mordaces.*

c) *quæ vetusta apud Senecam Regula est. Unde ille ab homicidio absolvitur, qui non est insidiatus, sed DEUS tradidit illum in manum ejus, Exod. XXI, 13. & Jos. XX, 3. Urbium Receptûs capax pronunciatur, qui alterum* בִּשְׁגָגָה בְּלִי דָעַת *per errorem aut ignorantiam, (Græci reddunt ἀκουσίως) percussit. add. Num. XXXV, 6. de urbibus refugii. Alia ratio est, ex errore quidem qualicunque interficientis, sed qui tamen odio habuerat occisum, hujus enim homicidium præsumitur* spontaneo proximum, *Deuter. XIX. 11. quemadmodum à supplicio absolutus econtra fuit, qui heri & nudius tertius nullum contra occisum habuisse odium comprobabatur. Deut. XIX, 5. Quo argumento* Taurinus Ignatius, Pro Consul Bæticæ *in consultatione ad Hadrianum Imperatorem missa usus, ne homicidium dolo commissum credatur: Adparebat, inquiens, nulla inimicitia, quæ cum Evaristo fuisset. Add.* Jo. Seldenus *de J. N. & G. secundum Discipl. Ebræorum IV, 2. Quo Jure Rabbini Patrem, qui filium, & Magistrum, qui Discipulum verberibus correxit, atque inde forte occidit, ab homicidii reatu absolvant, ipsi viderint. Vide denuo* Seldenum *IV, 2. &* P. Pithœum *Collat. Leg. Mosaic. & Romanar. Tit. I. Sic* Ariarathes *Cappadocum Rex eo quod Melani amni exitum per lasciviam obstruxerat, cum ejus perrumpentis impetu elatus Euphrates rapta*

parte

parte Cappadociæ terræ magna & Galatis & Phrygibus damna intulisset, permissu Romanis judicio talentis trecentis dispendium sarcivit Grot. II, 17. 14.

XLVIII.

Etiam à Consilio imputationem peti, supra monuimus. Distinguit verò Auctor Consilium in generale & speciale, (a) illud qui dat, à petente, si intra terminos manserit, deque re sibi cognita responderit, puniri non potest. Cæterum magna in requisitione consilii circumspectione opus est, ne timidum (solvunt cui classica ventrem) de bello: ne Mercatorem de lucro: ne emtorem de venditione: impium de pietate quæramus. (b) Optimus sibi quisque consiliarius, modo affectibus imperare possit: novit enim omnia quæ ad rem faciunt, neque sibi inimicus est (c) Hinc recte Seneca: Consilium tuum sic apud alios sit, ut abs te auctoritatem accipiat. Sic autem abs te auctoritatem accipiat, ne solus id probare videaris. Temeritas enim in assentiendo pernitiosissima est. Inprimis rogandus DEUS est, ut viam dirigat, nosque sine errore ducat. (d) Cæterum qui consilium dat *speciale*, ei effectus consilii imputari potest. Unde nobile argumentum de pœnis malorum Consiliariorum, qui vocari à nonnullis victimæ Status consueverunt.

Quotuplex Consilium?

Monita *Practica* de petitione Consilii.

Quid victimæ Status?

a) *vid. opus Maj p. 86. sq.*

b) *pulcre ista exposuit Siracides c. XXXVII. 9. seqq. cujus monita eo tendunt, frustra ab iis consilia sumi, qui erga rem, de qua agitur, malè sunt affecti. Sic Architecti, quibus in annos & dies solvuntur mercedes, difficulter id consilium dabunt, quo celeriter absolvi opus possit. Commate 14. add. Ambros. Off. II, 22.*

c) *Sir. d. l. v. 17.*

d) *d. l. v. 19.*

XLIX.

Agit sub finem capitis Auctor de Concursu Causarum.

Pro

Pro captu tyronum heic advertendum eum, duplicem esse. Nimirum *vel in Operatione, vel in Imputatione.* In operatione, quando uterque quidem agentium in agendo concurrit, sed tamen uni tantum actio imputatur, quia moralis aut principalis physica causa extitit, quum alter nonnisi ipsius nomine, ac si loqui ita fas sit, passivè ac instrumentaliter egerit. Qualis est actio Legati suo ritè fungentis officio, quique alieno prorsus nomine agit. In imputatione verò triplex est, I. ut alter principalis causa actionis, patrator minus principalis habeatur: II. ut uterque pari velut passu ambulet: III. ut alter minus principalis, patrator principalis causa sit. Exempla trium classium auctor curatè suppeditavit ultimo capitis primi paragrapho.

quotuplex concursus in operatione?

quotuplex in imputatione?

* *add.* Pufendorf. *de Militibus, infrà II, 16, 13. ibi: alterum uti militis. item de carnifice, qui supplicium exequitur, non suo sed Principis nomine.*

L.

Redigamus vel tandem in Compendium, quæcunque de alienorum, seu eorum, quæ extra agentem sunt, imputatione, certis veluti Classibus Auctor complexus est. *Primus* ordo actionum est ab aliis perpetratarum, quæ eatenus imputari possunt non agenti, quatenus consensu *vel expresso, vel tacito, vel præsumto* obligationem quandam circa eas in se derivavit. *Secunda* Classis est animalium, quorum damna Dominis vel custodibus imputantur. *Tertia* est operationum rerum naturalium inanimatarum, ubi distinctius cogitandum monet nuperus Commentator (a) de Operationibus rerum, quarum causa est Magia explicita; (b) vel implicita seu superstitiosa: (c) item quarum causa est potentia DEI tàm extraordinaria, quàm ordinaria, & per consequens hominibus imputari nequeunt, nisi quatenus

Aliena, quomodo imputentur?

vel probitas vel improbitas illorum eas solicitavit (d) Pertinet huc quoque *de Obligatione ex Somno & Somniis* tractatio; (e) ac Legum de Mundationibus ob ea, quæ in somno contigere, in Mosaica Lege præceptis, ea etiam ratio esse potest, quod immunditiæ istæ vix sine delectatione, sæpe etiam ex diuturnæ conversationis cogitationumque phantasia soleat obrepere. (f)

An obligatio ex iis, quæ in somno contigere, exsurgat?

a) Dn. Weber. *Specim. Annot. ad §. 18. p. 30.*

b) *ubi licet plurimum sit Diaboli ludibrium, recte tamen illarum effectus Diaboli organis, magis videlicet & lamiis, propter pessimum quem habeant, in iis adplicandis conatum imputantur.*

c) *ut in ordalio seu proba per ignem & aquam: item in manifestationibus furti per* cribrum, clavem hæreditariam *similibusque* μαντείας *speciebus, quarum effectus tertiis illis, adversus quas adhibitæ, ne quidem ad faciendum indicium imputantur.*

d) *ut, ex falsa licet persuasione, Domitianus* Tertulliano *teste, si Tiberis adscendit, si cœlum stetit, si terra mota est, si fames, si lues, statim: CHRISTIANOS AD LEONES: clamavit. Confer tamen de Miraculis Act. V, 15. & XIX, 12.*

e) *prostat de Jure circa somnum & somnia Christiani* Thomasii *disputatio, ubi de Contractibus, Juramentis, & delictis dormientium pariter & somniantium nec non noctambulonum agitur.*

f) *Leu. XV, 16. &* Pufendorf. *de O. H. & C. I, 1, 26.*

COL-

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO III.

BREVIARIUM.

***

I. Quodnam principium humanarum Actionum Normativum? Legis necessitas. Ea etiam Juris nomine venire consuevit. Quotuplici sensu Juris vox capiatur? Sumitur *primò* pro Attributo Actionis, sive Justo. Quod *æquatorium* vel *rectorium*. *Secundò* pro Attributo Personæ; quo modo est vel perfectum vel imperfectum. Facultas vel aptitudo. Justitia expletrix & attributrix. Jus internum & externum, & quatenus id personæ competat? *Tertiò* pro Lege capitur. Ubi sciagraphia quoque totius capitis proponitur. II. Quid Lex? III. Lex ut differat à consilio & pacto? IV. Partes Legis perfectæ sunt duæ. Quidque obligatio? & Quotuplex? Ratione originis: Subjecti: efficaciæ: durationis: respectivitatis. V. Quodnam fundamentum obligationis? Insignia Bona & ultroneus Consensus, sive quod eodem recidit, dependentia & subjectio. VI. Usus hujus doctrinæ in Politica, Theologia, & Christianismo universo. Quod postremum ex *Arndio* ostenditur. VII. DEO etiam in Atheos Jus competit. VIII. Essentiale Legis Requisitum est promulgatio. Ea quid sit? IX. Quid Dispensatio? X. Quid æquitas? Illius exempla. XI. Quid sint qualitates Morales? De *Permissione*, an & quomodo sit actus Legis? Ut differant: cooperari ad permissionem mali, & cooperari ad malum ipsum? Bonitas ut differat à Justitia? Quid honestas. XII. Notabilis distinctio inter prohibere & irritum reddere. Inter illicitum & invalidum. Cujus neglectus magnas sæpe tricas difficultatesque peperit. XIII. Diversa Justitiæ universalis acceptio. XIV. Paradoxon Aristotelis: Fieri posse, ut injuste quis agat: non tamen injustus sit. XV. Justitia vel est universalis, vel particularis. Hæc vel commutativa, vel distributiva. XVI. Quid injuria? Ab ea recte distinxit Aristoteles infortunium, docuitque dari aliquid ex utroque velut CONFLATUM. XVII. Genuina Legum Divinarum Divisio. XVIII. An detur peculiare Jus Gentium? XIX. An sit Lex positiva universalis? & quid sit? XX. Proponitur sententia nostra super exceptionibus nuperis Viri Celebris; ac speciatim de Lege circa arborem vetitam ex instituto disquiritur. XXI. Exceptiones de Legibus matrimonialibus examinantur; ac ludicra comparatio incestus in linea recta cum matrimonio senis & juvenculæ diluitur. XXII. Leges forenses Christianorum obligant. XXIII. Earum Usus. XXIV. De Legibus humanis, remissivè. XXV. Quæ Leges subditos obligent? XXVI. *De Collisione Legum*, breviter.

Ad Lib. I. Cap II.

§. I.

Quod principium Actiôis Normativum?

Dictum hactenus de *Constitutivo seu formali*, ut & *effectivo* humanæ actionis principio fuit; pergendum nunc ad tertium est, quod *Regulativum* liceat adpellare. Auctor id *Legem* (a) vocat; cujus necessitatem demonstrat Necessitas ordinis in humano genere, sine quo illud in tanta voluntatum diversitate periturum erat: quod quidem à fine Conditoris prorsus abhorret; * alii Juris vocabulo uti malunt, quoniam id non rarò pro Lege accipitur. (b) Quod quidem commodè hoc monetur, ut primo quæ de varia *Juris* acceptione in hac Philosophia occurrunt, rectius percipiantur; deinceps, ut summam secundi, in quo occupamur, Capitis, pro Homonymiæ istius ratione, distinctius explicemus. Notat autem Jus PRIMÒ *attributum actionis*, & idem quod justum significat, quo de videndus Auctor, præsenti capite §. 13. & à Tyronibus *Jacobus Thomas.* Tab. XXVI. SECUNDÒ *Attributum Personæ*, dicitque qualitatem activam Moralem, competentem personæ, ad aliquid ab altero, quicum in Societate vivit, justè habendum vel agendum. Quod quidem Jus vel *perfectum* dicitur, vel *imperfectum*. Prius Grotio facultas, Jus item *strictum*: posterius aptitudo audit; (c) Istud, ut infra sæpius monebitur, est, cujus vi alterum, qui obligationi suæ non vult satisfacere, cogere possum ad implendum debitum. Hoc verò ita se habet, ut ejus impletio pudori saltim & conscientiæ Debentis relinquatur. Facultatem Grotio respicit *expletrix:* aptitudinem verò *attributrix* justitia; comes earum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, misericordiæ, liberalitatis, & aliarum. (d) Sed & Jus ad personas relatum dividitur in *internum* & *externum*. Hoc dicitur, quod agendi impunitate, & Judiciorum tutela constat. (e) Ubi multa jure fieri & licere dicuntur, quia non omnia ad vivum possunt resecari.

unde Legis *necessitas?*

Cur etiam *Jus* adpellatur?

Quid Jus? I. quid sumtum pro attributo *actionis?*

II. quid pro attributo *personæ?*

quid perfectum, sive strictû? quid imperfectum?

quid Jus externum?

cari. Illud impunitatem testantur
tiæ. (f) TERTIÒ denique notat Leg
cujus Auctor 1. Objectum cum p
II. *Actiones* item ut possibiles §. 8.
III. Formam, quæ non est obliga
sub ratione Regulæ, ut infrà mon
§. 5. V. Requisitum essentiale,
VI. Partes §. 7. VII. Contrari
tionem & injuriam §. 9, 10, & 15.
propriè, refertur æquitas, aliis
tantum abest, ut legi sit contraria
hendatur.) VII. Effectum forma
obligatio §. 3, 5. & quidem ad just
nique Divisionem hoc capite exi

a) dictam Ciceron: *ab eligendo*, quod
probatur Schurtzio Polit. Dissert. P
Legibus, laudatum Grotio ad I. B.
tuend. Offic. 1, 2, 1.
b) *Ante omnes* verò Hugo Grotius
distinguit in Rectorium & Æ
quo inter se vivunt. Illud in
Æquatorium societatem dirigit
Patrum, Civium, Amicorum.
Regis, Regem & subditos, imò
versus posterius hoc exemplum ob
Deum, sæpius Deum inter & bonum
tetæ etiam sanctæ.
c) Grot. de J. B. & P. I, 1. 4. Cheiliu
d) quo styo ac phrasi Grotiana Noster
tributivam distinguamus, eluet lom
sensus evaleſcat. Conf. Dissert. nostr.
e) Grot. III, 7. 7. & III, 13, 1. ut &
sibi ad rem militarem pertinentibus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [122] - [112]
PUBLIC DOMAIN

cari. Illud impunitatem lætitiamq; infert in Foro Conscientiæ. (f) TERTIÒ deniq; notat Legem, ut h. l. & Grot. I, 1, 9. cujus Auctor I. Objectum cum personale §. 4. tum reale: II. *Actiones* item ut possibiles §. 8. earumque qualitates §. 13. III. Formam, quæ non est obligatio, sed vis illa dirigendi sub ratione Regulæ, ut infrà monebimus: IV. Efficientem §. 5. V. Requisitum essentiale, quod est promulgatio §. 6. VI. Partes §. 7. VII. Contraria, mutationem, dispensationem & injuriam §. 9, 10, & 15. (quorsum, tametsi minus propriè, refertur æquitas, aliis Epiikia dicta, quæ tamen tantum abest, ut legi sit contraria, ut sub ea potius comprehendatur.) VII. Effectum formalem ac primarium, qui est obligatio §. 3, 5. & quidem ad justum, §. 12, 13. (g) VIII. denique Divisionem hoc capite eximiè delineavit.

quid internum? III. quid pro Lege?

Analysis Capitis. II.

a) *dictam* Ciceroni *ab eligendo, quod est optimum, quæ derivatio etiam probatur* Scheutlio *Polit. Dissert. VI. p. 291. Confer* Manutium *de Legibus, laudatum Grotio ad J. B. & P. III, 19, 8.*

* Add. *Offic. I, 2, 1.*

b) *Ante omnes verò Hugo Grotius, J. B. & P. I, 1, 3. qui Jus etiam distinguit in* Rectorium & Æquatorium. Hoc *eorum est, qui ex æquo inter se vivunt.* Illud *inter eos, qui regunt, ac reguntur.* Æquatorium *societatem dirigit sine inæqualitate coalitam, ut est Fratrum, Civium, Amicorum.* Rectorium *verò inæqualem, κατ' ἐξοχὴν Aristoteli, ut inter Patrem & liberos, Dominum & servum, Regem & subditos, imò & Deum ac homines. Quidquid adversus posterius hoc exemplum obvertat* Zieglerus, *cui societas, pactum, fœdus Deum inter & homines intercedens toties opponunt* literæ *etiam sanctiores.*

quid Jus æquatorium? quid Rectorium?

c) Grot. *de J. B. & P. I, 1. 4.* Christian. Thomas. *Jurispr. Div. I, 1, 83.*

d) *quo stylo ac* phrasi Grotiana *Noster quoque utitur, II, 14, 12.*

e) *Quanquam si* Aristoteleo modo *Justitiam in commutativam & distributivam distinguamus, alius longè, ac, ut arbitramur, commodior sensus evalescat. Conf.* Dissert. nostram VI. de Jure Pœnarum, *per tot.*

f) Grot. *III, 7. 7. & III, 13, 1. ut & III, 9, 2.* Lactantius: *Cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad Justitiam, ne-*

Usus doctrinæ de Jure interno & externo.

que ad veram virtutem accommodatur illa omnis oratio, sed ad HANC VITAM, moremque civilem. Usus & hujus doctrinæ in materia civili omni, præcipuè de bello. Sic in quæstione: An obsides interfici possint, etiamsi non deliquerint? JCti equidem nonnulli conventiones tales valere ajunt, si moribus firmentur; quod tamen accipi non posse observant alii, nisi Jus sumatur pro sola Impunitate, ut sæpe sumitur: sin verò pro Jure interno, atque ut à peccato immunes sint, qui ex conventione sola vitam adimunt alicui, vereor ne fallantur ipsi, & periculosa auctoritate alios fallant. Grot. III, XI, 18.

Quotuplex Jus sumtum pro facultate?

g) *Quin & altero hoc sensu sumtum Jus, quatenus facultatem notat, (qua quis justè aliquid possidet, habet aut agit, vel saltem* PRÆTENDIT) *apud Scriptores velut genus sub se comprehendere censetur* (1) Jus *in Res, quod est dominium.* (2) *In* personas, *sive Imperium* (3) *In* actiones, *id est,* Libertas. *Et quoniam non semper actu possidemus, quod nostrum est, vel ob injuriam aliorum, nostra possidentium, vel ob infirmitatem ætatis, quam demum egressi ad ipsam rei possessionem idonei evadimus; ideo Jus hoc vel est* ad Rem, *vel* in Re. *Illud est justa, ut vocant, prætensio in aliquam rem, licet illam actu nondum possideamus, sed usus juris nobis vel planè non concedatur, vel suspendatur ad tempus. Jus in re est ipsa actualis, sed & justa rei occupatio & possessio.*

II.

Quid Lex?

Si quid in Doctorum, circa formam definitionemque Legis occurrentium, divortiis, pronunciandum nobis sit, eam commodissimè describi existimamus, *quod Lex, largissimè sumta,* sit *Regula* (a) *actuum Moralium,* (b) *obligans ad id,* quod rectum (c) est.

quod ejus genus?

a) Decretum *alii* appellant, *ut Auctor h. l. & in O. M. I, 6, 4. p. 90. qui tamen ipse in capitis hujus inscriptione vocat Normam, quemadmodum & I, 1, 21. Leges describit, quod sint Regulæ OFFICII. Pulcrè quidem, ac, ut solet nervosè, sed sermo nobis est de Lege in universum, cui magis adæquatum Regulæ nomen est.*

b) *scilicet Moralitate formaliter spectata, cujus naturam proximè exprimit respectus ad Legem.*

c) *quibus verbis supponit* Grotius, *dari aliquod justum & rectum ante nor-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [124] - 114
PUBLIC DOMAIN

normam; adeoque Legem naturæ rectum non facere, sed jam antea existens duntaxat significare. Quod nos de Objectis PER SE Moralibus non possumus non admittere, & ex ipsa Regulæ naturæ ac officio manifestum esse existimamus. Ut non sit, cur ab hac via recedamus, aut reprehensionem eapropter meruerit Grotius, uti quidem visum Nostro de J. N. & G. I, 6. 4.

III.

Differt Lex *cum à consilio*, quo argumentis ex re ipsa petitis ad suscipiendum omittendumque aliquid adducere quis conatur illum, in quem, saltim quantum ad præsens negotium, potestatem non habet, non allata ipsi obligatione: *tum à pacto*, quia hoc inter æquales initur, lex verò à superiori præscribitur inferiori. (a) Quanquam è nuperis vir doctus planè aliter; Minus recte, ait, vulgo dici, consilium non habere vim obligandi; cum obligatio nihil aliud sit, quam inclinatio voluntatis, per metum injectum & suscitatam spem. [b]

Quomodo Lex differat à *Consilio*?

ut à *pacto*?

a) Pufend. *Element. Jurisprud. Univers. L. 1. Definit. XIII. §. 1, 2. p. 249, 250. seq. Obj. At Leges civiles oriuntur ex pacto. Resp. sed* non sunt pactum. *In pacto prius determinatur, quid faciendum sit, quam ad faciendum obligemur.*

b) Chr. Thomasius, *in Fundamentis. Sed facilis erit expeditu res, si, quid obligatio hactenus dicta fuerit, expendatur.*

IV.

Quemadmodum perfectæ Legis duæ sunt Partes: [a] Edictum scilicet, & sanctio: sic eadem, quod à Superiore lata est, humanæ voluntati frænum injicit, non absolutè quidem coactivum aut destructivum Libertatis, attamen *directivum*, & humani animi, de pœnæ merito culpæque imputatione *convictivum*. Dicitur id obligatio, quam effectum Legis formalem supra diximus, alii correlatum (b) Juris adpellant; estque

quot partes Legis?

quid obligatio?

estque Moralis *quædam qualitas* passiva, restrictoria Libertatis, ad dandum aliquid vel faciendum ei, cum quo quis in societate vivit. Quod ipsum cum necessitate, qua adstringimur alicujus rei præstandæ coincidit; ut nempe quis omnino parendum sibi esse, interiore conscientiæ sensu convincatur. (c)

a) *§. 7. c. II. De Lege Naturali, ejusque Sanctione Pœnali confer Auctorem infra II, 12, 4.*

b) *C. Thomas. Jurisprud. Divin. I, 1, 134, p. 39. Aliis vocatur qualitas Moralis* operativa, *qua quis* præstare *aut* admittere, *vel* pati *tenetur aliquid. Quod tertium,* pati, *recte adjecit* Noster *in Elementis, I, 12.*

Quotuplex obligatio? I. Ratione originis, quid connata?

c) *Est autem varia* ratione originis, Subjecti, Efficaciæ, Durationis, Respectivitatis. I. *Ratione* originis *est vel* connata, *quæ cunctis hominibus, eo ipso quod tales sunt, cum ipsa statim nativitate adest, & plene sese exerit, quamprimum per ætatis vim eam intelligere, actionesque suas ad eam temperare possunt. Qualis omnium hominum obligatio est adversus Deum, tanquam supremum hujus universi Dominum: ut & omnium adversus quoslibet homines qua tales, per quam invicem Jus Naturæ usurpare socialemque vitam agere debent. Vel* Adventitia, *quales sunt, quæ jam natis sponte accersuntur, vel imperio superioris aut Lege injunguntur.* II. *Obligatio* ratione Subjecti *est vel* æqualitatis *vel* inæqualitatis. *Hæc est, quæ illum, cui ex ista aliquid à nobis debetur, superiorem nobis constituit, ac potestatem seu imperium aliquod in nos infert. Ut est subjectio, eaque vel* universalis, *qua quilibet homo DEO obsequia præstare tenetur: vel* particularis, *qua certi homines certis hominibus sunt obnoxii, hæcque vel* publica *vel* privata. *Utraque vel* limitata *vel* illimitata. III. Ratione efficaciæ *in* perfectam & imperfectam *dividitur. Illa est, cui in altero, ad quem ea spectat, respondet Jus perfectum, unde illi actio adversus nos in foro datur: hæc est, cui in altero, ad quem ea spectat, Jus duntaxat imperfectum respondet, unde illi adversum nos actio in foro humano non datur. conf. Auct. de O. H. & C. L. I. c. IX. 4. add. II, 14. 14. Tale utriusque exemplum auctor esse ait in Principe & subditis.* IV. Ratione durationis, *est vel* perpetua *vel* temporanea. *Perpetua est, quæ non potest tolli, quamdiu persona, cui inhæret, existit. e. g. obligatio nostra erga Deum. conf. Auctor*

quid adventitia? II. Ratione subjecti. quid obligatio inæqualitatis? III. Ratione efficaciæ, quid perfecta? quid imperfecta? IV. Ratione durationis, quid perpetua?

ter II, 18, 15. Obligatio erga Parentes, quæ tamen cessare videtur, si Parentes prolem abjiciant. Temporanea est, quæ tolli potest, vivis adhuc personis quibus inhæret. V. Ratione respectivitatis *vel est* mutua *vel non* mutua. *conf. omnino Pufend. Elem. Def. XII. p. 116. sq. Non mutua est, quando una persona quidem alteri quid præstare tenetur, ita tamen ut in altero illo, cui quid debetur, nulla insit obligatio isti respondens, & ad æquipollens quid præstandum adstringens. Talis est obligatio hominum erga DEUM. Nulla autem talis datur inter homines, quia naturali inter se æqualitati repugnat, unum obligari alteri, ut hic isti nulla prorsus ratione iterum obligetur.* Mutua *est, cui alia respondet obligatio in illa persona, cui quid ex ista debetur. Est q. vel* imperfectè mutua *vel* perfectè mutua. *adde denno* Pufend. *Def. XII.* §. 6: *p. m.* 123. *sq.*

V.

Undenam verò derivari propriè Jus illud, sive potestas obligationem alteri injungendi, debeat, variè disquiritur. Aliis pro sola (a) potentia & viribus cogendi: aliis (b) pro Naturæ præstantia, aliis pro utroque, ac justis (c) quas vocant caussis, pugnantibus.

Quodnam fundamentum obligationis?

a) *Habet hæc in terminis* Thomas Hobbesius, *de Cive XV, §. 6. Iis, inquiens, quorum potentiæ resisti non potest, Jus dominandi* ab ipsa potentia *derivatur. Et paulò superius: Quodsi quis, ait, cæteros potentia in tantum anteisset, ut resistere ei ne omnes quidem conjunctis viribus potuissent, ratio, quare de Jure sibi à Natura concesso decederet, nulla omnino fuisset. Adde* Leviath. *XXXI. p. 167. Scilicet ut Varro:*

Qui potis plus, urget: pisces ut sæpe minutos
Magnus comest.

Sed recte illi responsum à Nostro est; Diversa esse, quem cogere, & obligare. Illud solis viribus naturalibus posse effici; hoc nequaquam. Nimirum Hobbesio vix literarũ transpositione differunt JUS & VIS. Puf. *J. N. & G. I, 6, 10, p. 98. Interim OBLIGATIO de Jure tales præsupponit caussas, quæ intrinsecè Conscientiam hominis ità afficiant, ut ex propriæ rationis dictamine judicet, non rectè adeoque Non Jure se resistere.*

b) *Pro ista Sententia, post Aristotelicos pugnatum in Belgio fuit, primis fere elapsi Seculi annis, Reformatis contra* Remonstrantes. *Conf. Osiand.* Anti-Turret. *I, 156. 157. Inprimis in Gallia* Moses Amyraldus *fundamentum in eminentia Naturæ quæsivit. Sed pleraque argumenta sufficienter solvit* Pufendorf. *de J. N. & G. I, 4, 11. & notandum inprimis est, nihil aliud è Naturæ præstantia colligi immediatè, quàm ἀξίαν, qua quis ob eam veluti qualitatem Moralem dignus habetur ad juste aliquid habendum vel agendum. Actu tamen ipso Jus & dominium exinde non evincitur. Igitur à dignitate habendi dominium ad actualem Dominii Inexistentiam, N. V. C. Confer. omninò infra II, 14, 14. edit. vet. & aliud est admiratio, è præstantis naturæ cogitatione resultans, aliud ipsa ad subjectionem obligatio. Essemus alias subditi Angelorum.*

c) *Duæ itaque sunt justæ causæ, duo isti fontes vel fundamenta sunt obligationis;* I. Insignia nimirum Bona *in alterum collata, &* II. Consensus ultroneus, *Bonorum nomine non* simplex *intelligitur* beneficium, *quippe quod non aliam fundat obligationem, quam quæ est ex capite gratitudinis, amorem venerationemque postulans: non tamen quæ alterum sub beneficii Imperio constituat. Sed ingens, quod auctor appellat, Bonum, quod quis vel in* Esse *vel in* Conservari *ab alio accepit. Hinc prona origo Imperii Paterni è Generatione, quæ etiam* Grotio *adprobata; non ita congruè ad consensum liberorum aliis primò provocantibus, quippe qui tacitus esse non potest, ubi locus non est expresso. Adde* Grot. *J. B. & P. II, 5, 1. Ex consensu verò Jus in personas quod oritur, aut ex Consociatione venit, aut ex subjectione. Prioris exemplum est in* Societate Nuptiali, *ubi Jus in conjugem competit Marito, non ex naturali sexus præstantia, ceu* Stagiritæ *visum, sed proximè ex consensu,* Grot. *II, 5, 8. Posterioris in* Occupatione *exemplum habemus, Conf.* Pufendorf *infra II, 10, 2. & II, 4, 1. in quam, qui belli aleam subiit, jam in antecessum consensit. Ais: At sine viribus, malum aliquod contranitentibus repræsentandi, nullam fore obligationem. Igitur obligationem oriri ex viribus. Respondeo nullam consequentiæ vim esse. Hoc tantum sequitur, magnum obligationi non agnitæ aut spretæ à viribus robur accedere: non autem eam è viribus oriri, quarum in altero effectus non alius est quàm metus. Cæterum non caret omni effectu Jus à vi destitutum. Igitur bis è fontibus rectè derivatur Imperium omne,*

tam

tàm familiare, quàm civile, ut imperium dividit Grotius *II*, 25. 1. *Solent alii*, verbis quidem diversis, eodem tamen sensu *quod diximus, enunciare. Priorem causſam esſe dependentiam subjecti ab Imperante: Posteriorem autem ultroneam subjectionem. Prior inprimis* dependentiam *dicit* in Esſe. Ex consensu *oriuntur obligationes omnes in pactis & contractibus. Cur enim obligor venditori? p.* 725. *Certe, ex consensu. Vides diffusum hujus Rei usum. Conf. infra I*, 16, 4. *II*, 18, 15. *ibi: Cives esſe desinunt, vel si* consensu *expresſo aut tacito Civitatis discedant. & adde omnino si usum in Theologia desideres, B.* Oſiandr. *Anti-Turret. I*, 158.

VI.

Quis usus hujus doctrinæ de fundamentis obligationis?

Postremæ deductioni, à *causſis videlicet justis*, cùm Auctore adstipulamur, neque nullo, ut confidimus, fructu. In Politicis quidem, ubi de Jure Principum in gentem suo imperio non subjectam disputatur; quale Hispanis in Americanos competiisse hoc argumento probare quidam conati sunt, quod illi istis prudentia ceterisque virtutibus præstantiores fuerint. Quæ collectio quam infirma sit, ex dictis manifestum est. (a) In ipso verò Jure Naturæ quàm varia expediri ex hac observatione queant, indice jam digito ostendimus. De Jure præcipuè DEI in creaturam ejusque origine cum disputatur, illud ex Creatione (b) derivandum primò esſe censemus, idque cum ad (c) analogiam Juris Patrii è generatione resultantis, tùm & ob ea quæ in Scripturis ex ipso Naturali lumine tradita deprehendimus.

a) *Solet in hanc rem laudari* Sebulveda *Hiſpanus, qui contra* Acostam *disputat. Hoc verò argumentum si vim haberet, non Hiſpani tantum, sed & reliqui Europæ populi Jus habuiſſent invadendi American s, prudentia quippe & virtutibus illis superiores. Adde, quod justo DEI judicio Reges quandoque & Principes inepti ac stupidi vitiisque vehementer obruti sunt, quos ob naturæ aut morum vitia exauctorare utique non licet. Vidi, inquit, Præco sapientiæ Rex Solomon, Famulos in equis, & Principes pedites, sicut Servos, Coh. X, 7. Conf. omnino B.* Oſiand. *Anti-Turretin. I*, 158.

 b) *Crea-*

b) *Creatio est* primum fundamentum *seu* vinculum, *obligans creaturam rationalem ad colendum Creatorem. Quod vinculum non solum per se æquum, sed ejus quoque notitia Naturæ humanæ insita est.* Rom. *I, 18, 19 sqq. 32. Vidit hoc* Jo. Hülsemannus *Supplem. Breviarii c. III, §. 1. qui & ipso in Breviario :* Dependentia, *inquit*, hominis à DEO, *ejusque obligatio ad DEUM, primùm cognoscitur è Creatione. Prima enim obligatio hominis oritur ex dependentia à DEO secundum Esse, quod est primum omnium, quæ à DEO accepimus. At secundum Esse homo dependet à DEO per solam creationem. Et cum Paulus Gentes vellet convincere, DEO ipsos esse obligatos, primum argumentum à Creatione petiit, Act. XVII. 24 seqq. Sed aliter visum, post* Gu. Twissum *Doctissimo Amyraldo, qui scripta peculiari de Jure DEI in Creaturas dissertatione ab* ἀπροσκόπῳ *istud derivat, qua Deus munere atq; virtute præ hominibus eminet. Quam in sententiam præter veteres abiit è junioribus quoque* Fr. Turretinus, *tametsi post eminentiam virtutis beneficiorum quoque amplitudinem substernat. Contra vero huic opinioni dixit Arminius, qui primum fundamentum Juris Divini posuit Creationem : Secundum Fœdus inter DEUM & Creaturam : Tertium peccatum & delictum Creaturæ. Eum sequutus est Stephanus Curcellæus, Scriptor, si sectæ placita demas, hoc de argumento egregius. Fuere etiam, qui dixerint, Jus DEI antecedenter se habere ad Creationis beneficium, ex quo tantum existentia Subjecti, in quod jus DEO competat; nec facultatem Juris in DEO esse ex productione, licet exercitium Juris illam prærequirat. Sed salva hoc res est, quia Juri obnoxium esse prærequirit esse. Cæterum etsi ex Creatione hoc Jus primo derivetur, alii tamen fontes non opponuntur, sed subordinantur. Sed & hoc diligenter tenendum, id non ita absolutum illimitatumque esse, ut non temperatum sit Bonitate. Unde, quantum DEUS nobis revelavit, hunc forsan in modum Jus DEI delineaveris : Illud esse Moralem quandam in DEO Facultatem, qua vel ex beneficio vel maleficio Creaturæ de illa statuere possit, quicquid bonitati, sanctitati, & Justitiæ in illo non repugnat. Quod notandum contra Amyraldum, Jus ita absolutum statuentem, ut DEUS Creaturam innocentem possit æternis cruciatibus addicere, nec injustum DEUM fuisse, si incontinenti, ex quo condidit Creaturam, peut abysmé dans l'enfer, in abyssum inferni detrusisset. Exegit hoc argumentum, pro*

eo,

eo, quo pollebat, acumine Jo Adamus Osiander, *in Observ. ad Turretinum, P. I. p. 159. 170. & ad* Grotium *pag. 99, 100.*

c) *Priùs largitur Scriptor novitius, posterius negat, quia Pater non sit auctor filii. Verum, ut quis auctor sit rei, necesse esse ut sine alia causa producat. Sic nemo auctor ullius rei erit, quia nihil sine alia caussa producitur. Cæterum de Obligatione Hominis adversus DEUM, hoc ipso è fundamento egit, ut usum simul doctrinæ videamus, à πάνυ* Arndius de Vet. Christianismo *Lib. IV. Parte 2. c. 7. sub fin. & c. 8. per tot. Rursus L. IV. P. 2. c. 2. sub finem omninò c. XII. med. it. XIV. omnino &* vom natürlichen Recht und *Obligation, L. IV. Part. 2. c. 12. p. 917. & p. 920.* Es ist eine natürliche Verpflichtung zwischen dem Geben und Nehmen ꝛc. *ac DEO, ut observat ex capite obligationis debetur primus Amor, L. IV. P. II. c. 30.*

Adolicatio doctrinæ universalis ad Christianismū.

VII.

Patet inde, Jus etiam DEO in Atheos competere; (a) qui tametsi longissimè infra Bestiarum conditionem seipsos abjiciant, naturam tamen retinent humanam, cui (b) congenita adversus Conditorem obligatio est, quæque absque divino Imperio ne quidem cogitari potest. Imò, nec opus est, ut actu semper vires habeat imperans, subjectos ad obsequium cogendi; Sufficit, si *jure eas* adhibere, obsequiumque postulare possit. Quæ etiam ratio est, cur à subditis rebellibus perfidisque desertus, obsequium tamen Jure expoſcat. (c)

An DEUS habeat Jus in Atheos?

a) *quod contra* Hobbesium *observant, qui Atheos sub Imperio DEI esse negat*, quia nec præcepta ejus agnoscant, nec minas metuant, neque eum esse credant. *Verba ejus habes* in de Cive *XV. p. 257. Sed vel de facultate loquitur, quod Athei agnoscere DEUM nequeant, vel de voluntate, quod nolint. Priùs falsissimum est, & communi hominum de DEO notitiæ repugnat, quem omnia moderantem & regentem* prehendere pene potest homo: *quæ verba sunt aurea* Ciceronis *de Legibus L. I, p. 279. edit. Camerar. Si posterius intendit, quam inepta quæso collectio est? Athei divinum non agnoscunt imperium. E. DEO nullum in eos competit. Propterea ne imperio excidet Rex in subditos, quod rebelles sint? Minimè verò omnium. Nec sequitur:*

tur: Atheos non consentire in Imperium DEI, E. nullum DEI esse in eos imperium Quia etiam Imperium absque expresso consensu oriri diximus, & ex patria potestate manifestum est. Quanquam & Athei præcepta divina satis agnoscere videntur, quod eorum in animis vim sentiunt, iisque aliquando obsequium præstent. Conf. Jo. Georg. Primius, vir Clariss. Dissertatione singulari de Jure DEI in Atheos *Artic. IX.*

b) *conf.* Pufendorf. *de J. N. & G. III, 4, 4. ubi* (α) *docet Atheos non propriè Hostes DEI, sed Rebelles esse.* (β) *Distinguit inter obligationem merè naturalem, merè civilem & mixtam.*

c) *faciunt hæc ad limitanda verba auctoris ultima, I, 2, 5.*

VIII.

Quid promulgatio?

Essentiale quoddam Legis Requisitum est Promulgatio (a) quæ dicit intimationem voluntatis ex parte superioris factam adversus subditos; eamque vel ideo necessariam, quod Lex dicit regulam agendi, quæ ignota ei non esse debet, qui secundum eam operari jubetur. (b)

a) *Placet inprimis* Thomæ *ratio: Lex, inquientis, est regula quædam humanarum operationum; At regula nisi applicetur ad mensurandum, vana est & inutilis. Applicatur autem per Promulgationem. Quanquam distinguendum sit inter promulgationem & acceptationem. Illa de complemento Legis est, hæc non item.*

b) *perinde tamen est sive scripto sive alia ratione promulgetur.* Cantilenarum *olim nomine veniisse Leges auctor Aristoteles est; confer,* Scheurl. *Dissert. Polit. VI, 20. p. 294.*

IX.

Quid Dispensatio?

Dispensatio est Exemptio Inferioris à Lege * illiusque obligatione ad ipsum alias pertinente, salva interim in reliquis manente Legis auctoritate; facta ab eo qui Legem tulit. Exemplum (luculentum, & quod in vexata quæstione usum haud spernendum præbet,) à *Polygamia PP.* desumunt præstantissimi quidam Theologi, circa quam, quia Legi divinæ (non naturali, sed) *Positivæ* repugnarit, DEUM ajunt dispensasse. (a)

Quo

Quo pacto ſolvi exiſtimant, nodum, quem Vir inſignis & modeſtiſſimus dixit indiſſolubilem. (b)

* *Sicut nimirum LLator (humanus inprimis,) circa poſitiva objecta totam Legem tollere poteſt: ita & vinculum ejus circa perſonam aut factum ſingulare, manente de cætero Lege.* Grotius *rotunde de J. B. & P. II, 20, 24. & 27. DISPENSARE eſt LEGE SOLVERE. Alias Diſpenſationes audiunt vulnera Legum, & repetitæ Legum auctoritatem convellunt, ac invidiæ atque indignationi inter ſubjectos anſam præbent. Confer infra II, XI, 5, & 6.*

a) *D.* Scherzerus, *Breviar. Hilſem. enucl. p. 1669, 1671. in Conjugiis pariter primorum Fratrum & Sororum divinam diſpenſationem docet interceſſiſſe. Adde laudatum ab eodem B. Oſiandrum noſtrum, ad* Grotium Obſervat. *p. 751. qui multis probat, Polygamiam non eſſe contra Jus Naturæ. Aliud „inquiens, eſt, eſſe Juris Naturæ, aliud congruum eſſe illi. Unius maris & fœminæ conjugium non eſt Juris naturæ, licet congruum illi eſſe dicamus, & præferendum Polygamiæ. Paria videas in* Typo Legis Naturæ *pag. 210. Apud Pontificios frequentiſſima ſunt* diſpenſationum, *in matrimoniis, cibis &c. exempla quibus locupletari ajunt crumenas Clericorum.*

b) *Bœcler. Commentat. ad Grot. II, 5. p. 162. Urgent alii Tolerantiam, & permiſſionem Phyſicam facti, non ethicam & juris. Sed credibile non eſt, ſanctiſſimos Viros in perpetuo contra Jus Naturæ peccato vixiſſe.*

X.

Æquum, * Græcis τὸ ἐπιεικὲς, non tam correctio eſt ipſius Legis, quàm *opinionis*, quæ è Lege minus dextrè intellecta oriri potuit, *emendatio*; ** cujus ratio in Reſtrictivæ, quam vocant, *Interpretationis Legibus* fundata, & à Noſtro ſufficienter explicata eſt (a) Alii *Juris attemperationem* adpellant, ſive ejusdem ex Naturali æquitate interpretationem. Oppoſitum ejus eſt τὸ ἀκριβοδίκαιον (b) & Sycophantia (c)

* *à Diſpenſatione omnino diſtinguendum; quis enim non videt aliud eſſe quem Lege ſolvere, aliud docere, caſum ſub Lege non comprehendi? Grot. II, 20, 27.*

** *Exemplum videatur* L. I. Maccab. c. II. *v. 34. ſq. & v. 41. ubi agnoſcunt Judæi, licitum eſſe die Sabbathi vitam defendere. &* Matth. *XII. 12. & verſ. 3, 4, 5, 12. Sic ex æquitate fluit, quod uſuræ non capiendæ ſunt à panperibus,* Pufend. *infra I, 15. 11. ac* Eſthera *quoque*

Exempla æquitatis.

que in summo necessitatis casu ad Regem se ingressuram contra LEGEM pollicita est. Esth. IV. 16. Sunt enim quædam tam violentæ ἐλλείψεις, ut in iis Legem servare velle, sit in Leges præcipuas peccare. L. Scipio cum ad necessarium Reipubl. usum pecuniam ex ærario promi opus esset, idque quæstores, quia Lex obstare videretur, aperire non auderent, privatus claves popposcit, patefactoque ærario Legem utilitati cedere coegit. Val. Max. III, 7, 1. Sic & Lacedæmonios, cum ad Pylum captos infamiæ eximerent, dixisse ait Appianus: Κειμένων οἱ νόμοι τιμέων. Cæterum apud quosdam æquitas non solum notat dextram Legum interpretationem, ut h. l. sed rigidi Juris mitigationem ex dictato virtutum humanitatis, caritatis, misericordiæ & similium. Pufendorf. de J. N. & G. V. 13, 5. Sunt etiam qui æquitatem ab Interpretatione distinguant; quia illa sit dictamen Juris naturalis, Leges positivas aut promulgatas rectè explicare præcipiens: hæc autem actus mentis, Legem ritè interpretantis & restringentis, qui æquitate dirigitur.

a) *L. I. c. ult. §. 11, 12. & exempla apud eundem in Jure necessitatis prostant, de O. H. & C. L. I. 5, 18, p. 79 80. Addi potest à Tyrone Dürrius, Instit. Ethic. III. Sect. II. c. XII. §. 17. Eth. Paradigm. p. 444, 445. sq.*

b) *Thomas. Tab. XXV. sub fin. exemplum de Manlio Torquato notum est.*

c) *Triste ejus exemplum de Patria sua, Silesia, allegasse meminit Valentinum Alberti, Theologum & Philosophum Lipsiensem. Pollicitus erat Imperator in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecicæ, Art. V. §. 13. Se illis qui in Silesia ad Cameram Regiam immediatè spectant, & Aug. Conf. addicti sunt, Ecclesias post confectam pacem quamprimum id postulaverint concessurum: Quia verò nulla in Instrumento Scholarum, turrium, campanarum & similium ad publicum cultum necessariarum rerum mentio facta expressè fuerant, ideo non has modo, & istas, sed & illas prohiberi. Quasi scilicet ad religionis exercitium non pertineant Scholæ, quæ sunt Ecclesiæ Seminaria; & pro tenellis præcipue, magnam Ecclesiæ partem constituentibus, adornandæ. Sed debet ista Interpretatio non Summæ Potestati, verum Clero inprimis Papali ortum suum, artibus hisce, ut ægrè Veritati faciat, adsueto.*

XI.

XI.

Ut *Entia Moralia* concipiuntur per *modum Subſtantiarum Analogice talium*; (a) ita de Actionibus humanis non certæ modo *quantitates*, (b) ſed & *qualitates* (c) prædicantur; uti ſunt: *neceſſitas*: (d) *Licentia*: (e) *Permiſſio*: (f) *Bonitas* (g) & *pravitas*: *honeſtas* (h) & *turpitudo*: *juſtitia* & *injuſtitia*. Meritum item: quod eſt *qualitas moralis æſtimativa* in hominem ex actione indebita reſultans, ſecundum quam illi debetur bonum æquipollens ab eo, in cujus gratiam actio fuit ſuſcepta. Ac denique Demeritum, quod eſt qualitas *moralis æſtimativa*, ex actione mala in hominem reſultans, qua tenetur penſare damnum alteri iſta datum. (i) Cæterum poſſet actio ab objectis, à perſonis, à munere, imo infinities diſtingui. Ut, actio publica, privata (k). Illa quæ velut ex officio; hæc quæ ab homine ut privato ſuſcipitur.

Quid qualitates Morales?

Speciatim, quid meritum?

quid demeritum?

a) *conf. Exercit. II. §. 6. & eo adnotata.*

b) *quæ nomine carent; Cæterum ſunt quantitates Morales & in rebus, adpellatæ pretium. infra L. I, c. XIV. &* in perſonis *h. e. exiſtimatio, L. II, c. XIV. per tot.*

quæ quantitates Morales?

c) *de quibus videndus ex profeſſo* Noſter, *de J. N. & G. L. I, cap. VII. §. 1. ſqq. Qualitates*, inquit Cicero, *acad. quæſt. L. I. c. 7. adpellavi: quas ποιότητας Græci vocant: quod ipſum, apud Græcos, non eſt vulgi verbum, ſed Philoſophorum, atque id in multis. Alias hæ qualitates dicuntur* modi denominativi: *item* competentiæ, *quæ ſpectantur vel* ratione ſubjecti, *à quo actio procedit, unde eadem neceſſaria licita, bona: vel* ratione objecti, *in quo terminatur, unde juſta. Quantitates autem dicuntur affectiones æſtimativæ ſive determinativæ. add. Pufend. Elem. L. I. defin. XV. p. 292. ſeq.*

d) *Neceſſaria actio dicitur, quam ex Lege Superioris facere teneor: verbo; quæ ex vinculo obligationis neceſſitante ſuſcipienda eſt. conf. ſupra §. 3. cui non vetita ſolùm opponitur, ſed etiam licita, quam vel ſuſcipere vel omittere arbitrio meo eſt relictum.*

quid actio neceſſaria?

e) *diſtinguere Auctor §. 11. jubet inter* licita perfectè ſive plenè & *imperfectè ſive minus plenè. Illa dicuntur, quæ neque divina, nec humana*

quid licita? & quotuplex?

mana lege vetita sunt; hæc verò in quæ quia, inprimis in vita civili omnia ad vivum resecare non licet, conf. infra I, 5, 13. I, 15, 4. II, 7, 2 & II, 13 11. pœna quidem fori humani non est constituta, etsi per se honestati repugnent; *suo interim cuiusque pudori commissa. Ut apud populos quosdam scortari licet. Quæ acceptio vocis licere est minus propria, ut Cicero notat Tusculanarum quinta: etsi inquiens, peccare nemini licet: sed sermonis errore labimur. Ita legibus dicuntur* OMNIA LICERE, *quia sunt ἀνυπεύθυνοι, exempti à pœnis humanis. add. omnino* Grot. J. B. & P. III, 10, 1. *Nonnunquam & licere aliquid dicitur, quod rectum ex omni parte plusque est, etiamsi forte aliquid fieri possit laudabiliter. Quale est illud Pauli:* Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, *1. Cor. VI, 17. Sic licet matrimonium contrahere (omnimoda licentiâ) laudabilior tamen eidem Apostolo est cœlebs cum pio, divinitusque dato proposito castitas. Usum hæc etiam habent in vetusto illo: Adversus Hostem omnia licent; non quod Licentia actum ab omni culpa liberet: sed quod importet Impunitatem. Titus Judæorum pueros & feminas in spectaculo feris laniandas proposuit; qui tamen ingenio minimè sævo fuisse creditur: adeo nimirum sævitia in morem verterat. Grot. III, 4, 9, & 19 qui locus Commentarii vicem hoc sustinebit.*

Quid Lex permittens? & An agat?

f) *de hac extat Regula inferius L. I. c. XVII. §. 11, n. 1. & considerari vult Cicero 2. de Invent.* utra Lex jubeat aliquid, utra permittat? *Nam id quod imperatur, necessarium: illud quod permittitur, voluntarium est. An* Lex permittendo agat? *Numque adeo Permissio sit effectus Legis disputari video. Quæstio* non est de Libertate, *quam permissionem aliquando vocant, ubi nihil à quoquam alteri præcipitur aut vetatur: quo sensu multa à summis potestatibus pace belloque fieri dicuntur: nec de permissione negativa, aut nudifacti, quorsum proditiones, inter Gentes belli tempore exerceri solitæ referuntur: sed de tali permissione, quæ à* LEGE *exprimente vigorem veluti quendam nanciscividetur. Hanc non pro omnimodâ actionis, ex parte Legis, negatione habendam autumat D.* Zentgravius; *quod Lex ipsa Permissione, vi Potestatis sibi competentis,* positivè *declaret Summus Imperans, quantum in subditi arbitrio velit relinqui, ita quidem ut à nemine cogi possit ad id vel suscipiendum vel omittendum. Summ. Juris Divini 6. p. 260. Quo utique sensu Lex agat tribuendo Facultatem agendi, II. etiam* Morale impedimentum *removendo. Imo, in*

plenâ

plenâ, *quam vocant, permissione. III.* Jus dando omnino licitè operandi: *in* minus plena *vero,* immunitatem à pœna & quavis agendi remora *concedendo. Ad quam posteriorem permissionis speciem pertinet permissio eorum, quæ* invaluere, *& vetus ulcera tangi non possunt malorum. Addunt alii IV.* agere etiam obligando, *non eum quidem cui permittit, sed* TERTIUM *ne impediat. Confer tamen* Pufend. *de J. N. & G. I, 6. 15. & VIII, 3. 13. ac* Gulielm Grotius *Enchirid. de Principiis Juris Naturæ c. II §. X. Quod utique agere est. Quidquid tamen hujus sit; manet Permissio Actus, si non Legis formalis, attamen* Legislatori proprius, *& si plena sit, securum præstat in Conscientia; minus plena vero non significat,* FACERE MALUM, UT EVENIAT BONUM. *Aliud etiam est cooperari ad permissionem mali, aliud cooperari ad malum ipsum. Certè impedire majus malum præstat & minus permittere, quando utrumque impediri nequit. Ut si quispiam Saturno filium aut bovem immolare velit, non suadebo quidem, ut bove litet, filium tamen abscondam, ut pecudis potiùs, quam humanus sanguis detur. Adde D.* Scherzer. *Systema Loc. XXVI. §. 13. Singularis fuit apud Ægyptios Lex, è furaci gentis ingenio, quale est hodiernorum Arabum, nata: quod cum coerceri non posset, ne nimis noxium foret societati, cautum Lege est. Jussit, nimirum Lex referente libro I* Diodoro, *eos, qui volunt hanc artem habere, nomen profiteri apud Præfectum furum, & è vestigio furtum ad eum referre. Eos verò, qui amiserunt, similiter scribere, quæcumque amissa fuerunt, additis loco, die & hora, qua perierunt. Hoc modo cunctis facile repertis necesse erat eum qui amiserat, soluta quarta parte pretii sui sola habere*

De electione vel *permissione* mali minoris.

g) *bonitas, considerata formaliter. Caterum actio materialiter bona, ob intentionem malam sit mala; aut si alia è circumstantiis à Lege discrepet. Unde ut bona sit, necessum est, ut ex omni parte cum Lege congruat.* Pufend. *de J. N. & G. I. 7, 4, p. 117. Et graviter monuit* Jacobus Thomasius, *Tab. III, lin. 36. Bonum Morale, inquiens, bonitatem habet in voluntate operantis. Conf. supra Exerc II §. 25. & practicem admonitionem Auctoris, I, 8, 2, 135. Ipsa verò bonitatis à justitia differentia in eo consistit, quod sola respectum ad Objectum vel Legem, tanquam Normam, hæc simul ad personam involvit, Auct. h. l. §. 13. Caterum gradus admittit bonitas. Datur e. g. actio bona, si in Domino fiat, & cum ejus timore, ut: secundas contrahere*

quid bonitas?

De ea Regulæ.

ut differat à Justitia?

ptias, 1. Cor. VII, 39. Melior tamen esse potest, si omittantur. Beatiorem dicit viduam Apostolus, quia DEO liberius expeditiusque serviat, Conf. 1. Cor. VII. 40. ubi addit per Μακαριον: Puto quod & ego habeam Spiritum DEI. Minus dicent, plus tamen volens intelligi.

quid honestas?

h) *honestas*), Eam decorum, generalius accepta voce, adpellarunt Stoici. Sic ex eorum mente Cicero Officiorum primo; Quod decet, inquiens, honestum est, & quod honestum est decet. Seneca honestatem in animo & actionibus inde prodeuntibus PULCHRITUDINEM dixit. Hæc verò in partium corporis eleganti ordine, harmonia consensuque cernitur. Unde quos alii de Officiis libros inscripserunt, Nicolaus Damascenus, eodem de argumento conditos De interiori pulchritudine insignivit. Simplicius ad Epictet. XXXVII. p. m. 130. edit. Wolph. & Rachel. Proleg. ad Cicer. de Off. §. 46. sqq. Normam honesti Cicero constituit Excellentiam & dignitatem Naturæ humanæ, & finem illum nobilissimum, propter quem videmur à DEO in hujus Universi possessionem immissi; ita ut quidquid cum illa Excellentiæ & finis Nobilitate, in actionibus, affectibus & consiliis nostris consentiat, illud omne honestum; quidquid ab iis dissentiat, Turpe sit habendum.

Norma honesti ex disciplina Ciceronis,

i) Pufend. Elem. Jurisprud. Univ. defin. XXI. p. 335. & 338.

k) Vide saltim, & applica Libri II. c. XVIII. in Auctore.

XII.

An omne illicitum sit invalidum?

Tandem in genere ad doctrinam de Lege observandum est: diversa esse. Prohibere & irritum quid facere. (a) Nam prohibitio vim suam exserere potest per pœnam vel expressam vel arbitrariam; quod genus Leges imperfectas vocat Ulpianus, quæ fieri quid vetant, sed factum non rescindunt. Inde nata distinctio, non omne illicitum esse etiam irritum aut invalidum. Nec omnia quæ Juri naturæ repugnant, irrita fiunt jure naturæ, quod exemplo prodigæ donationis Grotius probat. (b) Et sæpe incommoda, quæ rescissionem sequuntur majora sunt, quam ipsa indecentia aut incommodum actus ipsius. Sic in *Concilio Aurelianensi* III. sub *Childeberto Rege* (c) Canone X. statutum: De incertis conjunctionibus ita quæ sunt

sunt statuta serventur, ut his, qui aut modo ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione in notitiam antea non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credidimus consulendum, ut *contracta* hucusque hujusmodi conjugia non solvantur. Ob Polygamiam equidem luculenta est constitutio Innocentii Pontif. c. 8. de divort. Interim nonulli malunt Mahumedanis aut Paganis ad christiana sacra conversis matrimonium cum pluribus Uxoribus SUSTINERI: *partim*, quia uxor tutela mariti, ad quam supplex confugerat, destituta, & forte non invento alio Marito à spe nuptiarum dejecta ad vagos concubitus facile delabi possit: partim respectu communium liberorum, qui per hoc injuriam afficiantur: *partim* denique quod ita multi à professione christianæ Religionis absterreantur. Quæ tamen rationes nobis non faciunt satis. Obstat Regula: Mala non esse facienda, ut eveniant Bona. Ac maluerunt Christiani veteres Infideliū ad Ecclesiam accessum declinare, quam Polygamiam indulgere. Etsi in genere non negemus tolerari quædam posse, quæ ab initio non permitterentur. Legi meretur *Dunte* c. XIX. Cas. Consc. Sect. I. quæst. 41. *Brochmand.* Loc. Theol. cap. IV. qu. 6. & ὁ πάνυ *Gerhardus* de Conf. §. 226. (f) utramque in partem, pluribus tamen pro *ajente* rationibus disputans. E nuperis *Celeberrimus Hertius* de Matrimonio Putativo, §. 46. p. 405. sq. Tomo I. Opusculorum.

a) *Adeoque differunt* Rectum & Ratum. *Nec omne illicitum est invalidum. Sic Lex humana* prohibere *potest quosdam matrimonii modos inter certas personas: Si tamen reipsa matrimonium sit contractum,* non rescinditur. *Grot. II, 5, 16. & in annotatis ad §. 15. Tertullianus de Conjugio cum infideli agens, ait Dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disjungi.*

b) *II, 5. 12. inst. & in annotatis ad §. XVI. omnino.*

c) *A. 538. Tom. I. Concil. Gall.* Sirmondi *p. 251.*

XIII.

Quid Justitia universalis? & quotuplicitèr capiatur?

Præclara jam olim fuit, utilisque omnino censeri debet de *Justitia Universali* disquisitio; * quam qui rectè imbibit, eximiam de *Connexione Virtutum* doctrinam ignorare non potest. Quo sensu Cicero inter omnes Philosophos constare, à seque ipso sæpe disputatum esse dixit, qui unam habet, omnes habere virtutes. (a) Cæterum repetendum heic est, Justitiam duplici modo considerari: vel ut denominat personam, vel ut actionem. Ab illa non meretur titulum justi, nisi qui constantem habuerit voluntatem cuique tribuendi, quod ipsi debetur: ab hac etiam unica & solitaria actio, rectè ad objectum adplicata justa vocatur. (b)

* *Ea variè definitur. Nuper cum Auctore descripsit Cl. Omeis §. XIV. quod sit exercitium cujuscunque officii erga alios, tum ejus, quod Jure imperfecto, tum illius quod Jure perfecto alteri debetur.* Epitome Jurisprud. *Univ. c. V. §. 5. p. 280.* & *sic* Jac. Thomasius. *D.* Rechenbergius *aliter: Justitia, inquit, Universalis dicitur, quando officium alteri exhibetur quod Jure perfecto, aut intentata in foro actione exigere non poterat; ut si quis consilio, re, opera egenti subvenit. Lin. Phil. Civ § 1. c. X. §. 7. p. 74. Quo cum facit etiam Buddeus, qui eam charitatem, itemque Legem Charitatis adpellat. D. II. c. IV. §. 7. p. 242. Res facile æstimatur ex usu vocabuli, ac sumitur Justitia universalis vel sensu Ethico: vel stricti re & Jure Naturali recepto. Illo omnes complectitur virtutes; hoc eas solum, quæ jure minus perfecto exerceri erga alium debent.*

Dissensus in definitionibus dirimitur.

a) *Off. II, 10, init. Quo referendum est, quidquid de quatuor virtutibus cardinalibus, quarum ordinem sequutus Tullius Officia scripsit, commentati sunt Stoici. Sunt illæ Prudentia, Fortitudo, Temperantia, Justitia. Quæ quatuor inter se colligata atque implicata dixit Tullius Off. I, 5. Addant Tyrones* Jac. Thomasii *Philos. Mor. Tab. XXIX. lin. 39, 40. sq. è quibus erui facile non contemnenda ad expositionem doctrinæ tam utilis possint; & Tab. XXIV. per totam. Duo verò dicit Justitia Universalis: ut Justitia, relationem unius hominis ad alios: ut universalis, relationem Totius ad Partes.*

De quatuor virtutibus Cardinalibus,

b) Pufend. *Elem. J. P. Univ. Lib. I. defin. XVII. p. 299.*

XIV.

XIV.

Paradoxon est Aristotelis, Fieri posse ut quis injustè * quidem agat, non tamen statim injustus sit; quod & adprobatum ab Auctore (a) videtur; justi hominis, inquiente, non paucæ actiones possunt esse injustæ. Paradoxon *Aristoteleum* de Justitia *Nicom. V, 10.*

* *Varias* justi & injusti *acceptiones in praxi declaravit* Grotius *I. B. & P. II, 23, 13. & II, 26, 14. Iis, qui* injustum *quidem aliquid faciunt, non autem* injustè, *annumerat Aristoteles famulum Domini Imperantis; injustè autem eum ait agere, à quo actionis principium est; nimirum quia in famulo vis deliberatrix plena non est, ut indicat Proverbium: Dimidia virtute caret servire coactus.*

a) *addit Aristoteles: ne furem quidem dicendum esse, qui furatus est neque adulterum, etiamsi adulterium commiserit. Et pro hac quidem sententia, mirum videri poterat, tantis animis pugnare elegantis Virum doctrinæ* Jo. Contadum Dürrium, *Institit. Etb. P. III. Sect. I, c. XI, §. 69, 70, 71. p. 250, 251. Quæ tamen aliis vehementer displicet. Nam, inquiunt, si peccator est, qui peccat: Igitur injustus est, qui injustè agit. Sed non opus altercatione. Injustus nimirum est* actualiter: *non est injustus* habitualiter. *Poterit ergo fur dici, qui semel furatus est; homicida, qui unum hominem interfecit. Imò enim, qui semel adulterium furtumve commisit, pro fure aut adulterio haberi, pœnas eidem in Foro quoque humano destinata luculenter ostendit.* Lis decidi-tur.

XV.

Ad universalem Justitiam referuntur officia, quæ quis intentata in foro actione aut Jure Perfecto exigere non potest. (a) Particularis verò mediocritatem sive æqualitatem (b) servat in bonorum externorum distributione aut commutatione Jure stricto debita. Quam ex duplici isto actu (c) Aristoteles in Distributivam & Commutativam dispescuit. In Illa ajunt observari *Proportionem Geometricam:* in hac *Arithmeticam* quos quidem terminos è matheſi ad se desumptos esse non diffitetur Aristoteles, eosdemque accuratè exponit, & applicat. Posterior in *directivam* seu *commutativam* presse dictam. Quid Justitia Particularis? quid Distributiva quid Commutativa?

quid Justitia directiva & correctiva?

dictam, & *correctivam* sive *retributivam* subdividitur, quorsum etiam pertinet irrogatio pœnarum.

a) *exempla vides apud* Rechenberg. *Lineam. I, 10, 7. p. 74. quorsum & Pufendorfius assignationem Legatorum refert. O. M. I, 7, 9, 124. vide etiam supra Exerc. præsenti §. 1. de Jure perfecto.*

b) *conf.* Aristot. *Nicom. V, 3, 1, τὸ δίκαιον ἴσον; & ibid. n. 1, & 7. sub fin. τὸ δίκαιον μέσον. & c. IV. § 3. Διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν. Inde vocari Justitiam, quod ad æqualitatem utrumq; reducit.*

c) *variorum eapropter explicationibus censurisque exceptus. Grotii inprimis I, 1, 8. sed tutissimum, opinor, fuerit, rem ipsam tueri, dimissis alio de vocabulorum usu litigationibus; unde nec Pufendorfius à Distributivæ & Commutativæ Justitiæ vocibus abstinuit, de J. N. & G. I, 7, 9, 10. Rem omnem exhausimus in Tractatione Synoptica de Jure Pœnarum, Dissertatione sexta.*

XVI.

Quid injuria?

Ad injuriam propriè dictam requiritur in lædente proæresis: in læso invitum: in læsione, violatio Juris Perfecti. (a)

quid infortunium?

Recte autem Aristoteles distinxit inter ἀτύχημα & ἀδίκημα *infortunium* & *injuriam:* docuitque inter plenam injuriam & merum infortunium sæpe aliquid intercedere, quod ex utroque quasi conflatum sit, ita ut actio neque merè scientis, & volentis, neque merè aut ignorantis aut inviti dici possit. Idem huic generi nomen posuit ἁμάρτημα! Latinè culpam aliquam liceat dicere. (b) Discrimina hæc eximie aptavit *Themistius* in laudibus Valentis Imperatoris: Distinxisti, inquiens, inter injuriam, & culpam & infortunium. Quanquam enim nec Platonis verba edisces, nec Aristotelem tractas, ἀλλὰ παῖε ἐκείνοις δικαίως τοῖς ἔργοις βεβαίοις, Ipsorum tamen placita facto exsequeris. (c)

a) *J. Thomas. Tab. XXVI. lin. 35. sq. qui eam definit læsionem, quam volens invito contra Jus infert. Trita divisio est in Verbalem & Realem. c. D.* Majer, *nostras ad Instit. IV, 4, 898. pront forma consistit in facto vel dicto injurioso, qualia l. c. p. 300. recensentur. Recta*

ratio

ratio tamen suadet, non omnia ad rigorem excipere, sed contumeliam placido tranquilloque animo dissimulare, quod cordatæ robustæque prudentiæ est, *& varia mentis disturbia amolitur. Patet verò è requisitis, injuriam etiam illi posse fieri, quo cum quis non est pactus, secus atque sentit Hobbesius, ab Auctore castigatus de J. N. & G. 1, 7, 13, 128.*

b) *Locum ex Aristotelis Moralium libro quinto, capite decimo transtulit* Grotius *de J. B. & P. III, XI, 4. qui videndus omnino. add.* Cicero *Offic. primo. Sed in omni injustitia permultum interest,* utrum perturbatione aliqua animi, *quæ plerumque brevis est, & ad tempus, an* consulto & cogitato *fiat injuria. Leviora enim sunt, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata.*

c) *Grot. III, XI, 4. in fin.*

XVII.

Quotuplex sit Lex?

Dividi Lex, habito ad Auctorem respectu, potest in Divinam & Humanã. Illa vel *Naturalis* est * vel *Positiva.* Naturalis est vel *relata ad Societatem communem omnium hominum,* (a) vel naturalis *strictè sic dicta,* seu quæ ad singulos spectat. Hæc (*Positiva*) vel *universalis* est, vel *particularis.* hæc iterum vel *ceremonialis* vel *forensis.* ubi mirandum non est *Moralem* non enumerari, quum (b) ea latior sit, & partim sub se Naturalem, partim Positivam complectatur, cujus rei Specimina sunt in incomparabili Legum divinarum Compendio, quod *Decalogus* adpellatur.

An Lex naturalis sit lex propriè dicta?

* *Disputant, an Lex in rigore dicta? Fatetur Vir insignis, hactenus quidem Legem divinam naturalem pro Lege propriè dicta ab se haberi tam; cum tamen, re accuratius expensa, non nisi pro Lege laxius & impropriè adpellanda agnoscere possit. Sed* redibit res ad litem de voce Legis. *Conf. omnino eam decisam à* Pufendorfio *Offic. H. & C. II, 12. 4.*

a) *Seu quæ ad societatem hominum communem in statu naturali viventium pertinet. Conf. Thomas. Jurisprud. I, 2, 101.*

b) *Sic è Theologis quoque D.* Scherzius *inter Legem Moralem naturalem & positivam distinguit. Ut non opus videatur quæstione:* An Morale sit, quod habet rationem Moralem? *Nam hoc*

dubio caret, si Morale secundum se accipiatur, cum & positivum sit Morale.

XVIII.

An detur Lex peculiaris Gentium?

An verò detur *peculiaris Lex Gentium* à Jure Naturæ distincta? Et quidem ex libera Gentium voluntate profecta? disquiritur. Negant * *Hobbesius* & *Pufendorfius*, quia Gentes liberæ se non obligant, quippe in Statu Naturali constitutæ. II. quia pleraq; quæ ad Jus Gentiũ referuntur, puta circa modos adquirendi, contractus, & alia, vel ad Jus naturæ pertinent, vel ad Jus civile singularum gentium, quod à singulis tolli potest, ut ipse alibi *Grotius* ** dixerit. III. quia multa pertinent ad meras consuetudines, tacito consensũ adprobatas, quas observant gentes cultiores; si tamen gens quædam servare nolit, nihil est, quod eam adstringat, modo Juri naturæ non adversum sit; ut v. c. venenatis globis uti non contra Jus naturæ, attamen contra mores gentium. Qui si vim Legis haberent, non opus esset *** novis pactis. IV. quia si mos ad jus naturale referri possit, ejus dignationi magis consulitur, quam si ejus origo ad simplicem gentium conventionem referatur. V. quia capita Juris Gentium à Grotio recensita referri possunt ad Jus naturæ. (a) Sic Legati ipso Jure naturæ sunt inviolabiles, quia sine ejusmodi personis pax restitui nequit. Unde non videtur hoc caput referri à Grotio ad Jus Gentium debuisse, II, 18. 1. Jus sepulturæ L. II. cap. XIX. referri potest ad doctrinam partim de decoro & dignitate humana, partim de Officio humanitatis. ****

* *de Cive c. XIV, 5, 6.*

** *de J. B. & P. II, 3, 5.*

*** Pufend. *Off. II*, 16, 12. & Kulpis. *Coll. Grot. Exerc. XII*, periodo II. §. 7 p. 155. *sq.*

Solvuntur Objectiones.

a) *Objicit tamen novissimè Vir doctus: Utique Gentes etiam liberas se invicem obligare posse, ut universas, quemadmodum in Politia fieri cernamus, & in Democratia. Itaque Gentes universim & collectivè*

vè ſumtas pro imperio Gentibus ſingulis Legem ferre poſſe. II. Differre Jus N. & Gentium non ſaltem ratione auctoris, ſed etiam ratione Objecti. Illius Objectum eſſe actus cum ſocialitate neceſſario nexu cohærentes: hujus verò, actus utilitatem ejus ſolummodò inſigniter promoventes, ita ut iis abſentibus ſalva quidem ea ſtare, ſed non felix adeo eſſe poſſit. Item ratione adjuncti; illud enim eſſe immutabile hoc mutabile. Sed pro negante ad I. dici poſſet, longe aliam eſſe rationem aliquot populorum aut Patrumfamilias in civitatem coeuntium, ac plerarumque Gentium in Jus conſentientium. Quis harum conſenſum demonſtrabit? Ad II. Atqui Legatorum incolumitas omnino arctiſſimè afficit ſocialitatem. Hominum item defunctorum honeſta tractatio juſtiſſimaeſt, & Jus aliquando belli dare poteſt. Ad III. Negant ſequelam, ſi Jus gentium inde inferatur. Cæterum, prudenter heic philoſophantur, qui multa pro Lege venditari obſervant, quæ ſolo more recepta ſunt: plura etiam relativè Juris eſſe naturalis; ac denique, moratiores utique gentes ſibi invicem, mutuo conſenſu aliquid inſtar Legis ponere poſſe, quod tamen nonniſi eas, quæ in id conſenſere, obliget. Quæ, opinor, ratio eſt, quod acutiſſimus JCtus Ericus Mauritius dari Legem Gentium in Exercitationibus negavit, in Diſputatione autem de citatione, quam vocant ad reaſſumendã adfirmavit. Ac ſunt, Jus Gentium primævum qui dicant ipſiſſimum eſſe Jus Naturæ. add. D. Majer. ad Inſtit. I, 2. p. 57, conſul. Zentgrav. def. & J. p. 38. ſqq. Ἐπικρισις.

**** *Vide omnino Diſſertationis noſtræ de Officio erga defunctos §. 15. & §. 12.*

XIX.

De Lege *Poſitiva* (a) *Univerſali* quæritur, An ſit? & quid ſit? An ſit Lex Poſitiva Universalis?

Circa priorem quæſtionem probandum eſt, dari ejusmodi Legem, quæ *publicata ſit omnibus hominibus, vel certè perſonis, totum genus humanum repræſentantibus*, circa objecta, quæ neceſſariam cum natura humana connexionem non habent. Tale utique objectum fuit, non comedere de certa arboris ſpecie. Hoc, ſpeciali Lege, DEUS non Adamo modo, ſed & toti ejus poſteritati prohibuit: Ergo Lege, ad omnes pertinente. Atqui hoc objectum *per ſe indifferens eſt*, nullamque cum natura ra-

 tionali

tionali connexionem habet. Ergo ad Jus quoddam, universale quidem, attamen voluntarium, positivumque referendum est. Eodem referimus præceptum de polygamia ac divortio, in primæva conjugii institutione, vitandis. Si DEUS ab initio omnibus prohibuit polygamiam ac divortium, utique manifestum erit, ea *Lege Universali*, & quidem *positiva* prohibita esse. Prius manifestum est, quia omnes ad eam Legem remittit Servator, Matth. XIX, 4, 8. Sed alterum per se patet, quia ista Naturæ humanæ, non repugnat, ac nulla ratio naturalis adparet, quare divortium, nonnisi in iis, quos Christus excepit, casibus sit committendum. Sed & conjugia fratrum ac sororum, aliaque in linea transversa, certis gradibus vetita huc pertinent, quæ contrahendo Cananæi gravissimè peccarunt, atque extremæ ideo internecioni à DEO destinati sunt; *Levit. XVIII, 27, 28, 29.* Si peccarunt: Igitur Legem oportet antecessisse. At Lex naturæ nihil cum his objectis habet commercii. Ergo Lex positiva, eaque Universalis fuit, quam transgressi sunt; nec scriptam habuerunt; ergo ore traditam, & Patribus commissam.

De Lege Positiva Universali

Disciplina *Danhaueri.*

&

a) *Sive Jure voluntario universali, ac omnes ligante, circa quod DEO quidem, verum soli, facultas dispensandi aut remittendi competat: cujus existentiam probare titulosque illustrare olim animum induxerat Kulpisius, Coll. Grot. ad II, 5. p. 57. lit. r. Profundissimus Theologus, D.* Dannhauerus, Moralem Positivam *vocat, quæ unicè pendet à DEI voluntate; ac nisi DEUS ita sanxisset, peccatum non haberetur; attamen, quia omnes homines in hac vita ac perpetuo obligat, ad moralem Legem referendam. Talia esse ait præcepta, de septimo die sanctificando; de Conjugii interdicto inter fratres & sorores; inter fratrem & fratriam. Quæ Juris sint positivi,* moralis *quidem ob latam cœlitus Legem obligantis:* non tamen Juris naturalis *absolutè indistensabilis. Phœnom. VI. §. II. p. 468.*

Monitum *H. Grotii.*

b) *Vidit ista ὁ πάνυ* Grotius: *Cavendum, inquiens, ne temerè annumeremus à Naturâ vetitis ea, de quibus id non satis constat; & quæ Lege potius divinæ voluntatis interdicta sunt; in qua classe forte ponere*

re liceat innuptos concubitus, & quosdam eorum, qui incesti dicuntur. de J. B. & P. II, 5, 13. Qui paragraphus XIII. *omnino Commentarii vicem sustinere huic in locum potest.*

XX.

Quæ exempla Objectorũ Legis Positivæ universalis?

Neque dubitamus, Legem de sanctificando septimo die (a) huic Ordini divinarum sanctionum adnumerare. Nihil enim in ea cum natura humana connexionis; (b) at omnibus tamen hominibus, cum initio rerum, tum in Decalogo hæc Lex præscripta fuit. (c) Est ergo positiva, quam vocamus, Universalis. Sunt & qui præceptum de sacrificiis, toti utique humano generi datum, cum natura tamen rationali neutiquam connexum, pertinere statuunt; Legem item de homicidis capitaliter puniendis, Noacho præscriptam, *Gen. IX, 6.* & Israeli toties inculcatam, ut & de concubitu cum menstruata *Lev. XX, 1, 18.* ac adulterio, quod utrumque peccatum dictatam sibi pœnam habeat, de extirpando, è populo suo, delinquente. Sed quidquid de postremis hisce exemplis sit: ad quæ (d) *Grotius* etiam, post Tertullianum, prohibitum sanguinis esum referre contendit: sufficiunt priora, satisque evincunt eam Legem omnibus latam, omnesque ligantem, cujus tamen objectum non à natura, sed libera Legislatoris voluntate dependeat, eoque, absque prævia speciali, vel omnibus, vel certis personis omnes repræsentantibus facta revelatione, non potuerit agnosci.

a) *Quia DEUS post absolutum confestim creationis opus diem septimum sanctificasse, Gen. II, 3. adeoque, ut phrasis ostendit, specialiter à cæteris distinxisse legitur. Id quod Moyses propriè ac historicè (in tanta præcipuè dicendi concinnitate ac brevitate) nõ prolepticè dicit, add. è nostratibus D. D. Jäger. Prodr. Juris fecial. qu. XIII. p. 221. sqq. Pulcrè etiam ὁ πάνυ: In mundi conditi memoriam institutum Sabbathum fuit, & quidem singulari sanctimonia, supra alios ritus. Nam si quis in hunc ritum peccasset, pœna erat statuta capitis; quia sabbathi violatio ex instituto continebat abnegationem mundi à DEO creati. Quanquam*

Illustratur exemplum Legis Universalis de Sabbatho.

ea Lex deinceps eo quoque spectavit, ut laboribus aliquod daretur spiramentum. Addat. Grotius, *J. B. & P. II, 20, 45. & III, 14, 5. & quæ nos supra è præcipui nominis Theologo* Dannhauero *allegavimus.*

b) *Statuit nuper* Vir *quidam* Clarissimus, *in* Vindiciis Moralitatis Diei Dominicæ, *Juris Naturalis esse, ut singula hebdomade UNA Dies DEO consecretur, quia omnia Decalogi præcepta Juris sint naturalis. Qualis autem ea dies esse debeat, Juris esse positivi. Sed prius probandum erat.*

c) *Reliquias apud omnes ferè Gentes observarunt Viri Docti. Extat in* Usserianis *de eo argumento singularis Epistola. Nuper etiam in Systemate Theologico, quod Anglico sermone prodiit, idem tractavit* D. Eduardus.

d) Grotius *ad Gen. IX. 4. add.* Tertullian. *de Monogamia. Qui, in Christo, ait, omnia revocantur ad initium, ut & fides reversa à circumcisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit; & libertas ciborum & sanguinis solius abstinentia,* sicut ab initio fuit: *& matrimonii individuitas, sicut ab initio fuit: & repudii cohibitio, quod ab initio non fuit. Similia legas in* Apologetico *Viri summi, de* botulis cruore distentis. *Sed vixit is Apostolorum temporibus admodum vicinus, qui evitandi scandali caussa necessariam hanc κατάχρησιν declaraverant; sed, quis Ecclesiæ sua ætate sensus de sanguine fuerit, cordatè exposuit Augustinus: Ecclesia gentium talis nunc effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis adpareat. Quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aves non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu à cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Contra* Faustum *Lib. XXXII. c. XIII.*

XXI.

Quid censendum de nuperis Viri Docti cogitationibus?

Equidem excipi adversus ea, quæ roborandæ thesi adduximus, non sine specie potest: DEUM se manifestasse Adamo ut Patrem benignum, non ut Dominum & Regem: sive Leges Adamo datas, esse potius monita paterna, quam Leges Regias: hoc est, produxisse obligationem internam, non externam. (a) In specie: Leges naturales, uti non *fuerint publicatæ* Adamo, sed

ſed cordi ejus inſcriptæ: ita nec aliam niſi internam obligationem produxiſſe, graviſſimam tamen: quia metuendum ſit malum neceſſarium, quod evitare aſtutia non poſſit, inquietudo, puta, animi, & amiſſio pacis internæ pariter ac internæ. Leges inſuper propriè ſic dictas ferri & hominibus, & ab hominibus; de DEO autem nullum prædicatum creaturæ propriè dici. Quod ad Legem de non comedendo fructu arboris ſcientiæ boni & mali attineat; eam communi errore hactenus fere unanimiter habitam fuiſſe pro Lege regia & poſitiva: quia ex principiis Papiſticis DEUM conſideraverimus, ut Tyrannum vel Deſpotam, eſum certi cibi ſub pœna capitali prohibentem: qui cibus alias homini nullum damnum inferret; ſed ubi loco rationis nihil aliud adferri poſſit: quam, ſic volo, ſic jubeo, ſtat pro ratione voluntas. At fructum arboris vetitæ fuiſſe deſtinatum ad cibum ſerpenti, adeoque in eo fructu fuiſſe quaſi concentratum Spiritum virtute pollentem, ut produceret ſapientiam terreſtrem, ac cupiditates terreſtres: Ergo Legem hanc potius fuiſſe monitum paternum, ac mortem ſubſequutam non eſſe malum arbitrarium, ſed *neceſſarium*. Publicationis fieri mentionem, quia DEUS præviderit, Spiritum Adami terreſtrem *irritatum* maximè iri per hunc fructum. Demum, (b) ut pœna propriè dicta ſit *metus* mali externi arbitrarii, nullam neceſſariam connexionem habentis cum actione turpi: ita nec ex pœnæ dictamine pro Legis illius proprietate quidquam inferri. Cæterum, etſi hæc à Viro doctiſſimo, in ſuamet verba non jurante, priorisque, ut ait, ſententiæ pertæſo proferantur: non tamen abs re erit, quid nobis videatur aperuiſſe. Primum, videmus limites moveri, ac quod pro Lege, pro pœna, pro obligatione habitum hactenus fuit, mutata nunc definitione, pro tali deinceps habendum non eſſe; quod ſi quis utile exiſtimat, aut proficuum experitur, non equidem cum ipſo litigabimus. Deinceps, quæ ratio obſtat, quo minus ſe DEUS ut Regem Adamo manifeſtarit?

ſtarit? quem Scriptura toties Regis titulo, ac Regum etiam Regis & Domini Dominantium elogio celebrat? Cur Rex non ſit, penes quem eſt omnis majeſtas, & abs quo omnis ἐξουσία ordinata eſt? Cur Regem non adpellemus, cui Adamus, cùm omnimoda dependentia bonisque infinitis, tum ultroneo conſenſu obligatus fuit? cui idem quoque Legem tulit, facienda fugiendaque, & ſub mali quidem graviſſimi comminatione, oſtendentem? Rurſus, non internam modo, ſi cum erudito viro definiamus, obligationem ea Lex produxit, ſed & externam, quia mortem, ſummum malorum, & omnem miſeriarum congeriem ſanxit, & minata eſt. Geneſ. II, 17. ſpeciatim quoque Viro pœnam laboris ærumnoſi, Gen. III, 17. & fœminæ partûs doloroſi, ſubjectionisque erga maritum oneroſæ Geneſ. III, 16. dictavit. Cur porrò Leges propriè dictas à DEO ferri negabimus, qui tamen unicus, isque ſecundum excellentiam, LLator in ſacris audit? Jac. IV, 12. auctor Legis Regiæ, adeoque perfectiſſimæ, de vita ſociali diligendoque DEO ac proximo? Jac. II, 8. conf. Sirac. XV, 14, 15, 16, 17, 21. & XVII, 10. ac eo *Pufendorf.* de Conſenſu & Diſſenſu inter Proteſtantes, §. *XXIV. p. 109.* Nec DEUM ut Tyrannum conſiderarunt, qui Legis poſitivæ objectum pro liberrima voluntate determinatum dixerunt. Nam *primò*, præterquam quod viæ DEI nobis ſint imperveſtigabiles, nihil tamen obſtitit, quo minus DEUS homini primo hoc velut exemplo obligationem è nativa conditione ſua & imperium DEI in ipſum è CREATIONE PER SE promanans inculcaret. *Porrò*, divinæ utique ſapientiæ congruit, hoc ſpecimine demonſtrare, Paradiſum homini *non ut proprietario, ſed ut colono*, & cuſtodi datum; neque beatitudinem in fruitione rerum terrenarum conſtituendam eſſe. Nec obſtat exilis, ut videtur, conditionis ratio; nam & inter homines in pactis feudalibus jus ad id beneficium aliquando à certo temporis articulo, aut alia *in ſe exigui momenti conditione* ſuſpenditur, qua neglecta, feudum in commiſſum cadit. Quid mirum,

mirum, si DEUS, concessis Adamo cæteris omnibus Creaturis, unam excepit arborem, in qua, *tanquam homagio*, fateretur homo, se non esse absolutum Dominum, sed à DEO dependentem. * Quanquam plura novis Interpretibus in ea Lege vidit antiquitas, è qua venerabilis Testis *Tertullianus*, primordiali hoc præcepto, quod in arboris fructu observari DEUS sanxerat, omnia præcepta Legis posterioris specialiter condita fuisse observavit. ** Quod de spiritu terrestri in fructu arboris concentrato additur, uberiorem, quam pollicetur auctor, demonstrationem desiderat. Nihil hactenus è sanctiori historia ea de re didicimus. Ac licet mors malum fuerit ex *hypothesi peccati* necessarium, nihil tamen contra formalem Legis rationem evincitur, quia *Lex propriè* sic dicta, pœnam necessario dictitat, & *malum actionis cum malo passionis* necessario nexu cohæret. Pœna demum non est solus mali metus, sed ipsum, quod intuitu delicti immittitur, malum.

* *Adde Danhauer. Hodosoph. Phænom. VI. p. 472. edit. noviss.*

** Tertullian. *L. II. contra Marcionem. Quibus gemina habet illo recentior Augustinus, c. XLV. Enchirid. ad Laurentium. Confer denuo, si placet*, Danhauer Hodosoph. *Phænom IV. p. 342. Edit. noviss.* & D. Zentgravium, *Summ. Jur. Div. Sect. I. artic. I. subsect. 3. §. 2.*

XXII.

Quid de exceptionibus adversus Leges univers. *connubiales* tenendum?

De Legibus præcipuè Matrimonialibus excipitur, eas nec Adamo nec Noacho publicatas esse: vidisse saltem Patriarchas, quia DEUS unam uni junxisset, melius esse, si ea, quæ communiter ad Leges nuptiales referuntur, observarent, quàm si diversos mores sequerentur. Monogamiam utique meliorem Polygamia esse, ut latè probaverit *Pufendorfius* in Opere majori: divortia libidinem indicare; *incestum Parentum eandem fere habere moralitatis rationem, quæ in aliis Senibus est*, quando cum Juvenibus matrimonium contrahunt; incestum sororum

rum ac fratrum, reliquarumque personarum esse saltem contra Legem Mosaicam; concubitum cum menstruata indicare magnam libidinem, cum ea res damnum afferat sanitati, & etiam partum ipsum reddat morbis obnoxium. Sed primò ad *institutionem primævam* clarè utique provocavit Christus, & eam quidem omnes obligantem. Mos consuetudoque non obligat, ac potuissent Judæi inolitam potius apud ipsos Polygamiæ divortiorumque consuetudinem allegare. Matth. XIX. 3, 4, 8. Deinceps: Incestum *in linea rectâ* nimis frigidè describit, nec magnam ei gratiam habebunt senes, cum juvenculis matrimonia ineuntes. Cæterum, ut in re gravissima minimè ludendum est: ita neque comparationem horrendi incestus, *quoad rationem moralitatis*, cum senum juvencularumque matrimoniis institui posse censemus; Tametsi enim non pauca sint, quæ scandalosa plerumque ista senum conjugia dissuadeant vel prohibeant, observante, post alios (a) *Osiandro* Nostro: *infinitam tamen eorum ab incestu distantiam* res ipsa docet, ac nos etiam, suo loco, DEO juvante, ostendemus. Cæterum de Cananæis cur nihil dicitur? Quomodo illi extirpari potuerunt, non observando Legem, quam non acceperant? Cætera quæ adducuntur, libidinem utique indicant. Sed quid inde? Ergone erunt contra Jus Naturæ? At neque hoc Vir doctus admittit. Cæterum, (b) neque positivæ leges *particulares* sua ratione ac usu destituuntur. Sed eas Juris naturalis esse, exinde neutiquam consequitur.

Comparatio incestus cum conjugio Senis & juvenculæ examinatur.

a) *Theol. Casual. P. V. c. I. p. 91. sqq.*
b) Pufendorf. *de O. H. & C. I, 2. 16.*

XXIII.

Sunt itaque ad vitam civilem perquam idoneæ; eoque valde optandum est; ut in earum expositionem operam suam impendant Viri doctrina, prudentia, ac judicio pollentes. (a) quem-

Quid de Legibus Ebræorum positivis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [152] - 142
PUBLIC DOMAIN

Quemadmodum luculentis jam ſpeciminibus viam prævivere Scriptores aliquot clariſſimi, ac de Republica literaria optime meriti. Sed & Theologis heic multa expedienda reſtant, quum Leges Moſaicæ umbratiles vivum, quod in Chriſto adparuit, corpus oſtendant, eaque inſuper quæ ad interiorem hominem faciunt, egregiis coloribus adumbrent; digna omnino, quæ à profectioribus indagentur, & in vivam ſpiritualemque praxin deducantur.

particularibus cenſendum? *forenſibus*, puta, & *cerimonialibus*? Quis harū Uſus?

a) *Videndi Scriptores*: Petrus Cunæus, & Carolus Sigonius, *de Republ. Hebræorum*, Jo. Henr. Hottingerus, *de Legibus Forenſibus*: Simon Epiſcopius *in Inſtitut. Theologicis, ſi ſectæ placita demas, egregie multa expediens*: Guil. Zepperus; Franciſcus Raguellius, Guil. Welwood, Leo Modena *in Hiſtoria degli Riti Hebraici*, & *alii*. Specialius, de potu Zelotypiæ Wagenſeilius: de Jure egenorum, de Legibus contra Magiam, D. Zentgravius ac alii, quorum recenſum Lectoris induſtria ſupplebit.

& de iis qui Scriptores?

XXIV.

Ad Poſitivam humanam Civiles diverſi generis ordinisque Leges pertinent. De antiquis (a) Germanorum Legibus jucunda utilisque disquiſitio eſt, & noſtra Gente digniſſima. Ceteras in compendio paſſim videas recenſeri. (b) Regula generalis eſt: Humana Jura multa conſtituere poſſunt præter naturam: contra naturam nihil. (c)

Quid de Legibus Gentium, inprimis Germanorum?

a) Hachenb. *Germ. Med. Diſſ. III. p. 57. per tot. adde* J. G. Sulpicii *Epiſtolam de Studiis Academicis ex profeſſo; ut & eundem Kulpiſium de Studio Juris publici.*

b) *Dn.* Jo. Jac. Müller, *Inſtit. Polit. P. II, c. V. §. 3. p. 503.*

c) *Grot. II, 3. 6.*

XXV.

Leges *non quævis* ſubditos obligant; poſſunt enim extra eas, quæ jubent, quod illicitum eſt, eſſe quædam evidenter ſtultæ atque abſurdæ. (a)

Quæ Leges Subditos obligent? An ſtultæ?

a) Grot. *II, 14. 12. in notis præcipue. An & ſtultæ non obligent, dubitari poſſe, ait* Teſmarus, *quia* (1) *ſervari poſſint ſine læſione conſcien-*

tiæ. (2) *Dominis quoque absurdis obedire teneamur,* 1. *Pet.* 2. (3) *quia Leges errore introductæ obligent, & nefas subditis inquirere in Legis rationem, adeoque non ferendum, ut Lator damnetur stultitiæ. Enimvero* aliud est Lex injusta: aliud præcipiens facere injusta: aliud stulta. Prima *obligare potest.* Altera *nunquam.* Tertia *non obligat hominem,* quia homo est. *Ergone, in Civitatem eundo, desinimus esse homines? Memini quæsivisse in amico olim colloquio* Jacobum Gronovium, *Virum Clarissimum.*

XXVI.

Quid *Collisio* Legum? Tandem de Legum etiam collisione dispiciendum nobis est. Quæ, (ut in compendio ac perspicuè argumentum, non diffusum minus atque arduum, exhibeamus,) *duobus fere modis* contingit. *Uno,* (b) cum priorem Legem posterior ita oppugnat, ut illa vel omnino vel ex parte perimatur. *Altero,* quando utraque Lex, etiam post pugnam, salva & incolumis manet, & tantum ob rei, de qua agitur, indolem atque circumstantias, alteram cedere, viresque suas aliquandiu cohibere oportet. (c) Ita præceptum naturale est DEO obtemperare, ac solum colere. Cum hoc si alterum de me amando collidatur, id illi utique cedere manifestum est. Igitur vitæ conservandæ caussa, quod DEI honorem lædat, nihil (*) committendum est. Quanquam & heic exceptio necessitatis est, ut infra docebitur. Unde, quum tempore Maccabæorum imminente Judæis, in Sabbatho, vi hostili, an quiescendum esset? an verò arma sumere liceret? graviter ambigeretur, ac duæ inter se Leges, *Una Naturæ,* se suosque à vi injusta & crudeli defendere; *Altera,* exactam illo die ab omni alio opere abstinentiam præcipiens, colliderentur: demum prævaluit sententia, quæ *Legem naturæ* Legi positivæ anteferebat. Quoniam Leges etiam DEI quædam, quanquam generaliter prolatæ, *tacitam habent exceptionem summæ necessitatis;* Legesque nonnullæ ejus sunt argumenti, ut non credibile sit, datas ex tam rigida voluntate, quæ ad certam mortem subeundam obstringat. (d) Unde

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [154] - 144
PUBLIC DOMAIN

de Regulæ : *Quoties violatio præcepti contemtum DEI involvit, nunquam ea fieri potest.* Secus, *si absque ejus contemtu ex ob vitæ conservationem insuper haberi queat.* Ita Pacis præcepta, quæ plane naturalia sunt, cum belli regulis collidi novum non est; ac bellum, res per se horrenda, JUSTUM fit, si pace frui non liceat. (e) Quomodo etiam, ut vitam conservemus, ejusmodi actum aliquando licitè suscipimus, quo alter in mortis aut magnæ læsionis discrimen adducitur. Ac pari ratione, si utrique in aliquo periculo pereundum fuerit, licet uni ad salutem suam redimendam quid facere, per quod alteri fata jam imminentia maturentur. (f) Quorsum ea omnia retuleris, quæ infra de CASU NECESSITATIS dicentur. In *Paterna* quoque societate collisionem egregiè observavit Hierocles: (g) ac pertinet eo cõmunis sententia: contendentibus inter se Parentum Imperiis, patri potius morem gerere oportere. Quæritur etiam: An filius defensione necessaria contra Patrem uti possit? (h) In *herili* nobilia sunt exempla servorum Dominos objectu corporis sui servantium; (i) In *Civili* quotidiana occurrunt, atque ut multa alia, ab egregio JCto Hertio, pro dignitate expenduntur. (k)

a) *Exhausit hoc argumentum suo ex merito nobis laudatus* J. N. Hertius, *singulari de collisu Legum Dissertatione, quæ primo Opusculorum tomo extat.*

b) *Quo de collisu* Valerius *apud Livium, XXXIV. 5. Quas tempora aliqua desiderarunt Leges,* mortales, *ut ita dicam, & temporibus ipsis mutatas video: quæ pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat: quæ in bello, pax.*

c) Quintilianus Instit. Orat. *VII. 7. nunquam Lex legi, ait, contraria jure ipso: sed ea casu colliduntur, atque eventu. Græci dixere ἐκ περιστάσεως μάχην.*

*) *Actor. V, 29.*

d) *Conf.* Grotius *de J. B. & P. I, 4, 7. add. 1. Macc. II, 36. IX. 44.*

e) *Atque huc pertinent, quæ infra dicentur ab Auctore, L. I. c. 5. §. 6.*

f) *Quæ variis declarat exemplis Noster,* de J. N. & G. *II, 6. 3. Quor-*

ſum eximia Cl. Viri, Jo. B. Wernheri obſervatio *eſt, eum non aliam ob cauſam judicium ſuſpendiſſe, quam quia caſuum, quos propoſuit, deciſio primo intuitu dura nimis videri potuerit. Caterum horrorem,* cui ratio nulla ſubeſt, *in definienda actuum moralitate contemnendum, animoque eſſe ejiciendum.*

g) *ad aureum carmen Pythagoræ, Add.* Gell. *Noct. Attic. II, 7.*

h) *affirmavit* Leſſius *L. II. c. 9. Dubit. 8.*

i) *ut* Viſenburgus quidam Germanus Henricum Barbatum, *Sileſiæ Principem.*

k) *Sect. I, §. 17. ſeqq ubi hæ, præter alias ſolutæ quæſtiones:* Quid ſalutis publicæ cauſſa in ſubditos facere liceat? An populus ob ſummam neceſſitatem alienari poſſit? quid ſummis poteſtatibus in res alienas liceat? *quas etiam nos, poſcente ita ordine, in progreſſu operis reſolvemus.*

COLLE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [156] - 146
PUBLIC DOMAIN

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO IV.

SUMMA.

I. Acceſſio ad argumentum; & quale principium cognoſcendi eſſe oporteat? *Verum* ſcilicet, *adæquatum*, ac *evidens*. II. Conſideratio Naturæ hominis, ſuppoſito DEI imperio. III. Reflexio ad Seipſum, ac neceſſaria inde illatio. IV. Argumentum à corpore. V. A Facultate ſermocinandi. VI. Ab Intellectu & Voluntate. VII. Adducuntur argumenta, quæ vocant, pædagogica. VIII. Proteſtatio contra novitatem hujus diſciplinæ, quam objectant imperiti. IX. Poteſt Jus naturæ è diverſis fontibus repeti. X. Quid cenſendum de iis, qui fundamentum ejus in FINE hominis quærunt? XI. Aut in Voluntate Creatoris? XII. Aut aliis pluribus, quæ diſtinctè atque ex inſtituto. XIII. Enumerantur. XIV. Inductio Exemplorum ex Auctore. XV. Quis effectus LL. Naturalium? XVI. Quomodo Lex Naturæ dicatur cordibus inſcripta? XVII. Quæ ejus Diviſiones? XVIII. Quæ ejus objecta? XIX. An in ea interceſſerit Diſpenſatio? XX. Examinatur exemplum ex Hoſea. XXI. De Vaſis Ægyptiorum. XXII. Definitiones Juris Naturæ examinantur. XXIII. An nitatur Decreto Legis æternæ? XXIV. Quod ejus ſubjectum? XXV. An Moralitas objectiva conferat aliquid ad inveſtigationem Juris naturæ? XXVI. Ut differat à Jure poſitivo? XXVII. Quodnam primum objectum Legis naturæ? quid Religio naturalis? XXVIII. De Exiſtentia DEI. XXIX. Argumenta DEI Ipſius. XXX. Ac remota diſputandi ſubtilitate diſcurſus. XXXI. Qui porrò urgetur & XXXII. Contra Atheos concluditur. XXXIII. DEUS omnium Conditor. XXXIV. Quomodo affectus de DEO prædicentur? XXXV. Quid DEO præſtandum? XXXVI. Repetitur Catholica propoſitio. XXXVIII. An cultus externus ex lumine naturæ demonſtrabilis? XXXIX. An Sacrificia ſint Juris Naturæ? XL. Quomodo Religionem naturalem intra ſphæram hujus vitæ terminari dixerit Noſter? XLI. De precum neceſſitate. XLII. De amore DEI. XLIII. De Providentia DEI. XLIV. De peccatis adverſus DEUM? XLV. Ut de DEO loquendum? XLVI. Quid imperitis nimia religio ſive pietas?

§. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [157] - 147
PUBLIC DOMAIN

§. I.

Quæ ratio investigandi Jus Naturæ?

IN *connati* illius, animisque mortalium ab Immortali Sapientissimoque Numine *insiti Juris* investigatione, *quatenus ad vitam inprimis communem respicit*, præter Legem (a) æternam, justi honestique omnis fontem, ipsa generis humani Natura, cum in universum, tum singillatim velut Mater Juris Naturalis * pensitanda solicitè, distinctaque reflexione in eandem descendendum est. (b) Quo facto, non difficile arbitrantur, qui suam in excolendo hoc argumento industriam exercuere, ejusmodi *Propositionem* adinvenire, quæ & Summam illius Legis, *qualem vitæ communis ratio exigit*, contineat, & in quam sua quoque sponte consensuri sint omnes, quamcunque tandem circa religionem habeant persuasionem, quæque tam ampla sit ac universalis, ut ex eadem cætera omnia præcepta facile, ac veluti *per nudam subsumtionem* deduci possint. (c) Adeoque, quæ, ut in scholis loquuntur, sit I. principium *verum*, h. e. ut non contineat propositionem aliquam falsam. II. *adæquatum*, atque ut verè contineat omnia præcepta juris naturalis in se, nec alia tamen præcepta, quàm Juris naturalis. III. *Evidens*, constetque ex solo Lumine Naturali. (d)

quomodo inveniri possit propositio universalis?

a) *Est ea summa illa ratio divinæ Sapientiæ, directiva omnium actionum motuumque in Creaturis, ad eosque, ut* UNIUSCUJUSQUE *Naturæ & Conditioni congruant, obligans vel necessitans. Et eam quidem, qua Hominem respicit, DEUS naturali Lege promulgavit.*

quid Lex æterna?

b) *quia nec de LL. Civilium recta cognitione statui quid potest, nisi de Reipublicæ, in qua vigent, statu constiterit. Ita docet Auctor, undenam erui Lex Naturæ debeat? I, 3, 1. Unde optime* Cicero *Jus Naturæ dixit, quod nobis NON OPINIO, SED INNATA VIS ADFERT. Vide, quæso, de Legibus passim; & Grot. II, 20 8.*

unde naturalis eruenda?

* Grot. Proleg. §. 16.

c) *Existimat, ut mox audiemus, hanc summam Legum in Socialitate sive Charitate comprehendi, Pufendorfium. Quæ disciplina* pulcrè re-

spondet

ſpondet *Paulinæ Rom. XIII. 8, 9.* Siquidem illud, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, & ſi quod aliud eſt præceptum, in hoc ſermone ἀνακεφαλαιοῦται ſummatim continetur: *nempe, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nemo* oppoſuit Paulo, *ex hac propoſitione non deduci officia erga DEUM, cùm proximus diligatur ut Creatura DEI, adeoque* INDIRECTE *ex hac ſumma etiam primæ Tabulæ præcepta deriventur. Conf.* D. Förtſch. *de Condit. Hominis Sociali p. 16. Itaque ſicut Propoſitio Pauli fundamentalis eſt:* Quæ conveniunt cum CHARITATE ea DEO placent, Legique ac Voluntati Divinæ ſunt conſentanea: *Ita* Pufendorfiana *erit:* Quæ conveniunt cum Socialitate, ea ſunt Jure Naturæ præcepta ac honeſta. *Duo ſunt oculi hominis, ſed qui in diverſa ſimul objecta non tendunt: verum diligendo DEUM, diligis etiam proximum,*

d) Thomaſ. *JPr. Div. l. 4, 4. p. 122.*

II.

Quomodo è Natura hominis colligatur Lex Naturæ?

Juvabit igitur, *ſuppoſito DEI in genus humanum Imperio* (quo ſine Lex utique nulla, nulla obligatio foret) Naturam hominis (a) cum in univerſum, tum ſuam uniuscujusque profunda meditatione contemplari; eamque non tantum qua parte illæſa naturaliter ac recta eſt, & quoad inſignibus corporis animique dotibus inſtructa cæteras animantes antecellit; ſed & in quantum plurimum imperfectionis, cum phyſicæ tum moralis, eandem comitatur. Quidquid heic dixeris, prona inde facilisque illatio fluet: Igitur Socialitas generi mortalium neceſſaria, eidemque ſub ratione Legis injuncta eſt (b)

a) *Statum alii ſeu diſpoſitionem vocant; qui Naturalis appellatur, qualis ex æterna Lege Numinis, non ex hominum arbitrio, hominem a nativitate ſtatim ſua comitatur. Omnis enim Status eſt ſuo modo Norma Legis.*

b) *Quo ſenſu Lex naturæ à* Grotio *definitur dictatum naturæ rationalis ac ſocialis, qua talis eſt. II, 20, 43. Ferme tamen in moralibus evenit, quod in Mathematicis, ubi quædam ſunt notitiæ primæ, aut primis proximæ; quædam demonſtrationes quæ ſtatim & intelliguntur & aſſenſum obtinent, quædam veræ quidem, ſed non omnibus* quæ conditio objectorũ moralium?

patentes. Hinc diligenter distinguendum est inter principia generalia, quale est, honestè vivendum, id est, secundum rationem: & quædam his proxima, sed ita manifesta, ut dubitationem non admitta t, quale est: alteri suum non rapiendum; & inter illationes quarum aliæ facilem habent cognitionem, ut posito matrimonio non admittendum adulterium, aliæ verò difficiliorem, ut ultionem quæ in dolore alterius adquiescit, esse vitiosam. Grot. *II, 20, 43.*

III.

Quomodo instituenda hoc fine in SEIPSUM Reflexio?

Faciemus ejus rei, quantum fieri potest, breviter ac procul involucris, qualecunque periculum. Et primo quidem, si homo in ORIGINEM suam reflectat, quam DEO immortali in solidum debet; si, quam eximium præ cæteris animans constitutus sit, recogitet; non poterit non hunc in modum colligere. DEUS est, cui Te tuaque omnia debes. Igitur eidem in solidum es obligatus. Ei igitur parendum. * Hoc enim summa illa à principio creante dependentia infert. (a) Igitur ad ejus Normam vita Tua actionesque componi debent. Ergo non es ens absolutum, sed *ad aliud* & *ob aliud*, & *ab alio* factum. Nam non es, nisi quia DEUS Te esse voluit. Totus ex alio pendes, qui DEUS est. Rursus: Qui te condidit, & eximiis adeo facultatibus ornavit auxitque; eum tanquam auctorem Tuum agnoscere ac revereri, ipsiusque opera admirari: tuas demum facultates omnes cum in corpore, tum in anima ad ejus Gloriam nutumque referre, ac diversa plane ratione à Brutis vitam tuam exigere debes. Hæc nimirum Imperii Divini præsuppositio est; & eum indicat Statum naturalem, qui humanitatis adpellatur, & vitæ bestiali opponitur. (b) Qui quidem Status obligationem servandi Legem Naturæ in universum involvit: erga DEUM tamen inprimis, cujus Bonitati omnia in acceptis referenda sunt. Porrò: DEUS Te produxit: Ergo voluit, ut servareris, non ut interirés. Sapientiæ enim infinitæ non convenit, frustra quid facere, &, quod effectum est, servare nolle. Ergo omne id injunxit

xit, absque quo conservatio illa obtineri nequit. *Nam qui ad finem obligat, censetur quoque obligasse ad usurpanda media fini necessaria.* (c) Non autem posse hanc conservationem humani generis obtineri, *nisi mutua aliorum ope accedente*, quam Socialitas dirigit, manifestum est, & mox nonnihil declarabitur. Fluit igitur è dictis propositio: *2. necessarium habet cum conservatione generis humani* (d) *nexum: id Jure Naturæ præceptum, cum ejusque fine congruit.* (e) *Et quidquid necessariam cum ea disconvenientiam involvit, eamque lædit aut turbat, id eo Jure prohibitum est.* Habes igitur hoc primo velut specimine *Socialitatem*, quæ non qualiscunque ad promiscuas societates proclivitas est, sed tanquam fundamento suo, Divino nititur imperio, & mutuam obligationem à Natura injunctam involvit, hominesq; naturali inter se benevolentia & pace sociat atque conjungit. (f)

a) *Quo ipso Legis Naturalis existentia evincitur. Dependet Creatura rationalis à DEO in Esse. E. & ejus subjacet regimini, non physico saltem, sed & Morali.*

* Arnd. *L. IV. P. II. c. 30. per totum omnino.*

b) *h. l. §. 11. & infra II, 1, 3.*

c) *h. l. §. 11. & II, 6, 14. circa med. quod inter præcipua in Moralibus axiomata percensendum. Facit enim Necessitas finis Jus in Moralibus.* Grot. *II, 5, 24, n. 2. & à fine in Moralibus optima est probatio II, 7, 2. n. 1. ac rursus: NB. IN MORALIBUS QUI DAT FINEM, DAT EA QUÆ AD FINEM PERDUCUNT. Grot. II, 14. 11. quemadmodum & ea, quæ ad finem ducunt, in morali materia æstimationem accipiunt ab ipso fine; Quare quæ ad finem Juris consequendi sunt necessaria: necessitate sumta* Non secundum *physicam subtilitatem, sed moraliter: ad ea Jus habere intelligimur.* Grotius *denuo J. B. & P. III, 1, 2. Non igitur DEUS ad instar Fabri lignarii concipiendus, qui navigium extructum undis committit, de fatis ejusdem parum solicitus.* Vis argumenti à FINE in moralibus.

d) *Adeoque & sibimet, sed Socialitati subordinatæ; & ad eam velut præsuppositæ. h. l. § 2. Ais cum Hobbesio: Neminem sibi ipsi obligatum, neque simul Creditorem debitoremque esse posse. de Civ. VI, 14. Respondeo: Verum prius esse, si obligationem ipsam, ab Auctore L. N.*

injunctam respicias; esse tamen hominem suæmet obligationis objectum, quatenus in seipso terminatur obligationis exercitium. conf. §. 13. h. l.

e) *infra II, 14, 13.*

f) Pufendorf. *de J. N. & G. II, 3, 15. p. 208, 209. ac Lex est, quæ ad salutem mortalium spectat, de O. H. & C. I, 5, 6. circa med.* Adde omninò, *quia Christianis scribimus, velut* in supplementi *vicem* Arndium *de V. C. L. I, c. 7. ab initio, socialitatem graviter urgentem.*

IV.

Quæ vis argumenti à *Corpore* ad eliciendã Legem Naturæ?

Jam si *corporis etiam humani fabricam* conditionemque intueamur, præterquam, quod mirandæ SOCIETATIS inter corpus animamque exemplum, ac *homo sociata corpori mens* est; ea vel sola satis luculenter ostendit, felicitatem hominis à plurimis communemque operam conferentibus in vita sociali dependere, hominemque ad vitam Socialem FACTUM esse; quam in rem consuli inprimis merentur, qui ad principia *Physiologiæ Mechanicæ* provocarunt. (a) Sic tota circulatio sanguinis, omniaque ejus auxilia, ut muscularis cordis vis, valvularum in venis artificium, eodem opere privatæ individui nutritioni inservit, & publico officio fungitur ad generis propagationem. (b) Sic humanam phantasiam memoriamque, aliorum utique commodis unicè destinatam, mirificè juvat cerebrum; in quo id peculiare habet homo, ut cum corporis humani mediocris pondus non assurgat ultra quartam partem corporis bovini, tamen duplo plus cerebri concessum ei sit in regimen tantilli corporis. Comperit Cumberlandus, corpora ovium majorum & porcorum pondere corpus humanum æquare; eorum autem cerebrum tantùm octavam circiter partem habere ponderis cerebri humani. Quæ tanta inter hæc animantia disparitas quid aliud monere potest, quam cerebri vires ab homine in aliorum usum amplissime dispensandas. Est etiam, ut infinita alia taceamus, in ipso homine admiran-

dum

dum Politiæ exemplar, ubi tam diversas substantias Spiritum & Corpus admirabili nexu consociatas experimur.

a) *Speciatim* Ri. Cumberlandus *de L. N p. 128.* & Nemesius *de Natura hominis, qui argumentum à multitudine membrorum corporis humani desumit. Adde* Zentgrav. *de Jure Gent. Artic. 1, §. 3. p. 3, 4, 5.*

b) *ibid. p. 145.*

V.

Est insuper in homine *sermocinandi Facultas*, quam in communitatis humanæ usus directam inditamque à Providentissimo Numine esse res ipsa loquitur; Ad quid enim loquendi capacitas pertineret, nisi præsens esset socius? frustra igitur esset lingua, nobilissimum instrumentum, per quam solus homo animi sensa articulato sono potest exprimere. Quare & Cicero humanæ Societatis vinculum sermonem esse dixit, & eodem argumento, tametsi secundario, usi sunt Scriptores haud vulgares (a) Et *Grotius* sermonem peculiare societatis instrumentum vocat. (b)

Quid evincat facultas sermocinatrix?

a) Conf. *Exerc. I, 1. & Pufend. de J. N. & G. II, 3, 15, 209, 210.*

b) *Proleg. § 7.*

VI.

De *intellectu vero & voluntate*, quas facultates uno rationis vocabulo quidam enunciant, manifestum est, earum usum cum erga DEUM, recte agnoscendum, pieque colendum, tum in Societate cumprimis & convictu humano se exerere. Ut vita (a) contemplativa, nullam omnino praxin pro scopo habens, contra Naturam esse, vel hoc argumento arguatur, & qui eam pertinaciter sectantur pro contumacibus in rectæ rationis dictamen habendi sint. Has igitur dotes, qui recte considerat, quidni ita colligat apud se inferatque: *Quem in finem DEUS his te facultatibus instruxit: eum fas ac pium est abs Te quari, in eumque Te actionesque tuas dirigi atque componi. At hic finis est, ut DEO uniaris, socialiterque ex ipsius præscripto vivas.*

Quomodo Intellectus & Voluntas probet Socialitatem?

a) E. Weigel. Demonstr. Euclid. *de Philos. Moral. Sect. 3 Membr. 2 cap. 7. vita inquit, solitaria, qualis Eremitarum est, quoniam praeter omne materiale maxima quoque formalitatis parte destituitur vita humana propriè loquendo non est pag. 216. Junge disputantem contra Philosophos* Ciceronem, *Off. I, 9. ibi:* Itaque videndum est, *ut* & Christ. Thomas. *Pr. p. 139. §. 60.*

VII.

Quæ argumenta pro Socialitate Pædagogica?

Subjunguntur his alia argumenta, quæ *pædagogica* solemus adpellare, quod hominem ad quærendam cum aliis pacem vitamque socialem, velut ex accidenti, vehementer tamen urgeant propellantque. Petuntur illa cum à Status solitarii miseria, (a) imo ejusdem cum conservatione humani generis incompossibilitate; tum à naturali hominis imbecillitate, (b) tum & vitio humano superinducta malitia, (c) quæ omnia distinctè recenset Noster, & sufficienter deducta contrahit in nervum. Singula id evincunt: Socialitatem, tanquam medium conservandi generis humani, adeoque & sui ipsius, homini pro Imperio divinitus injunctam esse. Neque exigui heic roboris argumentum est ab æqualitate Naturæ humanæ, quodque DEUS *neminem altero* condidit meliorem. Item, quod ex una Radice universum propullulaverit mortalium genus, eodemque Patre sati simus omnes. (d) Quod charitate nihil jucundius. (e) Eam ipse imbecillis hominis ortus docet, & è funiculi umbilicalis naturâ satis liquet. Profundè hanc veritatem moralem insinuavit *Moses*, de ipso supremo Numine commemorans, quod Protoplastis de pellibus animalium tunicas confecerit, qui materiam vestimentis minus aptam ex naturali jam sibi inscitia elegerant. Igitur homo sibi non sufficit, & vel ubique immediato DEI auxilio, vel mediante hominum adjutorio sibi obveniente perpetuo indiget. *Cortex ambit arborem: penna tegit volucrem: piscem squama operit: lana ovem induit: pilus jumenta vestit: concha testam excipit: solus homo inermis nascitur ac nudus.*

a) *Cujus*

a) *Cujus uti existentia vel exemplo Infantum expositorum vel hominis unici ex naufragio restantis, & in desertam insulam projecti comprobatur: ita illius quoque incommoda Auctor & b. l. §. 3. & L. II, c. 1. §. 4, 9. graviter depingit. Unde figmentum non est, ut nuper* Viro docto *visum. Quid quod DEUS ipse de homine adhuc integro, sed solitario: Non est bonum, dixit, hominem esse solum.* Gen. II. 18. *i. e.* minimè conveniens ei Naturæ & *conditioni, juxta quam à meà modo manu prodiit. Postulat ejus ingenium & Status, ut vitam cum aliis socialem agat.*

b) Pö[illegible]tus *Societatis custodiam à DEO inter homines institutam, & verè naturalem vocat.* Comm. ad Grot. Proleg. *p.* 59.

c) *Vide tamen infrà de æqualitate naturali; & conf. omnino* Arnd. *de v. c. I, 25. sub fin.* § und eben darumb hat GOtt nicht einen Menschen besser schaffen wollen/ denn den andern.

d) Non plures *unà DEUS* homines *condidit, uti alias non unam, sed plures creavit arbores: plura item animantia ferasque bestias: plures demum plantas herbasque:* Sed unum condidit hominem *ex eoque Evam formavit, ut perpetua nos charitate,* velut ex uno sanguine orti, Actor. XVII. 26. *complecteremur. Ut optimè ex natura rerum arguit* Arndius *de V. C. I, 29.* Creaturæ insuper omnibus æqualiter interviunt. Ergo omnes æquales. *Conf. eundem L. IV. P. II. c. 25. & L. IV. P. II. c. 26. quæ diligenter expensa insignem hujus doctrinæ usum in vita humana æquè atque christiana ostendent.*

Usus doctrinæ universalis in vita humana & Christiana.

e) *Nihil homini molestius odio, invidia, Bello. Itaq; DEUS jucundissimum nobis affectum, Socialitatem, Amorem, natura injunxit.*

VIII.

An novella hæc doctrina?

Cæterum, non nova hæc sunt, aut à *Pufendorfiano* nuper excogitata *ingenio*, sed à priscis Sapientibus prudenter inculcata. Fuit ea, post alios, *Tullij*, quum de Legibus disputare constituisset, philosophia methodusque, cujus vel solis demonstrationibus si vellemus uti, sufficienter, credo, à novitatis suspicione hæc doctrina absolveretur. Natura, inquit *Cicero*, Juris explicanda nobis est eaque non à Prætoris edicto, ut plerique nunc, neque à XII. tabulis, ut superiores,

riores, sed penitus *ex intima Philosophia* hauriendam Juris disciplinam puto. (a) Repetam, pergit, stirpem Juris à naturâ, qua Duce est nobis omnis disputatio explicanda. Nam sic habetote, nullo in genere disputandi magis honesta patefieri, quid sit homini natura tributum; quantam vim rerum optimarum mens humana contineat: cujus muneris colendi efficiendique causa nati, & in lucem editi simus: quæ sit conjunctio hominum, *quæ NATURALIS Societas inter ipsos.* His enim explicatis fons Legum & Juris inveniri potest. Atque hoc ibi adpellatur alte, & ut oportet, à capite Jus repetere. Quemadmodum verò Imperium DEI præsupponendum dixit Pufendorfius, * ita Cicero quoque, dandum esse ait (b) (ne ab ea causa potissimum sit ordiendum) DEI immortalis Natura (loquamur ita edocti saniora) ratione, potestate, mente, numine, sive quod aliud est verbum, quo planius, quod velit, significet, naturam omnem REGI. Progreditur deinceps ad Naturam hominis, qua parte recta est; Animal hoc, inquit, providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii, quem vocamus hominem præclara quadam ratione generatum est à Supremo DEO. Solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis *particeps rationis & cogitationis*, quum cætera sint omnia expertia. Est igitur prima homini cum DEO rationis Societas. (c) Quo fere sensu *Socialitatem generalem* pro principio cognoscendi J. N. etiam illi agnoscunt, qui *Pufendorfio* contradixerant. Cæterum ex ista agnatione (ob quam vel genus vel stirps DEI possimus appellari) *Cicero* colligit, ad participandum alium alio, communicandumque inter omnes, justos natura nos factos esse. (d) Ipsam verò corporis Naturam quam pulcrè quæso delineat? Homini, inquit, natura sensûs tanquam satellites attribuit, ac nuncios, & rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta

ta

a) de Legib. I, p. 273. edit. Joach. Cam. & Grot. II, 20. 44. cum Legat. Ba. beant præcipuè à meis Notatis.
b) de Legib. I, p. 274. 274. omnino tam arctè connexa in Sacris Conf. Disp. de condemnatione hominis tom. 5. 16.
c) unde tam arctè connexa in Sacris Si quis dixerit: Diligo DEUM &c. d) de Legib. I, 275.
e) Ac priùs ibi concludit: Natura pro quod fundamentum Juris est. Cæ

ta quædam ſcientiæ, figuramque corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. Nam quùm cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli quaſi cognationis domiciliique priſtini conſpectum excitavit, tum ſpecimen ita formavit oris, ut in eo penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur; & is qui appellatur *vultus*, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores, cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, *orationis vim*, quæ conciliatrix eſt humanæ maxime ſocietatis. Nihil igitur, *concludit*, eſt profecto præſtabilius, quam planè intelligi *nos* ad *juſtitiam* eſſe factos, neque *opinione, ſed natura conſtitutum eſſe jus*. Mox ad Statum æqualitatis provocat; Id jam patebit, inquiens, ſi hominum inter ipſos Societatem conjunctionemque perſpexeris: Nihil eſt enim unum uni tam ſimile, tam par, quam omnes inter nosmetipſos. *Ita quæcunque eſt hominis definitio*, una in omnes valet. Imò ex ipſa corruptione argumentum pro Jure conficit. Quæ natio ait, non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, & beneficii memorem diligit? quæ ſuperbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aſpernatur? non odit? (e)

Conſenſus *Ciceronis*, adverſus accuſationem novitatis.

a) *de Legib I, p 273. edit. Joach. Camer.*

* *& Grot. II, 20, 44. cum Leges Naturales Sanctimoniam ſuam habeant præcipuè à metu Numinis.*

b) *de Legib I, p 273, 274. omnino & II, p. 282.*

c) *unde tam arctè connexus in Sacris amor proximi cum amore DEI. Si quis dixerit: Diligo DEUM & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Conf. Diſp. de conditione hominis ſociali, Præſide D. Förtſchio habitam §. 16.*

d) *de Legib. I, 275.*

e) *Ac porrò ibi concludit:* Natura promti ſumus ad homines diligendos; quod fundamentum Juris eſt. *Confer. etiam* Kulpis. *Coll. Grot. p.*

11. lit. n. qui plures alligat; è recentioribus inprimis Böclerum, cujus monita Comm. ad Grot. Proleg. laudari merentur. & adde D. Hertium de Social. Sect. I. § 6.

IX.

Quid de diversis Juris Naturæ fontibus censendū?

Cæterum, quin ex diversis (a) fontibus Jura Legesque Naturæ repeti possint, dubitandum non est. Dummodo in se veri sint, ac alias admitti possint.

a) *Monente ita prudenter Kulpisio, Coll. Grot. I, 1, 5. p. 9. qui §. 6. p. 10. ejusmodi principia recenset, & ad concordiam facile redigi posse affirmat.*

Singulare è Natura argumentum Arndii.

b) *Quales non sunt, quos recenset Kulpisius d l. §. 5. p. 9. qui videndus omnino. Singulare B. Arndii argumentum est à Creaturis inferioribus petitum, quæ singulis hominibus æqualiter inserviunt Quod documento esse posset, singulos homines pro uno habendos. de V. C. L. IV. P. II. c. 25 p m 938. Quorum unus est Dominus: uniformis conservatio: nomen unum: ii pro uno Morali habendi. Quod notandum circa disciplinam Cl. Becmanni in Lineamentis pag. 48. negantis esse* amoris genus inter homines, *quo sine respectu commodorum homo hominem amet naturaliter.*

X.

Quid de fundamento à Fine hominis?

Itaque qui fundamentum Legis Naturalis in FINE à DEO Conditore hominis, intento, (a) cum in ordine ad DEUM Ipsum, tum in ordine ad Hominem illumque vel ipsum, vel alterum Proximum constituunt, eorum disciplina, adhiberi omnino, fructuosè & ad concordiam tedigi potest; Qui hoc præter alia videntur pensi habuisse, quod diversi sint, iique tres omnino termini sive objecta, circa quæ humanæ actiones, Naturæ Lege præceptæ, occupentur; quæ vero omnia, tamque diversa officia, uno eodemque rotundo axiomate sive propositione, si adæquata universalisque esse debeat, comprehendi non possint. Ubi tamen hæc forsan Regula exsurgeret; *Fac ea quæ fini à DEO Conditore Tuo, cui obligatus ob creationem es, intento: hoc est cultui ejus, & amori: philautiæ item ordinatæ*

ac

ac denique Societati conveniunt. Seu uti nupere Pritius ὁ φίλπατρ expressit: *Ita te habe, ut finis se habet, ad quem à DEO es creatus: Quæcunque igitur ad hunc finem faciunt, illa facienda; quæcunq; huic fini repugnant, illa respuenda & omittenda sunt.* Quæ his repugnant, omitte. Ratio, quia contrariantur fini à DEO in creatione intento. Eadem Demonstratione utitur Scriptor verè Theologus: **Wer seine böse Begierden und Lüste vollbringet/ der zerrüttet die Menschliche Gesellschafft.** *de Vero Christ. I, 41.* Finis, ob quem conditus homo est, in eo consistit, ut & gloriam DEI celebret, & idoneum Societatis humanæ membrum existat. *Pufend. Off. I, 5, 1.* Si quis, omissa Socialitate, hoc principium substernat: Ea esse facienda, quæ vitam hominum maximè diuturnam, & felicem, reddant: felicissimam autem vitam esse, quæ & maximam laudem mereatur, & suavissimè transigatur, & omnium rerum gaudeat sufficientia; *Is fructum Socialitatis & efficacem Causæ sive Medio* substituit. Cæterum cogitare simul debet, nihil utile, nihil honestũ esse, nisi Societati conveniens, aut sociale. Confer C. *Thomasium* in Fundamentis.

Consensus Arndii.

Πάνεσις de nupera hypothesi.

a) *Referri hæc forsan debet* Lambertus Velthuysius, *qui, ut infra repetemus, in Dissert. Epistol. de principiis Justi & Decori, præcepta Juris Naturalis ex Fine Mundi conditi deducere instituit; Ubi cùm supposuisset, DEUM esse; & Ab Ipso Mundum in Sapientia creatum; Denique in ejus regimine virtutes Justitiæ & Veritatis exercere velle; tandem hæc infert; DEUM* primò *in creando Mundo finem sibi proposuisse.* II. *Media eo ducentia in se habere debere aptitudinem ad finis conservationem.* III. *Hominem non impune laturum, si deviet ab ordine in consequutione finis observando. Quidam non incongruè provocant ad Servatorem, qui eandem actionibus humanis præfixerit Regulam. Quærentibus enim; Quodnam præceptum Legis maximum sit? Respondisse:* Diliges DEUM Tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in omni mente tua: hoc maximum est & PRIMUM mandatum, *Secundum autem simile est huic:* Diliges proximum tuum sicut teipsum, *Matth. XXII. 37. seq. Luc. X. 28. Marc. XII. 29. Rom. XIII. 8 seq. Gal V. 4. Lev. XIX. 18.*

Disciplina Velthuysii.

quo dicto & amorem sive cultum DEI; & philavtiam, dum proximum sicut seipsum, & Socialitatem dum proximum homo amare jubetur, comprehendi manifestum est. Conf. Joh. Christianum Müldener, Posit. Inaug. Erfurti propositas Anno Seculi elapsi XCII. qui modestè ista & perpulcrè exequitur. Nec abnuit, etsi severior unius Propositionis Censor, Jo. Franciscus Buddeus, Philos. Pract. P. II. cap. 6. §. 10. pag. 253. Consentit B. Noster D. Hedingerus, Consp. Jurisprud. Universs. Naturalis, Protheor. Q. 2 §. 13. qui è tribus hisce fontibus, quicquid est officii commodè derivari observat. Becmannus Polit. Parall. II, 11. distinguit in amorem supra nos, in nos, & juxta nos. Non inquam hæc pugnant cum sententia communiore, neque nisi in speciem, committuntur. Fatetur enim Primò, qui ista regerit, omnibus hactenus DD. placitis videri palmam præripuisse sententiam, quæ Custodiam Societatis, humano Intellectui convenientem, Juri N. tanquam fundamentum substernit; Aristoteli, Ciceroni ac Augustino olim laudatam, & hoc demum seculo à Grotio repetitam, à Pufendorfio abundè demonstratam esse; qui tamen & ipse trimembrem officiorum divisionem secundum objecta, erga quæ ista sunt exercenda, instituat. Secundò: Scopus Auctoris, si recte eum pensitemus, hic inprimis fuit: Officia hominis communissima, quæque ipsum cum aliis sociabilem reddunt, tradere. Præf. t. a. 6. Jurisque naturalis disciplinam, quatenus ambitu hujus vitæ includitur, adeoque hominem format, prout hanc vitam cum aliis SOCIABILEM exigere debet, accuratius persequi; ut tamen eodem in loco, non diffiteatur: Summam Legis à Salvatore ad duo Capita esse redactam: DILIGE DEUM & DILIGE PROXIMUM; ad quæ referri possit Lex universa naturalis, tam in integro quàm in corrupto Statu hominum; ubi mentem clarius explicat; nam & Socialitas, quam nos, inquit, pro Fundamento Juri Naturali substravimus, commodè in Dilectionem proximi resolvi potest. Quam verò à dilectione DEI divelli non posse divinior ubique Spiritus inculcat, 1. Joh. IV, 20. conf. Arnd. V. C. L. I. c. 28. sub fin. & c. 29. init. quia DEUS Centrum est ac Punctum illud, in quo omnes Lineæ collineant. Unam si lineam ab altera disrumpas, à Centro quoque amovebitur. Itaque cognoscendi principium, quod Fontem Officiorum erga proximum esse agnoscunt plerique, à communiori & potiori petiit, quod est SOCIALITAS; Dilectio proximi, ut disertè eam vocat, & Caritas, ut alii.

De Scopo Auctoris.

ejusque ratione interiori.

Nihil

Nihil hic certaminis cum eo reliquum, qui disciplinam ab se traditam ad Dilectionem Proximi fere restringit. Quo sensu & in sublimiore disciplina Magnus Theologus dixit: Die Liebe ist das Gesetz der Natur/*de V. C. I. 26. n. 5. imo ipse* Paulus: *Dilectio est Implementum Legis,* Rom. XIII, 10. *quia videlicet Lex charitatis est late patens & universalis; & qui proximum h. e. hominem lædit, adversus DEUM quoque peccat, Num. V, 6.* Tertiò, *quid modestius dici potuit, quam quod Officia erga DEUM non aliter quàm indirectè velit ex assumto ab se principio derivari? quod pulcrè explicat §. 13. & ipse alibi fatetur, dilectionem* proximi ex sociali hominis Naturâ *resultare.* Jur. Fecial. §. 24. p. 108. *omnino.* Quartò, *Socialitas pro Imperio divino homini injuncta intelligitur; Igitur* Lex prima de Obsequio Numini *debito præsupponitur, & ex ipsa Naturæ humanæ conditione satis liquet. Conf. supra §. 3. & adde Thomas. JPrud. Div. pag. 142.* Quintò: *Expensis hisce argumentorum momentis nupere Socialitatem adoptavit, sed si omnia officia ex ea derivare DIRECTE velis, ut Universalem, Ipse Noster D.* Zentgrav. *de J. & J. p. 23. Generalem, inquam, h. e. universi nim. generis humani sub divino Imperio, seu ut Auctor notanter ait, Religio & Socialitas conjunctim. O. H. & C. I, III, nlt. add Dn. Ludov. Hist. J. Nat. p. 38. Et quid multis? Consonat* ipsa sanctior Lingua: אהבת לרעך כמוך *Diliges* Socium *Tuum sicut te ipsum. Conf.* Danh. *Coll. Decal. p. 568, 569. Et sic luculentissimum utique & universale Principium est: Q.* promovet Socialitatem Divinam & humanam id J. N. præceptum est. *Nam in Societate cum DEO consistit summa felicitas. Quæ κοινωνία & societas* pridem *Theologis Philosophisque cognita in terminis. Conf.* Arnd. *V. C. L. IV. P. II. cap. 4. p. 967. edit. maj.* Sextò: *Si* Jacobus *Charitatem vocat Legem Regiam; quis vitio iis vertet, qui Socialitatem Legem Juris Naturæ fundamentalem adpellant? Jacob. II, 8. Idem enim Christianis, sed sublimiore longe efficacioreque titulo,* Charitas, *quod Naturæ Socialitas. Illius ambitum diffusaque officia depinxit Apostolus Tharsensis,* 1. Cor. XIII, 4. *seqq. Adde rursum* Arndium *de V. C. I, 30. & Baconem de* Verulamio *de Augm. Scient. L. VII. pag. 435. omnino.* Septimò. *Docet ipsa quoque Socialitatis confiteratio, pacatam ac securam generis humani societatem sine Religione subsistere non posse. Quare non video, cur vel ex eo argumento Officii erga DEUM necessitas inferri non possit? Pietate enim*

Quid Socialitas universalis?

sublata, ut Cicero ait, fides etiam & societas humani generis & una excellentissima virtus Justitia tollitur. add Grot. de J. B. & P. II, 20, 44. Legesque naturales suam habent sanctimoniam à metu Numinis, & recte religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam dixere Imperatores. Octavò: *Juvat iterum Revelationem in subsidium vocare. Non saltem quod ipse DEUS non bonum esse dixit, hominem esse solum: sed & Adamus irsigni perfusus esse laetitia legitur, conspecta, quam DEUS adduxerat, compare. Conf. Pufendorf. Jur. Fec. §. 24. p. m. 108. Quo minus ferenda est Helmontii opinio, adpetitum conjugii in vitio collocantis, quem nonnulli hodie sectari videntur, sed repugnante 1. Tim. II. 13, 14. in terminis Apostolo.*

XI.

An principium Voluntas Creatoris.

Est, qui Voluntatem Creatoris pro primo Principio ponat; Non male id quidem, nisi vim obligandi in sola coactione collocet, quemadmodum injustum tantum esse ait, ad quod aliquis per pœnas cogi potest; simulque negat ad virtutem nos obligari, ad quam præmiis impelli soleamus. Contra quam etiam veteres Ethnici sensere; ut non urgeam, sequi hunc in modum, nullam fore ipsius DEI Justitiam, quia Jus nihil aliud esset quàm Jussum Creatoris vel ejus qui potentia sua cogere potest. Providentiam DEI, ab homine naturaliter cognoscibilem, & vim Legi Naturali addere Noster supponit; de O. H. & C. I, 3, 10. Igitur Socialitas non vi sua, sed LLatoris obligat. I, 2, 7. p. 31. Nec advertit Vir doctissimus, ab iis qui hoc principium excoluere, pridem distinctum fuisse primum principium practicum, quod est: Imperanti pare: à primo principio Juris naturalis illi subordinato, quod est Socialitas. Et quæso, quæ denique distinctio erit inter Legem positivam & naturalem, si omne à sola DEI Voluntate Jus est. (a)

a) *Caeterum aliorum sententias & principia à Kulpisio nondum tacta videre est apud Muldenerum Disp. cit. pag. 20. & D. Wernherum Disp. de genuina Leges nat. investigandi methodo sub finem. Henricus Ernestus Kestnerus, JC. Rinthelienfis in Prudentia Juris Nat. anno 1698. edita, rejicit socialitatem, & principium J. N. dicit Pro-*

Prohibitionem Creatoris, cujus voluntas aut verbis declaretur, aut factis; si illud fiat, vocari Jus divinum revelatum; sin hoc, naturale. Ad facta autem pertinere motus & instinctus à Natura hominibus insitos & implantatos, itemque actiones ipsius Creatoris, rerum videlicet creationem & conservationem; actionum quoque finem, tum necessarium, tum probabilem; medii necessitatem; & denique naturam ipsius Sanctissimi Creatoris, qui perfectissimus sit, & nihil frustra fecisse intelligatur. Addendus, qui prudenter hoc incedit, omnemque litigandi ansam præscindit, D. Zentgravius Summa Juris Divini p. 34, 35. §. 19. In fundamento, inquiens, LL. naturalium explicando, & in ratione illarum danda, conjunctim causas istas spectari, nec sibi invicem opponi, certe subordinari alteram alteri debere, judicamus. Sed quid de Specialibus, iisque tribus honesti, justi & decori principiis: I. Quod vis, ut alii sibi faciant, tu tibi facies. II. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. III. Quod vis, ut alii tibi faciant, ipsis facies: sentiendum sit, alii judicent. Certe expedita ea sunt, ac digna quæ jugiter inculcentur. Vide C. Thomasii Fundamenta.

Nupera D. Kestneri sententia, adfertur,

&

Alia Viri Doctissimi commendatur,

XII.

Si quis interea distinctam à nostra, ad eundem tamen scopum collineantem viam in pervestigando docendoque Jure Naturali eligendam existimet, aliisque è fontibus illud eruat repetatque; cum eo quidem, modo veri in se sint, ac alias admitti possint, non difficile fuerit concordiam inire. Atque huc referre possis (a) I. *Principium* de cultu divino, II. ac de conformatione Creaturæ rationalis cum Creatore: itemque III. de Studio Pacis & benevolentiæ omnium erga omnes: IV. de Justitia & Sanctitate divina: V. de Ordine Naturæ: VI. tribus istis Jureconsultorum, honestè vivere, neminem lædere, suum cuique tribuere: vel VII. ultimo ex his tribus axiomatibus: VIII. de illo universali: quod Tibi non vis fieri, id alteri non feceris; IX. de amore Dei & hominis. Tametsi enim quædam ex iis (b) inadæquata, alia etiam inevidentia sint; falsa tamen haud sunt, sed talia utique, è quibus, acroamaticæ

Quomodo redigenda in concordiam Principia?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [173] - 163
PUBLIC DOMAIN

maticæ disciplinarum methodo adsueti conclusiones idoneas elicere, ac de rebus actionibusque practicis constans solidumque judicium possunt formare.

Recensus *Auctorum.*

a) *Ut judiciosè, ac moderatè simul Kulpisius I. 6. p. 10. Primùm Nitschius: alterum D.* Zentgravius, *tertium sub li Opere* Richardus Cumberlandus: *quartum è Theologis Nostris multi & magni; conf.* Zentgravius *de Orig. J. N. art. V. §. 22. quintum H. Bodinus: sextum Jurisconsulti vulgo: Septimum Strimesius: Octavum, quod Regulam à Salvatore quoque commendatam complectitur,* Confutius *Sinensium Philosophus* (vide supra Exercit. I. §. VIII. p. 13, *aliquot ante* Christum *natum seculis clarus, & commune gentis oraculum, suis pro Norma quoque vivendi inculcavit:* Ne facias ulli, quod pati nolis; *Nonum denique* Hoppetus *de arte Jur. L. I. fol. 21.* Hugo de Roy, *de eo quod justum, L. I tit. 3. §. 5. & qui ab his haud alienus,* πολυμαθέστατος Becmannus, *amplexus est, qui tamen universam virtutem ex triplici amore, DEI, sui & proximi æstimat.*

b) *Conferri potest Pufendorf. de J. N. & G. II, 3. 5. De primo sunt, qui moneant, non adæquatum esse:* Alterum, *inevidens ajunt.* Tertium, *cum socialitate coincidit; sed vocabulis diversis proponitur. De* quarto *notæ lites, inter Pufendorfium ab eoque dissentientes, sunt. Add. Spec. Controv. c. IV. §. 3.* Quinto *inevidentiam objecit D. Thomasius.* Sexto, *idem opponitur, quoniam de honesto prius dispiciendum erit, ut è Ciceronis de Officiis Opere constat, qui honesti regulam constituit socialitatem. Idem de* septimo *observant. De* octavo *videri potest Scharrokius de Offic. c. II. n. XI. etsi non dissimulandum sit, neminem censuræ suæ indulsisse virum doctum.* Nonum *triplici Objecto officiorum, sacriq; Codicis auctoritate nititur, & cum socialitate, inprimis Zentgraviano sensu accepta, coincidit. Quorsum referas Melanchthonem, Calixtum, alios, qui ad Decalogum confugerunt: Principium utique verissimum, sed quod non omnes amplectuntur. Quemadmodum etiam de iis, qui Statum Integritatis substituunt, censendum esse supra monuimus. Conf. Exercit. I, §. XVIII lit. c. p 32.*

XIII.

Quid de aliis principiis tenendum?

Cæterum, quando alii principium in *propriæ* salutis studio; (a) vel præceptis Noachidarum: aut in actibus quos homines

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [174] - 164
PUBLIC DOMAIN

mines cum brutis communiter adpetunt, vel aversantur, quæsivere: eos utique ab instituto disciplinæ nostræ, ipsoque veri limite recessisse existimamus; quoniam propria salus publicæ infinitis in casibus cedit, ac turpe indignumque homine esset, hanc ad illius modum metiri; quam veri naturalis vim *Cicero de Legibus primo* expressit, homines ad justitiam natos, justitiamq; natura constitutam esse demonstrans. Lege eundem, si placet, Ciceronem de Officiis tertio, & miraberis paganum demonstrasse: *Nihil esse utile nisi sit honestum:* quod nova philosophia in dubium traxit homo inter Christianos natus. Vide, quam pulcre capite quinto inferat; *hominem Naturæ obedientem homini nocere non posse.* Ac rursus: *Si*, ait, *nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis: quid cum eo disseras, qui OMNINO HOMINEM EX HOMINE TOLLAT?* Solvat Hobbesius, quod in forma proposuit argumentum Tullius: *Si una est omnium Lex Naturæ (quæ omnes continentur,) sequitur, Lege naturæ prohiberi violationem hominis. Verum autem primum. Ergo & extremum.* Denique nec omnis defensio sui est secundum rectam rationem. Quid de militibus dicas, quos Civitas ad sustinendam læsionem adstringit? quid de Obsidibus? Cæterum qui Noachidarum præcepta substituunt, his probandum erat, ea omnia vel Juris (b) naturæ esse, (c) quod merito grande postulatum appellavit Osiander: vel hujus ambitum exhaurire, vel mere talia (d) proponere, quæ jure Naturali pervia omnibus esse possunt. De principio vero quod in actibus hominum cum brutis communibus quæsivisse Ulpianea (e) definitio videtur, consulendi sunt Juris Romani Interpretes, quam alii probant, alii excusant, alii penitus rejiciunt. Hoc saltim indubitatum est, bruta non ex obligatione, sed ex naturali quodam agere instinctu; neque jus esse sine ratione, ac id quod naturale est, ab eo quod juris est naturalis plurimum differre. Quod postremum præclarè docuit Seneca: Nunquam, inquiens, erit bonum in eo, quod irrationale est. Bonum quidem cadere in

Conf. supra Exerc. I. §. XXI, lit. c.

 mutum

mutum animal nullo modo poteſt; *felicioris melioriſque naturæ eſt.* NISI UBI RATIO LOCUS EST, BONUM NON EST.

Principiũ Tho. Hobbeſii.

a) *Hobbeſius, ſumta hypotheſi de ſtatu, quem naturalem adpellant, in quo natura unicuique dederit Jus in omnia; unde concludit, ſtatum hominis naturalem, ante, quam in ſocietatem coiretur, fuiſſe bellum omnium in omnes; ex quo ipſi oritur primum Juris Naturalis fundamentum:* Unumquemque non poſſe non vitam & membra ſua, quantum in ſuis viribus ſitum eſt, tueri; *& quia iſte jus ad finem fruſtra habet, cui jus ad media neceſſaria denegatur; Conſequens eſſe:* Unumquemque jus habere utendi omnibus mediis, & agendi omnia, ſine quibus conſervare ſe nequeat. *Gloriatus inſuper eſt: phyſicam rem novitiam eſſe: ſed philoſophiam civilem multo adhuc magis;* ut quæ

An novum?

antiquior non ſit libro, quem de cive ipſe ſcripſerit. *Oſtenderunt tamen viri docti, innovatam quidem methodum, dogma verò antiquum ac ab Epicuro olim propagatum, praxin autem longè antiquiſſimam fuiſſe. Quid enim aliud Brennus apud Plutarchum in Camillo affirmans:* Πρεσβύτατον τῶν νόμων ἐκ φύσεως πλέον ἔχειν τὸν κρείττονα τῶν ὑποδεεστέρων. Primam naturæ legem eſſe, ut validior plus quam imbecillior habeat. *Aut ut idem apud* Livium *quinto:* Omnia eſſe virorum fortium? *Cæterum, ubi Moſes veram rerum originem docet, non ſtatum belli, ſed pacis, & jucundæ arctiſſimæque ſocietatis inter primum hominum par initæ proponit. Præterea ex hominum ſimilitudine, non odium, ſed amor reſultat, quum nulla ſit tam fera bellua, quæ non ſui generis bellua maxime delectetur. Qui ini ergo & homini naturam præſcripſerit, ut nihil amabilius quam hominem putet? Neque Hobbeſianam juvat ſententiam, quod objicit, homini naturalem nocendi & facultatem & voluntatem eſſe. Nam neque de omnibus prædicari facultas nocendi poteſt, ut abſentium longeque diſſitorum exemplo conſtat: neque voluntas ad omnes pertinet, qui ne quidem de aliis omnibus notitiam habent. Et quum Reges Civitatesque in ſtatu naturali h. e.* bellico *degere ipſe fateatur; quid aliud conſequi inde poteſt, quam nullum eſſe pactis locum inter imperantes, quum jus ipſis competat in omnia. Quod quidem à ſalute generis humani Civitatumque & ſcopo & dignitate longè alieniſſimum.* Ait: *Statum naturalem utique æqualem eſſe. Igitur neminem alterius judicem eſſe poſſe, proinde quemlibet jus habere quod libet, quodque poteſt faciendi.*

ciendi. Conf. Hobbes. *Elem. de Cive, Libert. c. I. num. 1. ad 10. sqq. & de* Civitatum inter se Statu, *cap. XIII. § VII. Dictare igitur rationem, ut ab hoc statu naturali in Civitatem transferatur, nec in jure omnium ad omnia subsistatur. Sed I.* æqualitas *Juri humanitatis perperam opponitur; & quod contra regulam cœlestis oris:* Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris; *quod contra aurea dictamina;* de quolibet tractando ut æque homine: de nemine lædendo: de exhibendis unicuique humanitatis officiis, *admittitur:* contra Jus *factum esse censetur, adeoque nomine venit injuriæ. II, Quid vero? Nonne Status Naturalis sub DEO est? Atqui is* Rector ac Superior omnium communis *ea dictamina sanxit, & vindex injuriarum est, ac licentiam agendi legibus naturalibus constrinxit. Igitur temere dicitur, quemlibet per Naturam jus habere in quodlibet faciendi. III. Præterea, in* Patribusfamilias segregibus, *ante institutas Civitates, atque ubi paucitas neque confusionem, nec mutuum periculum creabat, nulla ejus illimitatæ facultatis vestigia deprehendimus; imo Patrum præcipuè exemplis adparet, etiam tum nefas fuisse, ut alteri quis sunm eriperet, fidemque promissi violaret. Quare nec admitti potest, quod ait:* quid fas, aut nefas, bonum aut scelestum sit, hoc ex Lege civili dijudicandum. *Nec illud:* quid nostrum, quid alienum, legis civilis quæstio est. *In de Cive, cap. VI. de Imperio* §. *XVI. Imo hæ primariæ Juris Naturæ quæstiones sunt; quod à communi* Domino *omnibus impressum, docet interius, graviterque inculcat,* eos qui nihil de te mali sunt meriti, lædere, esse contra Naturam, *ac metuendam restare pœnam tribunalis divini; licet æqualis æqualem extra civitatem punire non possit. Quidquid cum* Grotio *de J. B. & P. II, 20, in* Jure Civit. *L. I. sect. I. c. III. §. 43. hoc sentiat* Huberus; *cui opinioni, solidis, ut existimo, argumentis obviam itum est* in Tractatione Morali de Jure Pœnarum, *Dissert. II. § 3.* Instas *cum Hobbesio: I.* Naturam tamen hominum ita esse compositam, ut alter alterum oderit: alius alium subigere, spoliare, occidere velit, si detur facultas. *II.* Ac absque civili imperio viveremus, bellum sine dubio omnium exoriturum contra omnes, quod in ἀναρχίαις manifestum sit. *III.* Quemadmodum & mutuus metus in causa fuerit, ut homines de ordinandis civitatibus cogitarent. *IV.* Denique cum omnes infantes nascamur, hi verò fœdus, quo civitates contrahuntur, capere non possint, liquido adparere, cunctos homines ad societatem civilem ineptos esse natos. *Vide si placet, de Cive*

Cap. I. §. II. annotatione prima. Ubi nos quidem, corruptionem humanæ naturæ non negamus. Vidit eam agnovitque Cicero, *& postquam justitiam natura constitutam dixisset,* imbecilles tamen animos à depravatis consuetudinibus opinionumque vanitate torqueri, & quocunque cœperint flecti, inclinare, *eodem, quem laudavimus, loco, concessit. Male vero* Vi rationis *& Legi Juribusque DEI opponitur* affectuum corruptio, *consuetudinumque & opinionum perversitas. Itaque si de eo loqueretur, quod contra præterque naturam, accedente vitio contingit, & in hac mortalium improbitate evenire consuevit, non equidem esset, quod ei obverteremus. Sed hæc ad Statum, quem suæ disciplinæ substernit, naturalem non pertinent. Idem ad alterum dicendum est; neque nos metum à caussa impulsiva societatis civilis excludimus, qui proinde nativo societatis amori perperam opponitur. Quid quod ne* Hobbesius *quidem negare potuit,* homini *statim, atque natus est,* solitudinem perpetuam esse molestam, *aliosque aliorum congressum, natura cogente adpetere; quidquid deinceps assuat,* inani *interseppetere* & capacem esse, distinctione. Adde de Cive cap. I. §. 2. annot. prima. *Denique indigna* acuto Viro *de infantibus exceptio est. An enim ad rationem quoque facti infantes non sunt, quia ejus exercitio destituuntur? Aut quis negat, ad usum justitiæ,* judicii quoq; maturitatem *requiri. Vide vel unum, si placet, Auctorem de O. H. & C. I, 1, 25. & confer* Ulric. Huberum, *de* Jure Civitatis *L. I. sect. I. c. III. §. 9. 10. Edit. tertiæ: qui etiam* Spinosæ, *idem quod Hobbesius fundamentum ponenti, longinsque procedenti satisfecit, capite sequenti quarto. Quem videat Lector, tyrocinia disciplinæ nostræ supergressus. Nobis plura addere non vacat.*

b) Osiand. *ad Grot. I, 1, 16. Observat. III. p. 261. Multa tamen, non* sine specie, *pro veritate traditionis horum præceptorum congessit* David Mevius, *Nucleo Jur. Nat. Inspect. I. §. 10. quæ examinari utique merentur.*

c) *quod quomodo probabunt de ciborum discrimine, nixo altiori principio?*

d) *quomodo de vita æterna? cujus præmium Jus Naturæ non policetur.*

e) L. I. ff. de Justit. & Jure. *Quam definitionem sequitur in Institutis Imp. Justinianus; eamque à recentioribus quamplurimis,* Ungepatz. *Exerc. II. qu.* 1. Franzk. *Ex. II. q. 3.* Merend. *L. I. Controv. c. 1. n.* 12. Lederen. *in Diss. de Jure Bestiali adoptatam, subinde absurda*

multa

multa in Philosophia & Jurisprudentia peperisse fatetur B. Antecessor Schein mannus Posit. Controv. *de Jur. Nat § IV. Fuit ea sententia veterum quorundam Philosophorum:* Ægyptiorum *imprimis apud* Diodor. *secundo, ac ex horum disciplina* Indorum; *imo è Judæis Pharisæorum, apud* Joseph. *de Bello Judaico II, 7.* Metempsychosin, *seu quod homines & bruta figura duntaxat corporea differant, animas verò similes habeant, seque inter communicent, statuentium. Confer, si placet,* Mevium, *Nucl. Jur. Nat.* Inspectione *II §. 3. per tot.*

Unde Metempsychosis?

XIV.

Cæterum, ut Summam argumenti pro indole Legis Naturalis in Socialitate consistente, in eo demum constituit Auctor, quod ea una sit Medium ad conservationem totius magnæ hujus mortalium civitatis, & civium in ea omnium; scilicet homo * extra opem aliorum ne vivere quidem posset: Si sine ** ea nec malitia visque injusta mortalium reprimi: nec *** insignis illa ingeniorum varietas temperari posset: manifestum utique fieri, hanc à DEO Legem omnibus mortalibus injunctam esse, ut socialiter vivant, ac vitam cum aliis beatam ac tranquillam desiderent: Ita ex infinitis prope demonstrationum exemplis, nonnulla excerpsimus, quo quidem subitanea lectio obtulit, ordine. Sic *Jus partis majoris*, i. e. pluralitas votorum est à natura, quia alias societas non posset subsistere. Aliud est, si de pactis sit sermo. (a) Naturalis autem pars major Jus habet integri. Testamentum non est Juris naturalis, quia non destruitur humana societas, etsi Patri v. c. non liceat testari. (b) Translatio dominii debet fieri per verba vel per alia signa, quia actus interni imputatio repugnat Societati humanæ (c) Homo tenetur dona sua facultatesque excolere, ut idoneum fiat Societatis membrum. (d) Defensio cum cæde percussoris est licita, quia alias humana societas in perpetuo esset periculo (e). Defensio rerum violenta nititur socialitate, quæ alias conservari non posset (f) Leges positivæ non censentur obligare in casu necessitatis, quia illæ

Quibus exemplis probari possit Usus Principii de Socialitate.

datæ ſunt in conſervationem non deſtructionem ſocietatis (g) Reverà inſociabilis eſſet vita hominum, ſi contra eum, qui modicas injurias continuare non deſiſtit, extrema non liceret adhibere. (h) humanæ ſocietatis, & nullius in ea ſtatus connexio firma eſt, citra Religionem. Quia hac remota & omnis obligatio ceſſat, & officia inter homines nulla intercedunt. (i) Animus ad commodè tolerandam vitam ſocialem eſt formandus (k). An defenſio membrorum cum cæde alterius ſit licita? Negatur ex ſocialitate, & quia talis patientia communem hominum conſtantiam ſuperat, & OMNES à gravi mutilatione abhorrent. (l) Ita ex ſocialitate patet defenſio rerum, quia ſine rebus vita conſervari nequit (m). Cur nemo lædendus? quia niſi hoc foret, ſocialis hominum vita nullo modo conſiſtere quiret (n) Damnum reſarci? Cur? quia citra neceſſitatem reſtitutionis abs ſe invicem lædendis non abſtinebit mortalium pravitas. (o) An & qui per negligentiam ſeu culpam lædit, teneatur ad reſtitutionem? quidni? Hæc enim non minima eſt pars ſocialitatis, ita circumſpectè agere, ut noſtra converſatio aliis non fiat formidoloſa aut intolerabilis. (p) Homo noſter, ſi alterum lædat, vel noxæ dandus, vel reparatio facienda. Aliàs enim ſervo daretur licentia omnes pro libidine lædendi, quod eſt contra ſocialitatem. (q) Obligatio ad colendam vitam ſocialem (r) cum aliis hominibus omnes æqualiter ſtringit. Ergo inter homines intercedit æqualitas Juris. Inſociabiles ſunt, qui, ubi Jus non habent, prærogativam quærunt. (s) Officia humanitatis propter communem ſocialitatem ſunt exercenda (t) adeoque & talia in alios conferenda, aut invicem communicanda, ex quibus mutua inter homines BENEVOLENTIA alatur. (u) Gratitudo neceſſaria eſt virtus, quia alias inter homines omnis tolleretur benevolentia (w) & fiducia. Pacta iniri inter homines neceſſarium eſt, ut mutua inter eos officia, qui fructus eſt ſocialitatis, eo crebrius, & ad certas veluti regulas exerceantur. (x) Fidem ſervare

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [180] - 170
PUBLIC DOMAIN

vare jubet ſocialitas, quia ex decepta fide juſtiſſimæ querelarum bellique cauſæ pullulare ſunt idoneæ. Promiſſa ebriorum non obligant, contra eorum delicta ad pœnam obſtringunt. Ratio utriusque aſſerti eſt Socialitas; quæ vehementer læderetur, ſi delicta Ebriorum manerent impunita, aut promiſſa obſtringerent, quia facile foret promiſſum ex altero elicere, fraudemque ac dolum impune committendi, ſi non facultas concederetur, anſa tamen decipiendi ſuppeditaretur. (y) At non nocetur ſocietati, ſi promiſſa ebriorum non ſervantur. Nocetur autem ſocietati humanæ, ſi delicta Ebriorum maneant impunita. Quivis enim delictis facile impunitatem conſequeretur, ſi diceret, ſe ebrium feciſſe. Reſilire à pacto poteſt, qui ad id per errorem eſt inductus, ſi res ſit integra, quia nullo pacto læditur ſocialitas. At ſi res non amplius integra ſit, reſilire non poteſt, quia Socius præter meritum læderetur. (z) Si promiſſioni aut negotio ſerio adjecta ſit conditio impoſſibilis, ea habetur pro non adjecta, ne per actus nullum eventum fortituros hominibus illudatur. Quod eſt contra ſocialitatem. (aa) Vel ex ſola facultate ſermocinandi quidam collegerunt, hominem ad agendam vitam ſocialem à natura deſtinatum (bb). An jurare liceat cum reſervatione in mente? in argumento contra Jeſuitas diſputatur. At quis non neget? Alias enim omnis uſus Juramentorum, imo omnis ratio intervenientibus ſignis ſeſe obligandi, ex humana vita tolleretur, ſi quis tacita ſua intentione poſſet impedire, ne effectus ille actum aliquem ſequatur, cui producendo idem eſt inſtitutus. Verbo: Neceſſario facit ad ſocialem vitam non jurare cum Reſervatione in mente. (cc) Viciſſim jurare cum Reſervatione deſtruit ſocialitatem. E. Jure naturali prohibetur. Quæ quidem ad inductionem exemplorum poſſunt ſufficere, nervumque demonſtrationis ſatis oſtendunt.

* *Pufend. de O. H. & C. I, 3, 3.* ** *I, 3, 4, 5.*
*** *I, 3, 6. præcipuè in fin.*

a) Grot.

a) *Grot. II, 5. 17. Kulpis. Coll. 59. §. 8. add. Puf. de Off. II, 6, 12.*
b) *Pufend. O. M. II, 3, 22.*
c) *Grot. II, 6, 1. vide Wernher. de modo ſcientificè demonſtrandi ea quæ ſunt J. N.* d) *Offic. I, 5, 1.*
e) *ibid. I, 5. 6. alias quippe omnia bona. p. 68. violentam defenſionem proſcribere exitio generi humano eſſet futurum.*
f) *I, 1, 16.* g) *I, 5, 18.* h) *I, 5. 8.* i) *I, 4. ult. per tot.*
k) *I, 5, 2.* l) *I, 5, 14.* m) *I, 5, 16.* n) *I, 6. 2.*
o) *I, 6. 4. Q. neceſſario facit ad ſocialitatem, illud naturali jure præceptum. A. reſtitutio ſive compenſatio damni I, 3, 9. Min. probat. auctor I, 6, 4.* ibi: *quia citra neceſſitatem reſtitutionis. & q. ſ.*
p) *I, 6, 9.* q) *I, 6, 11.* r) *I, 7, 2.* s) *I, 7, 3.* t) *I. 8. 1.* u) *ibid.*
w) *I, 8, 7.* x) *I, 9. 2. adeoque pacta inire neceſſario facit ad ſocialitatem; quia citra exploratam ſpem paria recipiendi nemo ſuppeditabit ad vitam alteri neceſſaria.*
y) *I, 9, 10.* z) *I, 9, 12. num. 2.* aa) *I, 9, 20.* bb) *I, 10. 1.*
cc) *Pufend. O. H. & C. I, XI. 5. adde Diſſert. noſtram de Juram. § 8.*

XV.

Quis effectus LL. Naturalis?

Effectus LL. naturalium eſt obligatio omnium mortalium, eaque tam efficax, ut ne feriſſimus quidem Cyclopum ab ea liberare ſe queat. Ipſa (a) vero obligatio cum in nobismet ipſis per conſcientiæ dictamina ac vim, pudorem item, & interiorem illum carnificem nos lancinantem; tum per exteriorem vindictam à transgreſſoribus agnitam innoteſcit. (b)

a) *Breviter iſta quidem, ſed ſolidè deduxit Zentgrav. de J. & J. §. 20. p. 36, 37. Adde* Ariſtot. *de Mundo c. 6. p. m. 1223 ſub finem.*

Uſus doctrinæ.

b) *Eundem in ſenſum Theologi:* das natürliche Geſetz iſt nicht nur bloß ein Liecht von dem jenigen/ was recht oder nicht recht ſeye/ ſondern zugleich ein heimlicher Trieb das Gute zu thun. *Conf.* D. Spener. *ad Rom. II, 14, adde B.* Arnd. *de V. C. L. I. cap. 7. omnino ſub init. item ſub finem.* daß GOtt die Heyden mit ſo ſchröcklicher Blindheit und verkehrten Sinne geſtraffet/ weil ſie dem kleinen innerlichen Liechtlein/ ſo in ihnen von Natur iſt/ und ihrem eigenen Gewiſſen/ und dem Geſetze der Natur nicht haben Folge gethan/ *Rom. I, 28. Hæc ob uſum in omni vita.*

XVI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [182] - 172
PUBLIC DOMAIN

XVI.

Dicitur in Scripturis Lex Naturæ *cordibus humanis inscripta*, velut naturalibus tabulis: (a) allusione dubio procul ad tabulas (b) vel Sinaiticas vel Romanas facta; & Regulam homini *quasi habitualem*, firmiterque inhærentem, perspicuè exprimente. (c) Hæc Lex multo constantior, quæ non lapidi, vel ligno aut æri, sed pectori, intimisque humanæ animæ in„sculpta est. Itaque non sufficit expositio: ideo hanc legem „cordibus inscriptam dici, quia cum recordari non possimus id „tempus, quando primum naturalia præcepta hauserimus, non „aliter de ea cognitione cogitemus, ac si illa nobis nascentibus „jam adfuisset. Id quod cuilibet etiam circa linguam ipsi vern„aculam contingat. (d) Nam vernacula lingua, ipso fatente Nostro, non naturæ est, sed instituti humani: (e) Econtrà Lex Naturalis ex ipsa hominis natura per se consequitur; estque insuper naturaliter cognita, licet nexus terminorum doctrina cognoscatur.

Quomodo *Lex Nat.* cordibus dicatur *inscripta*?

a) *Rom II, 14, 15. adde* Tertull. *de Corona militis, cap. 6. qui* naturales tabulas *vocat, ad quas & Apostolus provocet, cum* ad Romanos *dicit, natura faciunt nationes ea, quæ sunt Legis.*

b) Osiand. *Typo Legis Naturæ p. 155.*

c) *Unde non quadrat exceptio: Etiam Evangelium cordibus inscriptum dicit Jer. XXXI. 33. E. Evangelium homini congenitum fore. Dicitur enim inscriptum non* à nativitate prima, *sed per gratiam. Nostra autem hæc est illatio.* Q. à prima nativitate inscriptum est cordibus, & quidem etiam Gentilium; illud insitum & connaturale est. *Quomodo de Evangelio subsumi nequit.*

d) *Conf. Auctor. h. l. c. IV. §. 12.*

e) *Infra I, 10, 2.*

XVII.

Sunt apud Auctores nonnullæ Juris Naturæ divisiones obviæ: in primarium videlicet, ac secundarium: Suasorium (b) item & præceptivum ac prohibitivum; sed ab hoc fere

Quæ ejus Divisiones?

instituto alienæ, ac præterquam, quod multa desiderari in iis possunt, nullo aut exiguo cum fructu excogitatæ.

quid Jus Nat. primævum? quid secundarium?

a) *quod & primævum vocant, quod semper obtinuerit, etiam antequam genus humanum esset multiplicatum. Secundarium vocant, quod mundo demum multipliplicato vires suas exerit. Huic matrimonia fratrum & sororum refragari, non illi. Sed quod semel Naturæ humanæ conveniens contrariumque est, tale perpetuo est manetque. Malumus nos Legem positivam universalem statuere, quam Jus Naturæ secundarium comminisci.* add. Kulpis. *Exerc. IV. p. 57. lit. r)*

b) *Juris autem sive Legis* non est suadere, *sed præcipere, sed obligare.*

XVIII.

Quotuplex Objectum Legis Naturæ?

Divisio Officiorum secundum Objecta, quæ tria principalia sunt, commodissimè instituitur. (a) Addunt alii (b) quartam Officii speciem, erga Naturam, ut vocant, Inferiorem, quæ tamen non incongruè ad doctrinam de dominio reservari potest. Recte etiam à recentioribus Ethicis factum, quod virtutum classes juxta Objecti ternarium formarunt. (c) Cæterum ut varia sunt ad virtutem incitamenta; *sic ea*, vilis hoc seculo, *ignoscere viris cordatis debet*, si quando Per Se contemnitur, ex utilitatibus ipsi pretium facere contendunt. Quali dissertationis specimine de Temperamento Belli usus est Grotius, moderationem suasurus, quod ea magnum hosti telum eripiat, desperationem. (d)

De Officio erga Naturam inferiorem: & Bruta. An?

a) §. 13. add. Tit. II. 12. *ubi Officium hominis in hæc tria dispescitur.*

b) *Diserte ejus mentionem facit* Schilterus, *Monud. Phil. Moral. ad Jurispr. p. 34. addi poterit, inquiens, & quarta species actionis Moralis erga naturam inferiorem Brutorum. Quanquam sint qui per naturam inferiorem non bruta solum, sed & creaturas ceteras, quas homo dignitate vincit, intelligant. Est autem hoc Officium nihil aliud, quam complexus actionum hominis circa res hujus universi, homini inferiores, rectæ rationi convenienter exercendarum, quarum rationem DEO DOMINO, qui ipsum velut usufructuarium constituit, redditurus est. Ad Officia Intellectus pertinet Rerum conditarum contemplatio, tum qua earum varietatem, tum texturam planè admi-*

admirandam, pulcritudinem ac συμμετρίαν prorsus stupendam. Quo de legendus Arndius *Veri Christianismi* Libro quarto, & parte Ejus priore. *ut & II, 29. Maximum in minimis esse DEUM* docuere, qui de insectis curatius egere, beneficio cumprimis Microscopiorum. ut Leewenkœkius. *Diligens etiam hoc de argumento opera est* Matth. Mecke, *Disput. Morali de Officio Hominis erga Naturam inferiorem, habita Jenæ 1693. Inprimis verò huc pertinet usus dominii hujus legitimus, quo de in sacris præcepta extant; ne quis bestiis feris, Exod. XXIII, 11. aut jumento alimenta omninò subtrahat*, Deut. XXII. 4. *vel periculo vitæ implicito suppetias deneget Matth. XII. 11. vel nimia cura bestias prosequatur, Marc. VII, 27. Conf. eo* Schomer. *Theol. Moral. c. XVIII. §. 3. aut cruciatibus, plagisque diris afficiat; quùm Justus etiam jumentorum suorum commiseratione tangatur, Prov. XII, 10. imo & DEUS ipse ea diligat, Genes. VIII. 1. Jon. IV. ult. & in eorum gratiam ac sustentationem quoque Legem de Sabbatho agri condiderit, Exod. 23, 11. Dominii enim in animantia concessio non largitur infinitam homini potestatem; at sunt hæc insuper monita ad mansuetudinem ac misericordiam in ejusdem participes naturæ efficax informatio. Adde* Tertull. adv. Marcion. II, 17. Theodoret. *in Deut. qu. XXI.* Pufend. *Elem. JPrud. Nat. L. I. Definit. V. §. 13. p. 51. Quæ omnia referenda inferius ad I, 12. de acq. rerum Dom. & videndus etiam Noster de J. N. & G. IV, 4, 7. Stolidi* Norvagi, *qui* Canem pro Rege *habendo nimis fuere officiosi.* Becm. *Polit. Par. XII. 9. 56?*

& quale illud?

a) *Pulcre hoc & concinne præstitit meritissimus de bis re literis* M. D. Omeisius, *quem utiliter hic sequetur earum Cultor. Scilicet virtutes partim* Deum, *partim* Nos *ipsos, partim* homines alios *respiciant. Unde tria Juris Naturæ præcepta: Vive* erga Deum *pie:* erga teipsum *temperanter:* erga proximum *justè ac socialiter. Ad primum revocantur virtutes* Pietati *inclusæ: cognitio Dei, ejusque cultus ac amor; Ad secundum Virtutes sub* Temperantia *comprehensæ:* Frugalitas: Castitas: Sedulitas, Vigilantia, *prout scilicet temperantia occupatur circa res naturales: quatenus verò occupatur in fortunæ bonis,* αὐτάρκεια, & parsimonia: *ratione bonorum:* Modestia; *in adversis* fortitudo; *togata, & quæ ab indumento militari* sagata *denominatur. Ad tertium pertinent* Justitia, Veracitas, Taciturnitas, Gratitudo, Liberalitas, Hospitalitas, Humanitas, Mansuetudo, Misericordia, Amicitia.

Summa Aretologiæ, juxta triplex J. N. objectum.

d) *Illustris hic* Grotii *locus est, & in praxi maximi usus* de J. B. & P. III, 12. 8.

XIX.

An in Lege Nat. intercesserit *Dispensatio?*

Solvitur exemplum à *Naamane.*

Dispensatum in Lege naturali de non colendis Idolis ab Elisa (a) Dei Ministro apud Naamanum esse, sunt, qui opinentur (b), cui roganti, ut officii gratia templũ Rimmonis (quod Saturni adpellat Abenesras) cum Rege Syrio ingredienti & coram idolo corpus flexuro DEUS ignoscat, benedictionem veniamque dederit Elisæus. (c) Sed expeditissima ratio dispensationem elidendi videtur, si Naamanum non futuri aut committendi à se deinceps, sed commissi præteritique peccati veniam petiisse statuamus. (d) Quemadmodum & ex nuperis *Vir docti*, verba Naamanis orantis: יִסְלַח נָא יְהוָה condonet quæso Dominus, interpretatur, *quod scil.* in Rimmonis æde incurvavi me. (e)

a) *II. Reg. V, 18, 19.*

b) Adrianus *VI. in IV. sententiar. tract. de Baptism. quæst. 1. art. 1. de externa tantum simulatione adorationis Rimmon agi ait, quæ intrinsecè mala non sit. Quod sensisse etiam ille videtur, qui filio in Italiam abiturienti hoc Naamanis exemplo consilium suggessit, salva nempe ipsum conscientia Missæ interesse, & easdem cum Italis ceremonias usurpare posse.*

c) Grotius *ad Luc. IV. 27. ita conatur expedire, ut esse existimet* non peccati, necdum perpetrati, deprecationem *(quam nemo sanus admiserit) sed potius interpretationem facti ambigui. Nam cum corporis ista dejectio apud Syros tam θρησκείας esset signum, quam ejus venerationis, quæ Regibus exhibebatur, testatum voluisse Naamanum, se quoties, Regem in templum comitatus, ibidem esset procubiturus, factum id non in honorem Rimmonis, sed Regiæ Majestatis, paratum etiam idipsum coram Rege atque aliis palam profiteri: non tam ut hoc condonaret, quam ut æqui DEUS consuleret, deprecatum esse. Sed ignoscere, quod petit Naamanus, ac propitiari, non est æqui consulere. Neque* Calovio *satisfacit* Thummius, *quæstionem à Naamano proponi autumans, num bona conscientia comitari Dominum ingredientem templum Rimmon possit? cum non casum conscientiæ in re*

re dubia, ſed humilimam peccati deprecationem heic occurrere manifeſtum ſit. Placuit tamen eadem ſententia Viro de his ſtudiis optimè merito: qui, licuit certe, inquit, ex Eliſæ conceſſione Naamani Syro, poſt ſui converſionem, intereſſe ſacris Idololatricis Regis ſui, in domo idoli Rimmonis, officii Politici cauſa. Unde ſicut Naaman ab Eliſa impetravit, ut ſibi liceret comitari Regem ad templum Rimmon: ita Saxo in Comitiis Auguſtanis, re deliberata, cum Theologi dicerent licere adeſſe, quod ad ſuum officium eſſet vocatus, non ad Miſſam, velut ad cultum divinum, acceſſit, vide Zentgrav. *Summ. I. Div. p. 466.*

d) *Ita* Dorſchæus *T. I. Theol. Zachar. p. 83.* Calovius, Scubertus, *alii. Cæterum non placet reſponſio, forſan* præter intentionem ſummi Viri *exſcripta: non abſurdum eſſe dicere, DEUM diſpenſaſſe circa quædam connubia: utut enim DEUS non poſſit diſpenſare in* JURE *Naturæ, quoad præcepta primæ Tabulæ, tamen quoad ſecundæ.*

e) *D.* Hillerus, *de ſermone Scriptorum divinorum Elliptico, §. 14.*

XX.

Quid de exemplo Hoſeæ cenſendum?

Probaturi Diſpenſationem ad *Hoſeam* [a] quoque provocant, qui Meretricem, ſui quæ multis copiam feciſſet, ducere divino præcepto, debuerit; nec defuerunt, qui Prophetam ipſum eſſe ſcortatum, & aſſumſiſſe Gomeram non matrimonii ſed fornicationis cauſſa exiſtiment. Quemadmodum & *Thomas. I.* Secundæ qu. 10. art. 4. ad 3. & 22. q. 154. art. 2. ad 3. cenſet, Gomeram non fuiſſe copulatam Hoſeæ vero matrimonio, ſed DEO ſic diſpenſante, ut filios ex ea procrearet, ei traditam. Quid quod Latinus Interpres commate ſecundo verba ſic extulit: Fac tibi filios fornicationum (b). Sed arbitror, fruſtra heic difficultates (c) quæri, quia turpe per ſe non eſt, ſcortatricem ducere, ſi ejus antegreſſa turpitudo, ſubſequenti, ut heic factum, cohoneſtetur matrimonio.

a) *c. 1, 2. Uxorem equidem ducere, quæ fuerit meretrix, non erat illicitum niſi Sacerdotibus, Deut. XXI, 1. Videri quidem id poterat ſubturpe, ſed quicquid jubet DEUS, idem jubendo honeſtum facit. Ita quidem ad h. l.* Grotius, *quæ ſi de indifferentibus, lege ſubſequa vetitis, capiantur, admitti poſſunt.*

b) *Sed*

b) *Sed* in Hebræo *non est*: Fac, *sed*: & natos fornicationum, *scilicet assume*. *In domum deduc cum matre spurios illos, quos in vita illa meretricia genuit.*

c) *Sunt, qui hæc omnia non vere, sed ἐν ὁράματι contigisse statuunt, ut* Majemon. *in More Neboch. P. II. c. 45.* & Hieron. *in proœm.* & *ad cap. 4. Ezech.* Origenes, & *cum eo, ut* Ruffinus *ait, Palæstina* & *Ægyptus. E recentibus* Junius, Tremellius, Polanus, Drusius; *Lutherus etiam typicè ista accidisse, ac legitimæ casteque uxori Hoseæ solum nomen scorti significationis causa impositum fuisse censet.*

XXI.

Quid de vasis Ægyptiorum?

Vulgatum nimis est exemplum Israelitarum vasa aurea & argentea ab Ægyptiis captantium. Nos alibi ad *Repressalias* referri diximus. *Irenæus* eos ipso Juris Naturæ defendit, quod in compensationem operæ res Ægyptiorum ceperint; *Tertullianus* etiam ostendit, minus multo exactum quam debebatur. (a) Equidem DEUS ipse aliquot ante seculis genti Abrahamicæ has opes destinarat, eam בִּרְכָשׁ גָּדוֹל magna cum substantiâ, ac opimis facultatibus egressuram Abramo pollicitus. (b) Quid verò multis? *Res aliena non fuit*, sed DEI. Ut prætermittam, esse qui statuant, Israelitas vasa ægyptiaca non extorsisse, sed velut dona, DEO Ægyptios ad benevolentiam movente, ab illis accepisse. (c)

a) *addat. Grot. J. B.* & *P. II, 7, 2. in notis.* & *III, 7, 6. pariter in adnotationibus.*

b) *Gen. XV. 14.*

c) *Ut* שאל *sit petere,* & השאיל *dare; adeoque nec illud mutuari, nec hoc commodare. Unde versio: Et fecerant filii Israel juxta verbum Mosis,* & *petierant ab Ægyptiis vasa argenti,* & *vasa auri,* & *vestes. Et DOMINUS dederat gratiam populi in oculis Ægyptiorum, ut darent illis. Consentit Josephus:* δῶρα τε, inquiens, τὰς ἐβραίας ἔτιμων. *Quo de argumento extat Dissertatio D. Jo. Spechtii, Ecclesiastæ Isnensis, huic habita.*

XXII.

Quæ definitiones Juris naturæ?

Jus naturale descripsit Grotius, (a) quod sit dictatum (b) rectæ rationis * indicans alicui, ex convenientiâ aut disconve-

venientia cum ipsa natura (sociali) rationali, inesse moralem turpitudinem (c) aut necessitatem moralem, (d) ac consequenter ab auctore naturæ DEO talem actum aut vetari, aut præcipi. Eodem recidit, ubi definitur, Lex Divina naturaliter nota, obligans homines, qua tales, ad ea, quæ necessario conveniunt cum Natura sociali, facienda: & ad ea, quæ disconveniunt, omittenda. Aut si mavis, cum subactissimo *Hubero*, expensis, quæ Philosophi tradunt, omnibus, ad Apostolum denique confugere, & ex Rom. I, 19. Jus definire, hominibus à DEO manifestatum, per quod sibi ipsis sunt Lex, & in conscientia se devinctos agnoscunt; nos habebis prorsus consentientes.

a) *I, 1, 10. Objiciunt nonnulli (1) dictatum esse actum transeuntem, qui de Lege naturali tanquam permanente non posset prædicari.* (2) *dictatum esse posterius Jure naturæ, & ab eo proficisci.* (3) *Principium Juris Naturæ esse voluntatem divinam non rationem humanam. Sed (1) Grotius Legem naturæ intellexit in actu & exercitio. Dictatum etiam potest esse actus permanens: 2. Potes, si velis vocare Regulam, qui terminus est admodum commodus. Unde* Osiander *definit, quod sit regula menti humanæ divinitus impressa, obligans ad prosequutionem boni & fugam mali. Subjectum est mens humana; Materia circa quam sunt actus boni & mali per se tales. Modus promulgandi consistit in inscriptione in cordibus, ut Leges Principum in tabulis æneis. 3. Pertinet ad entia permanentia, ratione obligationis. Ad 2. dico, dictatum quatenus pro fundamentali propositione, cordi humano inscripta, sumitur, esse ipsum Jus naturæ. Dictatum alibi est causa: heic norma: Ad 3, nota est distinctio inter primum principium practicum, & ipsam Legem naturæ. Porro recte Kulpisius Legem Naturæ à* Grotio *descriptam, non rotundè definitam dixit. Instat* Feldenus: *quid dictatum sit non esse obvium.* Respondeo, *dictatum Grotio esse præscriptum aliquod, idque latiore in sensu, vel affirmativum, vel negativum.*

Grotiana definitio vindicatur.

Recensetur Osiandrina.

b) *Peccant autem qui describunt, quod sit naturalis instinctus, nam naturales instinctus non eo proficiunt, ut Juris adpellationem mereantur.* Bœcler. *ad Grot. I, 1, 10. p. 153.*

* *quæ est facultas hominis, veras ex primis principiis conclusiones de-*

du-

quid recta ratio?

ducendi. C. Thomaſ. *I, 2, 66. p. 73. & Noſtram Exerc. II. §. IX. lit. d.*

c) *adeoque quæ mutari nequeant.*

quid neceſſitas moralis?

d) *per neceſſitatem moralem intelligit non phyſicam, ſed eam qua quis in conſcientia obligatur. add.* Pufend. *de Off. I, 3. 11. fin.*

XXIII.

Quomodo hoc ad Legem æternam recurrendum?

Dicunt Grotius & Kulpiſius, cum iisque alii, præcepta Juris naturalis Decreto Legis æternæ [a] niti, nobis [b] vero per dictamen [c] rectæ rationis innoteſcere. Quæ phraſeologia ut antiqua eſt, ſic minimè contemnenda, ſi recte capiatur.

a) *Lex eſt, ut ajunt,* non formaliter, *ſed objectivè. Ejus ectypus quoad debita objecta eſt Lex naturalis. Conf. ſupra Exercit. IV. §. 1. lit. a. p. 148.*

An Lex æterna ſit figmentũ Scholaſticorum?

b) *Legem æternam, Ciceroni jam cognitam, figmentum Scholaſticorum dicit Celebris Juriſprudentiæ divinæ Auctor. I, 1, 31. quodque aliquid analogi habeat cum doctrinâ gentilium de Materia prima Deo coæterna, & in moralibus cum doctrinâ de falſo. Sed ut ipſe in Diſſertatione proœmiali anſam reſpondendi ſuggerit, nemo Legem rigoroſè dictam intelligit, ſed normam in mente divina exiſtentem, quam, quidquid eſt, in ſuo eſſe velut ectypus* (ein Abtruck) *ſequitur; & velut omnis regulam ſanctitatis boni hominum actus exprimunt. Materia prima pro re DEO coæterna eique contradiſtincta apud paganos venditatur: hæc verò Lex ipſe DEUS eſt. Neque ea fatum importat, ſed juſtum æternumque ac DEO convenientem ordinem.*

quomodo Lex Naturæ *promulgetur?*

c) *Promulgatio eſt actus, per quem Lex venit in notitiam ſubditorum, variisque inſtituitur modis. Pufend de O. H. & C. I, 2, 6. tum ut Legislator ſit cognitus, tum ut Lex ipſa. Lex itaque naturæ promulgata eſt, hoc ipſo, quod eam DEUS cordibus hominum inſcripſit, ſeu vi congeniti Luminis. Pufend. I, 3. 10. de O. H. & C. ut primo colligat homo: Es utique ſub imperio DEI. E. ejus Legibus obſtrictus. Porrò: hæ Leges amorem DEI & ſocii inferunt, ſine quo miſer eſſes. E. quærenda ſocialitas. Veritas manifeſta in cordibus noſtris ſcripſit: quod tibi fieri non vis, alteri non feceris. Hoc ignorare nemo permiſſus eſt, etiam antequam Lex daretur.*

XXIV.

An subjectum L. N. sint Bruta?

Subjectum J. N. est Homo, non Bruta (a). Contrariæ sententiæ originem dedisse videtur dogma de Metempsychosi. Grotii est Philosophia: Bestias non rem ipsam Juris, sed umbram habere quandam, dicentis. (b)

a) *nisi cum* Fornerio Garcia *velis distinguere inter Jus Naturæ gubernans & gubernatum, quorum hoc Brutis, illud hominibus tribuit. Horologia etiam mirabiles edunt effectus, non tamen gaudent ratione. Confer* Hieron. Rorarium, *quod Bruta melius utantur ratione, quàm homines.*

b) *Umbram, i. e.* simulacrum, *imaginem. instar, de J. B. & P. I, 2, 3. n. 2. vide Antiquum, eundemque Hispanum Scriptorem,* Antonianam Margaritham, *qui extat Tubingæ in Bibliotheca Gremptana.*

XXV.

An in Legis Nat. investigatione recurri possit ad Moralitatem PER SE? sive objectivam?

Cæterum vitio nobis non vertent Viri docti, si in Legis naturalis investigatione moralitatis per se talis sive Objectivæ mentionem denuo faciamus. Ut supra monuimus, non latent nos certamina eo super argumento, nec sine convitio mota; expendendum tamen cordatis?, relinquimus, an non ea, in signo, ut ajunt rationis, antecedenter ad voluntatem DEI, rectè concipiatur? quoniam I. ipso fatente Viro insigni,* impossibilitas abrogandi Leges naturales, per ordinem ad DEUM, est in ipso objecto; ex quo utique consequitur, non à voluntate DEI, (b) qua tali, dependere omnem moralitatem; II, quia equidem liberum DEO fuit condere hominem, sed posito decreto condendi hominem, cujus essentia immutabilis est, non potuit non ei hanc largiri naturam.** III. immutabilitas objectorum fluit ex ipsa DEI essentia sanctissima ac perfectissima: unde nec (c) à Deo mutari queunt, *** IV. si omnis Moralitas est mero arbitrio divino, nulla erit differentia inter Leges naturæ & positivas; neque ratio adparebit, cur illæ abrogari nequeant. (d) V, quis neget actiones DEI

esse moraliter optimas, quæ tamen tales sunt præcisa Lege, quippe qualem DEUS non habet. VI. non pio hoc saltem proposito, sed necessario statuitur, quia si Moralitas omnis est ab impositione DEI, non adparet, cur DEUS, ut justitiam salvaret, impositionem mutare non potuerit. VII. Natura humana malè opponitur Naturæ DEI, à qua omnis moralitas derivatur. Arguo: Natura humana ut talis importat congruentiam vel turpitudinem objectorum: Ergo non voluntas divina ut talis. Aliter dicendum, si de ea, prout cum natura DEI identificatur, loquimur. Altius rem repetunt *Theologi*. Si, inquiunt, moralitas penderet à libero Dei arbitrio, non est ratio, cur filio non pepercisset, & non potius legem suam cassasset, quod utique minus visum fuisset durum. ****

a) *Distinguunt nostri inter Moralitatem objectivam sive fundamentalem & formalem sive relativam. Sic Pufendorfius ipse agnoscit, mentiri repugnare Perfectioni divinæ, scilicet ob internam objecti turpitudinem. add. inprimis* D. Jäger. *Jur. Fœderal. quæst. XVIII. pag. 201. seqq.*

* *Kulpisius Coll. Grot. p. 17. n. 9.* add. Osiand. *Typo Legis naturæ §. XXI. p. 126. sqq.*

b) *Distinguunt inter voluntatem DEI præcisè, & ut sanctam. Posteriori non diffitentur esse ab ea omnem moralitatem.*

** *alias hominem non creasset, sed aliud quid.*

Grotius defenditur.

c) *quæ, cum* Grotius *dixit, rem satis expendit; secus ac videtur Pufendorfio d. J. N. & G. I, 2, 6. p. 30.*

*** *Grot. I, 1, 10.*

d) *Facile dilnitur objectio: DEO sic adjungi principium coæternum. An enim sanctitas DEI est regula DEO contradistinctè coæterna? Annon dantur veritates æternæ, quarum æterna est connexio ac necessitas? Annon ipso fatente* Kulpisio, *Lex æterna est decretum æternum voluntatis divinæ, p. 16. §. 6. nemo tamen inde arguit, principium DEO statui coæternum.*

**** *Quidquid adversus nos absurdorum concumulat Sandlovius, illud*

lud omne in ipſum regeri poteſt, ſtante hoc, quod immotè contra Socinianos defendendum eſt, Deum peccata non dimittere impunita, nec poſſe.

XXVI.

Quomodo differant Lex Nat. & Poſitiva?

Differunt Lex Naturalis & poſitiva primo *principio cognoſcendi*: (a) ſecundo *objecto*, quod in Lege naturali perpetuum eſt ac immutabile, tum in ſe, tum reſpectu naturæ humanæ, quam tolli neceſſe eſſet, ſi actuum natura tolleretur. (b)

a) *Thomas, I Pr. Div. I, 2, 65. p. 72.*

b) *prout ipſe Kulpiſius docet, §. VII. n) p. 16. Ais: eſſe utique mutabile, quia in DEO adſit facultas mutandi actu primo. Sed ſi facultas adeſt mutandi in DEO. Ergo Jus perfectum, Ergo Jus naturale non erit niſi ex impoſitione Quis dicet, quod DEO competit actu primo, ei non competere actu ſecundo? Sic omnipotentia in DEO ſecundum ſe ſpectata eſt principium operationum divinarum, atq; adeo actus velut primus; Quo poſito potentia exercendi hoc principium operativum Ei non poteſt denegari. 2. Multò melius ergo dicitur, facultatem mutandi in DEO nullo modo eſſe, quia in DEUM nulla cadit imperfectio. Argno. Quod dicit imperfectionem, id in DEUM non cadit, nec actu primo, nec ſecundo. Sed mutare Legem naturalem: Inſtas: Jus tamen DEI infinitum abſolutumque eſſe. Reſpondeo, ſed non à ſanctitate, bonitate, juſtitia; verum à recognitione ſuperioris, ab impotentiâ exercendi & à Limitatione externa.*

An Jus Naturæ ſit mutabile?

Diluuntur nuperæ objectiones.

XXVII.

Quid Religio naturalis?

Primum igitur inter Officia locum tenet (a) *Religio Naturalis*; dicitque (b) Obligationem DEUM *ritè cognoſcendi*, cognitumque *ritè colendi*. Cæterum ei contradiſtinguitur Religio Revelata. Quemadmodum & notabilis eſt diſtinctio Religionis in SOLIDAM & SUPERFICIARIAM. (c)

a) *Pietatem alii vocant; & commendari hoc de argumento meretur elegans Diſſertatio Jo. Franc. Buddei Halæ Magdeburgicæ An. 1695. inſtituta.*

quid Religio?

b) *Is enim religionis generatim conſideratæ primus conceptus eſt.* Scherzer. *Prolegom ad Syſtema §. XIII. Diſtinctionem Religionis à Superſtitione docet* Cicero *de Natura Deorum II, p. 193. edit. Camer.*

vide Henr. Hammond. *of Will Worship and Superstition Tractat singulari Anglico.*

quid religio *superstitiaria?*

c) *vide* Pufendorf. *de Jure Feciali* §. 11. *Sane si omnes commentitias Religiones, veteres juxta ac recentiores excutias, omnes ad superstitiariarum, seu* historiarum *classem referendas agnosces, quæ fere certis ritibus* ABSOLVUNTUR; *ac si maximè quid de moribus adspergant, id tamen expurgandis humani pectoris sordibus haud quidquam sufficit. Sacrum autem Codicem evolventi perpetuus labor divini Spiritus adparebit circa eam opinionem animis hominum eradicandam, quasi ad cultum divinum qualescunque actus externi sufficiant, ni* interna animi purificatio *adfuerit. Inde Servatori nostro maximum fuit certamen cum sui temporis Judæis, qui divinitus traditam Religionem, Messiæ, per victimas revera animi labem expiare contendentis, obliti, fere in superstitiariam verterant, Matth. V, 20. sqq. VI, 1 — 18. XV, 1 — 20. XXIII. 13, 28. Marc. VII. 1 — 28. Luc. XI, 38 — 47. XIV. 33. XVII. 20, 21.*

XXVIII.

An existentia DEI operosè probanda?

Ipsam quidem DEI existentiam*, à quo tum universa mundi machina, tum præcipuè genus humanum sit conditum, operosè demonstrare supervacaneum fere, & *tantum non cum aliqua Lectorum injuria* conjunctum videri poterat: (a) quoniam tamen & ipse sanctior Spiritus hoc argumentum non plane sepositum, sed gravissimis rationibus confirmavit; & pestilens quoddam hominum genus (de quibus tamen dubitare haud injuria possis, num recte hominibus accensèantur? (b), quos Atheos vocant, negotium facessere volunt videri, ex allegatis ab Auctore (c) rationibus nonnullas pensiculatius contemplabimur.

quid Atheï?

* *Videas allegari argumenta* Metaphysica: Physica & vulgò dicta Moralia. *Ad illa referri debet Subordinatio causarum: in qua deveniendum tandem ad* PRIMAM. *Inter ista ponetur admirabilis hujus universi machina, quæ per fortuitum casum exsurgere haud potuit: Ordo item, creaturarum constans, ac rerum denique omnium ad fines suos coordinatio. Ad hæc pertinet, quod quilibet obligatum est ad sequendum partem probabiliorem; hanc autem: DEUS est: adversa impunities esse probabi-*

babiliorem, ipſimet Athei non poſſunt aſſiſteri. Rurſus, quod humanæ ſocietatis intereſt, adverſæ parti jannam occludere: demum quod illi etiam ſibi metuant, qui in mundo non habent, quod metuant

a) *velut cuipiam rationis compoti de eo dubitare, in mentem venire queat. Verba ſunt* Pufendorf. *de habitu religionis ad Remp. §. 1. p. 9, 10. Adde* Thomaſ. Sitten-Lehre 3 Hauptſtücke §. 4. p. 120 *ſq.*

b) *quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & aptа viderit, neget in his ullam ineſſe rationem, eaque caſu fieri dicat, quæ quanto conſilio gerantur, nullo conſilio aſſequi poſſimus.* Cicero *de Nat. Deor. II, p. 147. edit. Camera.*

An Atheus homo ſit?

Judicium Ciceronis?

c) §. 2. c. IV. *pertinet ad Statum hominis Naturalem, DEUM cognoſcere,* Pufend. *O. H. & C. II, 1. 3. Ergo Atheus negat ſupprimitque Statum naturalem. Quid ſtultius?*

XXIX.

Inter ea, quibus DEI Spiritum, præ cæteris uſum eſſe advertimus, argumenta luculentiſſimum eſt, quod à Speculo Creaturarum petiit; (a) ex quo etiam gentiles, nullo Scripturarum Lumine colluſtrati, quum vidiſſent æquabiles mundi motus, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique conſtantia, debuerint intelligere, ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac cœleſti ac divina domo: ſed etiam Rectorem ac Moderatorem, & tanquam Architectum tanti operis, tantique muneris. (b) Idque ea cum certitudine, ut, ni DEUM agnoſcerent colerentque (c) omni prorſus excuſatione eſſent deſtituti. Referri huc etiam, ut ſupra tetigimus, *ſubordinatio cauſſarum* ſolet, hoc fere proceſſu. Res aliquæ ſunt, quæ cœperunt eſſe. Hoc omnium confeſſione ipſoque ſenſu manifeſtum eſt. At hæ res ſibi non fuerunt cauſſa, ut eſſent, quum quod non eſt, agere non poſſit. E. aliunde habent ſuam originem. Igitur deveniendum tandem ad aliquam cauſſam eſt, quæ numquam eſſe cœpit, quæque eſt, ut loqui ſolemus, non contingenter, ſed neceſſario. Hoc autem qualecunque ſit, id-

Qua probatione utatur Spiritus S.?

ipsum est, quod Numinis aut DEI voce indigitatur. (d) Αὐτόθεος τὸ ΠΑΝ (c)

quid notitia Dei insita? quid adquisita?

a) *Rom. I, 19, 20, 21. quæ notitia acquisita adpellatur; insitæ contradistincta, pro qua argumentatus pridem est D. Oslander, Tractatu de DEO in Lumine Naturæ Exerc. I. §. 17. p. 8. & à qua* velut Semine, *ut Tertullianus loquitur,* Notitiæ de DEO, ad ejus augmentum progredimur. *Adde* Jerem. XXXI, 35, 36. *ubi expressè de* ORDINE, *&* XXXIII, 25. *Mundus ipse loquitur, teste Plotino,* DEUS *me fecit. Sap. XIII. 9. & eo* Grotius. *ac* Sap. XIII, 3, 4, 5.

Demonstratio Ciceronis.

b) *Verba hæc sunt Ciceronis, Apostoli plane collectionem suo exemplo roborantis, de* Natura Deorum *II. p. 195. ubi mirauda leges. Sed ad majora, inquit, redeamus. Ex æthere innumerabiles flammæ Siderum existunt, quorum est Princeps Sol. Et postea, contra fortuitam corporum concursionem ait; Hoc qui existimat fieri potuisse; non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius & viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquæ conjiciantur: posse ex his in terram ex ussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici. Quod nescio anne in uno quidem versu possit tantum valere Fortuna. Rursus; Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur urbem non potest, quæ sunt minus operosa & multo quidem faciliora? Jungantur quæ ibid. ex Aristotele allegat; & p. 197. contra inadvertentiam hominis graviter pronunciat. V. etiam Luther. ap.* Sekendorf. Christen-Staat. *Addit p. 69, 70. Sic, ubi Ens erit in rerum Natura, quod Solem, qui toties major terra est, moderetur? Sane non aliud quàm infinitum. Ordo tam stupendorum corporum tantus, ut ex eo etiam perpetuæ de* FUTURIS *eæque indubitatæ prorsus certitudinis Regulæ constitui potuerint. Pinxit vir pius duo horologia, solare unum: alterum urbicum & automaton; cum inscriptione: Illud multo rectius atque constantius. Cur hoc? quia sole perpetuo regitur. At urbicum,* Die Schlag-Uhr / *quia non semper præsentem habet artificem, sæpe vehementerque errat. conf.* Arnd. *de V. C. L. IV. P. 2. c. 20.*

c) *Rom. I, 20. Haberent autem excusationem, nisi* DEUM *agnoscere per naturam atque ex rerum conditu possint.*

d) *conf.* Grot. *de Verit. Rel. Christ. I, 2. & Auctorem h. l. §. 2. Nemo est, ait Lactantius Instit. I, 2. tam feris moribus, qui oculos suos in cœlum attollat, tametsi nesciat, cujus DEI providentia regatur hoc*

omne

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [196] - 186
PUBLIC DOMAIN

omne, non aliquem tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, plenitudine, temperatione. add. Sir. XLII, 25. sive XLIII. in Germ.

e) Sirac. XLIII, 29. *non formaliter, sed causaliter, notionaliter, eminenter.*

XXX.

Liceat nobis, *remota disputandi subtilitate*, oculis quodammodo contemplari rerum earum pulcritudinem, quas divina providentia (a) constituit. Inter eas ipsi non difficili reflexione inspiciendi sumus. Hanc nimirum corporis nostri admirabilem constructionem, & ut omnia ibi, etiam minima suis destinata sint usibus; hanc *animæ corporisque conjunctionem*, quorum *illa* innumerabiles excellentissimasque elicit operationes, *hoc* tanta arte fabricatum est, ut Philosophorum ac Medicorum præstantissimi nunquam eam satis potuerint admirari; (b) hæc, inquam, si nullo nostro studio, *qui nondum fuimus*, nulla Parentum industria nobis obtigisse cogitemus, opificem auctoremque ostendunt, quem DEUM adpellamus. (c) Quod si cœli * insuper terræque machinam: si stupendam illorum corporum molem: si pulcherrimum in iis ordinem, si suis omnia usibus destinata: atque hanc in universum Mundi visibilis domum ** consideremus: *Opificem* facile colligemus, & quasi palpabimus eundem Directorem, qui sapientissimè hæc omnia disposuerit & moderetur. (d) Quum nemo tam stolidus sit, ut à casu aliquid tam accuratum credat, casu lapides & ligna in domus, aut navis, aut balistæ speciem coalitura, aut ex jactis fortè literis extiturum Poema. (e) Quid? quod agentia, quæ vocamus, naturalia, perpetuo constanterque agunt propter fines, quos ipsa tamen haud cognoscunt. Igitur à sapientia suprema omniumque Magistra eo diriguntur. Est ergo idem qui Creator, etiam Rector universi; magnæ illius Navis Gubernator, Universalis hujus Reip. Lex, omniumque cœlestium terrenorum exercituum Imperator. (f)

Quæ porro argumenta pro notitia adquisita?

Demonstratur Providentia Dei.

a) *Utor*

a) *Utor denno* Ciceronis *verbis, de Natura Deor. secundo.*

b) *Grot. de V. R. C. I, 7.*

c) *conf.* Pſalm. CXXXIX. 13, 14, 15, 16.

* *hoc ſublime cantens dixit Ennius add. Sir. XLIII, 1. ſqq. add Arndt. de V. C. L. IV. P. I. c. 4. Qui ordinatis velut agminibus ſtellas educit, & omnes ex nomine vocat, ut Domini ſervos: heus Syri, heus Geta, pro imperio. Eſa. XL. 26. & cujus ex præſcripto oriuntur omnes.*

** *Mare etiam, de quo* Plinius *IX, 2. quicquid naſcatur in parte naturæ nulla. & in mari eſſe, prætereaque multa, quæ nusquam alibi. Addit, complura in iis majora eſſe terreſtribus. Quis menſus eſt pugillo aquas, & mare eo quaſi continet? quis cœlos quaſi palmâ diſpoſuit? quis comprehendit in tridentali pulverem terræ? quis iſte eſt, qui non minus facile montes ſuſtinet, quàm homo pondera in ſtatera?* Eſai. XL, 12.

d) *Niſi tam ineptus eſſe quis velit, ut cum artificis cujusdam intraverit officinam, juſtoque omnia ordine diſpoſita, neque varia ſaltem artis inſtrumenta, ſed & plurima artificis opera videns, negat tamen artificem, ab quo hæc omnia ordinata ſint. Quod equidem ſtolidiſſimum foret, & de homine vix cogitandum*

e) *quod ſupra jam è Cicerone oſtenſum, & tangit quoque* Grotius *de V. R. C. I, 7, p. 13. & Apoſtolus* generali axiomate *firmat Hebr. III. 4. Dixit igitur inſipiens: non eſt DEUS. Non eſt fundamentum;* & quomodo ſtat ædificium. *Non eſt ædificator;* & quomodo domus facta eſt. *Confer Chryſoſt. in Pſal. 13. &* Oſiand. *Tract. de DEO in Lumine Naturæ Exercit. V. 43.*

f) *Memorabilis eſt liber* Ariſtotelis *de Mundo, ex quo poſtrema hæc verba deprompſimus; c. 6.* quod in navi gubernator eſt, in curſu agitator, in choro præcentor; Lex in Civitate; Dux in exercitu: hoc DEUS eſt in Mundo. *Adde etiam J. L.* Vivis *de Verit. Fidei L. I.*

XXXI.

Quæ pro notitia inſita?

Sunt & *alia argumenta*, quibus & ipſe DEUS utitur, & ſapientes omni ævo perpetuam hanc veritatem roborarunt; ut ab interiore vi conſcientiæ, & naturali de bene maleque factis judicio: (a) à manifeſtiſſimo conſenſu (b) omnium gentium, apud quas ratio & boni mores non planè extincta ſunt inducta feritate. Eſſe autem (c) moraliter impoſſibile, omnes homi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [198] - 188
PUBLIC DOMAIN

homines velle conspirare, ut gratis aliquod mendacium posteritati tradant: (d) à futurorum (e) item vaticiniis, miraculis, (f) Spiritibus, aliisque operibus magnificis, quibus DEUM humanis intervenire rebus nonnulli comprobarunt. Quæ tamen inter argumenta discrimen servandum existimaverim.

a) *Auctor I, 3, 11. subfin. & II, 12, 4. add. Tacit. Annal. VI, 8. quod pulcè etiam deduxit* Oiander, *Tr. de DEO in Lumine Naturæ Exerc. V. §. 44. 45. p. 115, 116. &* Jo. Tillotson, *Angliæ Decus & nostra ætate Præsul ad Job. XXVIII, 28. Sermone, qui primus est inter edites Lipsiæ, ut & Sekendorf. Addit. ad St. tum Christianism. p. 22. sqq. Sunt tamen, quod probe tenendum, stimuli, qui facinus antecedunt, non ita validi quàm qui idem subsequuntur.* Pufend. *de O. H. & C. II, 5. 9. add. L. I, c. III, §. II. sub fin.*: ibi: abs quo generatur tenet admodum sensus.

b) *conf. Grot. de V. R. C. I, 2. & inprimis* Jo. Ludovici Fabritii Apologeticum pro genere humano contra calumniam Atheismi, *qui extat inter ejus Opera Tiguri edita. Nec minus* Phil. Mornæum *de V. R. C. c. I. initio: qui atheos* à Gentium vulgo *sic habitos excusat. Videndus etiam Aristoteles, vel quisquis ejusdem libri auctor est,* περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον *cap. VI. ubi:* ἀρχαῖόν μὲν, *inquit,* ἔν τισι λόγοις, καὶ πατρίοις ἐστὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεῶν τὰ πάντα—: *Ælianus ait, barbarorum neminem delapsum ad* ἀθεότητα, *sed ab omnibus affirmari & ESSE NUMEN, & nostri curam gerere. L. II. c. 31. Grot. II, 20, 46. Et ut recte dubitat* (rectius negasset) Grotius, *reperiri populos totos amentes, ita nec populus datur atheus. II, 22, 10. Sunt, qui objiciant: juxta* Scharrokium *de Offic. c. XIV. Insulares Zeilan Atheismi convictos esse, sed & in* Magallanica, *referente Classe Nassovica, quæ A. MDCXXX ad ista littora, adpulit, populum deprehensum esse, cui nullus inest Religionis aut civilis societatis sensus, aut humanitatis scintilla; quod testimonium repetat* Jo. de Laet, *descript. Ind. Occid. Lib. XIII. c. XIV.* Jo. etiam Lerium, *toto anno inter Brasilianas versatum, in mores quidem incolarum accuratissimè inquisivisse, sed nullum plane Divinitatis sensum in ipsis deprehendisse.* Imo Josephum de Acosta *L. VII. Histor. Ind. c. III. testari, primos Americæ Incolas populum fuisse Brutorum Generi non absimilem, sine Rege, Lege, Deo, aut natione. Quemadmodum &*

Argumentum à Consensu Gentium expenditur, & vindicatur

Romanos *ante tempora Numæ Numinis notitia omni caruisse ex Halicarnassæo Livioque discamus, & de* Germanis *testetur Cæsar, ipsos neque Druides habuisse, neque studuisse sacrificiis. Sed ut ab extremo ordiar, agnoscimur verba Cæsaris, de Bell. Germ. L. VI. sed satis ipse rem expedivit, cum addidit:* Deorum numero eos tantum, quos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur, Solem & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. *An qui Deos colunt, Athei sunt? Quanquam in eo hallucinatus Cæsar est, quod Druidas non habuisse, nec sacrificiis studuisse tradidit. Meliora de ipsis testatur* Tacitus *Annalium primo, ubi refert, quod cum Germanicus in Teutoburgensem saltum venisset, in quo reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur, invenerit lucis propinquis* barbaras aras, *apud quas Tribunos ac Primorum Ordinum Centuriones mactaverant Germani: Ergo sacrificia habuerunt. Siquidem* aras *habuere, hostesque ceu victimas mactarunt. Conferatur* aureus *Taciti libellus* de Moribus Germanorum. *Quod ad Romanos attinet, pro illis eundem laudamus* Dionysium, *L. I. Antiq. Rom.* tmemate undecimo, Oenotrum Arcadem *septendecim ætatibus ante Trojanum bellum ex Peloponeso in Italiam trajecisse, ibique desertos agros coluisse,* referentem: *Arcadibus autem ab omni ævo Deorum antiquissimus fuit habitus atque honoratissimus PAN, cui quadraginta circiter annis ante Numam alii Arcades sub colle Palantio, sive Palatino collecti templum extruxerunt Lupercal, eodem teste Dionysio. Quid quod primo Historiæ testatur Florus, Populum Romanum ultro petiisse sibi Numam Regem, ob* inclytam Viri Religionem. *Necesse igitur, Dei venerationem jam tum Romanis maximi habitam fuisse. De Zeilanitis Scharrokii s. Vir quidem eruditus, temere pronunciat. Certè* Ludovicus Patritius *Romanus, &* Boulay le Gouz, *ac* Lindschotanus *referunt, non ipsis solum Deum Universitatis Rectorem adorari, sed & historiam de Adami ortu, sede & lapsu vulgatam esse. Ex Historia porro Laetiana patet, Belgas cum Magellanicis nullum unquam sermonem miscuisse, ac postquam eorum septendecim in littore aliquando pernoctantes à Barbaris nocte irruentibus fuissent occisi, nullum præterea ex incolis illis conspexisse. De* Peruanis *ipse etiam Laetius: Quicquid vel singulariter gratum fuit, vel horrendum, Dei locum apud ipsos tenuisse. Benzo quoque Histor. Novi Orbis L. III. c. XX, confirmat,* Peruenses *cum Dæmonibus colloquia miscere, & Solem pro præcipuo*

cipuo Numine habere, & apud [illegible]
lentiæ celebra invenit, & [illegible]
& Petrus de Cieca di Leone Part. I.
cia Portus Veteris incolæ religio
esse docet. Distingue ergo Gentes
theismo erunt Gentes [illegible]
vere, non certe de illis dicta cogita
Ea inest ratio, quem admodum
nullam sed quod absurdum ac fabu
ajunt, Generis humani religio
duximus. Plura cupientibus facit
Apologia pro Genere Humano.
a) Pufend. de J. N. & G. L. I. c. 2. de
verum esse necesse est, ait Cicero,
Veritate Fidei L. I. p. m. 14. & Co
b) Vocat etiam hæc argumenta M
Theol. P. I. L. I. c. XIV. § 20. Mo
a Consensu Gentium quod desumit
Imperator, ad sensum primo
chael de Montaigne, Essais de Mon
Sagesse L. II. c. 8. Evocandi
naturæ principia negarunt. Ep
minum corda iatro-physici? Qu
audivisti, Deum esse? An ad Ind
Primum, qui à Sanctore gentium
consensum non magis sugillare
graphos orbis rotunditatem disp
religua ejus mole conficiuntur.
tura, quin non potiatur partic
quadam, ut ordo eo fat conspic
bis Theatro admittat. Dixit olim A
de? Dixit Telesinus ipsem extremo
lebris apud Chinas Sophiæ, quæ
ia solenni philosophorum sua Gen
omnes defendit. Sepe mel omnem
liris quorundam opinionibus Lucr
animi sensu convulsi credidimus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [200] - 190
PUBLIC DOMAIN

cipuo Numine habere, & apud ipsos ingentia atque immensæ opulentiæ delubra inveniri, & Pachachama Creatorem ipsis notare. Sed & Petrus de Cieca di Leone Part. I. Chron. Peruv. c. XIV. in provincia Portus Veteris Incolas religiosissimos & sacrificiis deditissimos esse docet. Distingue ergo Idololatras ab Atheis, & vindicatæ ab Atheismo erunt Gentes ampliſſimæ; ac, si quæ dicantur sine ratione vivere, non certe de illis dici cogita, quod nulla ipsis, sed quod non recta insit ratio, quemadmodum & sine religione dicuntur, non quod nullam sed quod absurdam ac falsam colant. Quod ad naturalem, ut ajunt, Generis humani religionem vindicandam monere consultum duximus. Plura cupientibus faciet satis laudatus ex merito Fabricius, Apologia pro Genere Humano.

c) Pufend. de J. N. & G. I, 5, 8. de quo omnium natura consentit, id verum esse necesse est, ait Cicero, Conf. denno Jo Ludov. Vivem de Veritate Fidei L. I. p. m. 34. & Grotium de J. B. & P. II, 20, 45.

d) Vocat etiam hæc argumenta Moralia Franc. Burmannus Synopſ. Theol. P. I. L. I. c. XIV. §. 20. Magni verò argumentum est ponderis, à Consensu Gentium quod desumitur. Κοινοφωνία dixit Marcus Imperator, ad seipsum, primo. Sed illi contradixit è Junioribus Michael de Montagne, Essais de Morale, L. II. c. XII. & Charron de la Sagesse L. II. c. 8. Provocant ad illorum numerum, qui vel ipsa naturæ principia negarint. Est & qui quærat: An tu omnium hominum corda iatrospexisti? Omnesne, quod ais, uno ore confitentes audivisti, Deum esse? An ad Indos penetrasti? His ita imus obviam. Primum, qui à saniore gentium regula deflectunt, communem hunc consensum non magis impedire suo dissidio possunt, quam apud Geographos orbis rotunditatem disperſi per terram montes, quando cum reliqua ejus mole conferuntur. Nunquam ita ordini inhæret Natura, quin non patiatur particulares exerrare causſas, & monstra quædam, ut ordo eo fiat conspectior amabiliorque in ampliſſimo orbis Theateo admittat. Dixit olim Anaxagoras nivem atram: quid inde? Dixit Telesius ignem extremè humidum; Sanlungus quoque, celebris apud Chinas Sophista, quarto ante natum Servatorem Seculo in solenni Philosophorum suæ Gentis conventu, hominem tres habere aures defendit. Sæpe mel amarum ægrotis visum est. Ergone deliris quorundam opinionibus tantum tribuemus, ut, quod interiore animi sensu convicti credidimus, reddere nobis queant suspectum?

Argumentum à consensu Gentium de Existentia DEI urgetur, ac rationes contra illud diluuntur.

Quo sensu adversus eos, qui Jus naturæ negant, insignis est locus Andronici Rhodii, *(aut quocunque is demum nomine venit: nam quem in prima editione Heinsius* Andronicum *vocavit, eum in altera* Olympiodorum *adpellavit) locus, in* Παραφράσει *Nicomacheorum: L. V. c. X. num 2.* Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν κωλύει φυσικὸν εἶναι δίκαιον, ὅτι ἔνιοι δίκαιον οὐ νομίζουσιν αὐτὸ, δῆλον. Καὶ γὰρ παρ' ἀνθρώποις, τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἔστι δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις κ' δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει· οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ. *Quæ sic interpretatur* Daniel Heinsius: Nihil obstare, quo minus naturale jus sit, licet nonnulli homines jus illud non esse existiment, constat. Etenim inter homines, qui recte, & ut oportet, sapiunt, immobile aliquod Jus est, quod naturale dicitur. *Quodsi quibusdam, quibus mens laborat, aut perversa est, jus non videatur, nihil refert. Neque enim, qui mel dulce esse ait, mentitur, quia iis, quibus mens laborat, non tale videtur. Manet ergo immotum, quod diximus:* Quotquot cognitæ nobis sunt, gentes, DEUM colunt; Ergo jure idem sentimus de paucis aliis nobis incognitis. *Aut an dubitabimus omnem ignem statuere calidum, eo quod Heclæ flammas apud Islandos non senserimus, aut Ætnæ æstuaria non accesserimus? Illas profecto aquas, quæ* Indum Gangem, Maragonem *item &* Argenteum *apud Americanos fluvium, imo sexcenties mille fontes & rivulos, quorum notitia ad neminem Europæorum unquam pervenit, constituunt; illas, inquam, aquas ex immoto naturæ suæ principio, æquè certo scimus humidas, & sine igniculorum commixtione frigidas esse, quam quas Nicer noster vel Rhenus, vel Danubius, aut Albis, vel Visurgis aut Thamesis volvit. Conferatur iterum* Jo. Ludov. Fabricius, *Apologetici parte secunda.*

Argumentum à Judæis,

e) Grot. *de V. R. C. I, 13, 14. à Judæis præcipuè, de quibus si quæratur, cur Judaica religio in eorum animis tam altas egerit radices, ut evelli nequeat? nulla poterit alia adferri aut fingi, quàm quod, qui nunc sunt, à suis Parentibus & illi rursum à suis, atque ita porro, donec ad eos veniatur, qui Mosis ac Josuæ ætate vixerunt, certa ac constanti traditione acceperint miracula, quæ in gente sua contigerint. add. Esa. XLI, 23.* ubi Deus: *Eventura nunciate, & credemus illos esse Deos &* ibid. *commate XXVI. Quis illorũ, qui dicuntur Dii, suis populis omnia eventura suo quoque ordine prænunciat, ut ego ei po-*

& prædictione futurorum.

populo, quem mirificis modis conservo? Esai. XLIV, 6. Mirum eodem capite, octavo, supra vigesimum, commate, tanto ante tempore, annis nimirum CCX, ut Josephus putat, nomen Cyri aperte, & aliquoties enunciatum, cui simile habes de Josiâ 1. Reg. XIII, 2. sq.

f) *conf.* Sekendorf. *Stat. Christianism. I, 3, 3. pag. 42, 43. quod contra novum* Bekeri *Sadducæismum notari debet. Ita enim arguunt Ardeliones isti: Non sunt Spiritus E. nec* DEUS. *His prius negaret, & vim Spirituum probare satagunt viri docti. Vide* Sekendorf. *d. l. p. 44, 47. & in Addit. I, 3, 6 p. 68. omninò.*

XXXII.

Quomodo cum Atheis procedendum?

De *Atheismo* pridem ostensum à Viris piis, illisque doctissimis, cum per se stolidum * infrunitumque esse; (a) humano insuper generi exitiabilem ac PER SE noxium: (b) & in DEUM conditorem Sospitatoremque usque ad insaniam ingratum: (c) ceterum gravissimis etiam pœnis à Summo in terris imperante cohercendum. (d) Atheos vero ipsos suæ salutis esse (e) negligentissimos, & in vita non solum, ejusque casibus tam variis, sed & ubi discedendum ex hac statione est, omni solamine ac spe destitutos, eoque longe omnium (f) miserrimos. Cæterum *Atheismi* (g) *suspicione* nemo facile debet onerari; quum vix ulla innocenti vel calumnia atrocior, vel major injuria queat intentari, (h) & pro Atheo quem habere nihil sit aliud, quam pro humani generis excremento eundem reputare. Demum, antequam cum Atheo in disceptationem congrediare, postulandum ab ipso erit, ut argumenta prius nostra destruat: deinceps ut plausibiliores adferat rationes: ac postremo probet, per Atheismum humanæ societati magis consuli, quam per Catholicam de Existentia Numinis professionem. Quæ postulanti, non poterit non denegare, ac suam forte protfitebitur stoliditatem.

De *Suspicione* Atheismi.

Opposita Pietatis, quæ s

* *Pietati opponitur I.* Impietas, *quæ de Numine nec recte sentit, nec rite Deum colit. Cognitioni opponitur II, Atheismus* Speculativus, *De-*

quid impietas? quotuplex Atheismus? quid Polytheismus?

um ad tempus negans: & Practicus, non quidem negans, attamen ita vivere docens, ac si DEUS non esset. III. Polytheismus *plures Deos inducit, isque vel crassus est, vel subtilior. Nec male ad Atheismum, quem obliquum quidam vocant, refert Auctor doctrinas quæ naturam ultimam rerum caussam: Deum mundi animam: mundum æternum, adeoque increatum esse asserunt. Quorsum facit IV.*

quid Epicureismus?

Epicureismus, *qui de Providentia Dei dubitat, velut rerum humanarum Deus cura non tangatur fatumque Stoicum commiscitur. V.*

quid Deismus?

Deismum *describit vir doctus, esse, qui Deum admittat, sed non colat: Vulgatior tamen vocabuli acceptio est pro* Naturalismo, *qui rationem sequi contendit, seclusa revelatione & Christo. Quo de videnda* Eduardi Stillingfleeti *Epistola ad Deistam, in Latinum olim ex Anglico à nobis conversa. Addi etiam potest* Ernesti Salomonis Cypriani *ad* Jo. Canuti Lenæi *de Veritate & Excellentia Christianæ Religionis libellum introductio. VI.* Idololatria *rebus creatis divinum honorem tribuit. VII.* Superstitiositas *verò Deum quidem colit, sed perversa.*

quid idololatria? quid superstitiositas?

An Atheismus sit peccatum imprudentiæ?

* *Non ergo Atheismus tantum est peccatum imprudentiæ, ut in Civ. XIV, 19 censet, ac in annotatione defendere conatur* Hobbesius, *sed injustitiæ, quia repugnat obligationi naturali, atque omnibus promulgatæ. Quanquam eo loco fatetur, juste & à Deo & à summis Imperantibus Atheos puniri posse.*

a) *quod homo se ipsum infra Brutorum naturam dejiciat, de vera felicitate, quam adipisci poterat, nunquam solicitus; quod item inter duo, quæ, quanquam perperam, pro incertis habet, partem longe tutiorem eligere stolidè negligit. Conf. omninò Sekendorf. in Statu Christianismi L. I. c. 1. §. 11. p. 15. sq. & Doctiss.* Pritius *de Atheismo in se fœdo, §. XI. Cic. de Nat. Deor. p. 197.*

An Atheismus Reipublicæ per se sit noxius?

b) *Cum Religio firmissimum sit humanæ societatis vinculum uti solidis demonstratum argumentis §. IX. c. IV. de O. H. & C. Nova est opinio, vel incrustata denuo, Atheismum per se Reip. noxium non esse, cum juxta Ciceronem de Off. III etiamsi DEUS id non videret, honestum tamen faciendum esset. Argumenta suse recensuit Sekendorf. Addit. ad Statum Christianism. I, 1, 16. p. 31. sed p 38, 39, eximiè discussit. Propugnavit eam sententiam* Petrus Baylius, *Prof. Roterodamensis: Atheismum, inquiens, non ducere necessario homines ad morum corruptionem; cui se opposuit* Petrus Jurieus, *Gallus itidem &*

Pastor

Pastor in Civitate Roterodamensi. Potissima pro Jurieo ratio est, quod Atheus ipso facto nullum LLatorem agnoscit. Contra Atheos legendi Sebastianus Papatella *à Monte Sancto, de efficientia primi Motoris in naturalium rerum omnium factura. Perusiæ 1565. 8vo.* Francisci Boriæ *alias* Ascli *à Guerra, Antiatheon, quo rationibus aliquot physicis probat, Deum esse unum, æternum &c. nostrique solicitum. Tolosæ ap. Guidonem Boud A. 1561. in 4.* *Cæterum in Scholis Pontificiis Professores Atheismum docuisse connivente Pontifice, & à Scholasticis ortos Atheos docet* Adamus Tribbechovius, *de Doctoribus Scholasticis libro eleganti ac singulari, Giessæ A. M DC LXV. edito c. IV. §. 1. p. 62. ibi: Integra* Schola Oxonienſis *maximis olim rixis disquisivit:* Anne DEUS etiam esset? *Chronicon Citizense P. Langii, qui & ipse Monachus fuit p. 305:* Agnellus, *vir humilis ac beatæ vitæ, cum & ipse studium in Oxonienſi conventu instituisset, & post tempus modicum audivisset semel inter se clamose disputantes:* Utrum ista sit vera? *DEUS est. Zelo accensus, & multum turbatus ait: Hen me,* Simplices & illiterati ad DEUM rapiuntur, & isti literati DEUM esse ponunt in quæstione, & exin studium revocavit. *Est & qui Simonem Thurvajum introducit jactantem: Totum se scire Christi Evangelium, & improbando illud posse annihilare. Fuisse autem virum illum è Scholasticis celeberrimum, & cum plus æquo sua gloriaretur doctrina, repente literas ita oblitum, ut rudissimus penitus sit effectus, ut his memorat verbis* Polydorus Vergil. *L. XV. fin. scil. de DEO docturi miseri, num DEUS esset? experiebantur, cum satius ipsis fuisset quærere, an de talibus secum dubitantes ratione etiam humana præditi essent?*

Contra Atheos Scriptores aliquot, præsertim vulgo incogniti.

Unde orti vel aucti Athei?

c) Fuerunt filii ita ingrati, qui honorem debitum Parentibus negarent; & nulli unquam tam insipidi, qui Parentes se unquam habuisse negarent. *Hæc itaque est summa delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis. Cyprian. de Idolor. Vanit. Quam quæso, inquit DEUS ipse, perversi estis, qui coram DEO cupitis absconditi esse? Perinde agitis, ac si lutum cogitaret de figulo, aut opus de artifice diceret: Non is me formavit; & fictile de figulo diceret, non cognovit me.* Esai. XXIX. 15, 16. *Pulcre Maximus Tyrius, sermone primo:* Ἴσασιν ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι, καὶ λέγουσιν ἄκοντες. Sciunt *(Athei)* invita: nolentes dicunt. *Nam & dum suadent abnegationem, dicunt; &, dum dicunt, ut cogitetur & sen-*

Athei perversitas, & necessaria, dum Eum negat,

DEI Confessio.

sentiatur, & videantur, efficiunt, quem esse nolunt. Dicunt autem quia miseria ipsorum ipsos securos & silentes esse non patitur.

De Vanino, remiss. 26.

d) *notum est Vanini, Tholosæ combusti exemplum. Sekendorf. d. l. in Addit. p. 12. Merentur tamen legi* Kortholtus *Histor. Eccles. Sacr. XVII. p. 867.* Morhofius *Polyh. I, 75. ac nuper imprimis* Immanuel Weberus, *in Judicio de Atheismo, p. 59. sqq.*

e) *Sunt præstantes eruditione ac pietate viri, qui sic arguunt. Pone, quod tamen sine summo scelere poni nequit, certa nondum esse, quæ de DEO credamus. Hi tamen qui hoc omne negant, vel in dubium vocant, quid demum inde emolumenti habent? nisi quod majori libertate peccandi, & vita plerumque luxuriosa vel morbos sibi accersere, vel injustitia aliquam invidiam mereri possunt. Quo fit, ut pluribus quoque quam alii, molestiis adfligantur. Contra vero, ubi piorum vera est sententia, illi utique omnium sunt felicissimi, quos & paterna DEI omnipotensque providentia, & destinata ipsum cœlestibus præmia exquisitissima consolantur. Numquid verò prudentius foret, inter duo, quæ ipsis incerta sunt, partim longè tutiorem eligere? Graviter hæc & ad hominem deducit laudatissimus Sekendorfius de Stat. Christian. l. 1, 11. p. 15, 16. §. ibi:* Denn eines unter diesen zweyen ꝛc.

Athei stoliditas.

&

Miseria.

f) infelicior *bestiis, quæ mala doloresque cum reflexione non sentiunt; nec de futuris omnino anguntur. Sed quam quæso miser ille, qui & vitæ præsentis molestias persentiscit, & ut agat quod nolit, internæ sæpius obligationis sensu pungitur, ac secreto pudore suæ impetum cupiditatis retrahi experitur: ac futurorum denique cogitationi nihil habet solidi ac duraturi quod opponat. In ipso vero discessu quis infelicior? DEUM non invocat, quem nullum credidit. Itaque destitutus à creaturis, queis captus nimium erat, omnibus, non habet quo confugiat. Infinito verò solatio gaudet, qui DEUM ex animo credit. Si vel maxima ingruat calamitas, de hisce tamen tribus plene certus est. Aut DEUM, quæ nos premunt, pro sua benignitate aversarum penitus; aut roboratis sub ipsa calamitate viribus nostris eandem temperaturum; vel in salutem nostram, pro infinita, quam experti haud raro sumus, sapientia paternoque proviso conversurum. O quam dulce esset, in tempore adhuc ad Illum confugere, ad quem tamen in ultimo angore & agone, precibus, ejulatibus, votis, protervi etiam homines recurrunt?*

Quam

g) *Quam inquietum cor Athei! Urget omnes homines inevitabilis animi propensio, ut agnoscant esse Deum. Hanc ille retundere conatur! Ita vim sibi faciunt miseri! Ita mentem rationemque excutiunt, ut vere dixerit, quicunque dixit: Atheos, qui singularem rationis speciem prætexunt,* non per rationem, sed ejus defectum *Atheos factos. Ac profecto, nisi nimia sibi sapientia, hoc est, stoliditate blandirentur, sensum omnem communem deponere non conarentur. Pertinet huc Historia Lectionum Anti-Atheisticarum* D. Pfeifferi, *Lipsiæ, Anno 1689. & 1690. habitarum, motarumque super ea re cum C. Thomasio Controversiarum. Certe* Clemens Alexandrinus *in Protreptico inter alia hoc agit, ut* Evemetum Agrigentinum, Nicanorem Cyprium, Diagoram, Hipponem Melium, Theodorum Cyrenaum ab Atheismo absolvat. Athei inquietudo.

(h) *Immanuel Weberus Libro superius allegato; Joann. Valentinus Andreæ Menippo pag. 166. Quemadmodum & primitivi Christiani Paganis Obtrectatoribus audiebant Athei, referente* Kortholdo, *in Pagano Obtr. L. II, c. X. Quam vero late serpserit Atheismus Practicus eorum, qui sic vivunt, ac si DEUS non esset, optantque hanc veritatem in falsum,* si possibile esset, *commutari, non attinet conqueri. Commendari heic solet* Firmiani *Genius Seculi, Differt 6. ubi contra Charondam Gallicum* (Charron de la Sagesse) *agit; & ejusdem Liber de* Gyge Gallico, *Sectione quarta, quam vocat* Naturæ Apotheosin. *Ac sine dubio Atheismum promovet* Papismus, *in Italia cumprimis. vid.* Bernhardini Ochini *Libros Apolog. edit. 1559. Detestanda verba* Jo. Puteani, *Augustiniani ad 1. Thom. q. 1. a. 1. dub. 2. Posse dari ignorantiam inculpabilem in aliquo de Existentia Deitatis. Impia* Regurdii Jesuitæ, *in Coll. Paris. cum* Mestrezat, *quod Scriptura, sepositâ auctoritate & infallibilitate Ecclesiæ, via complanata sit ad Atheismum. Huc refer Legati Portugalliæ monitum ad Innocent. X. Pap. pro Loco debito & Regio; Videret, inquientis, Ecclesia Romana, ne, si locum Regium huic coronæ non concederet, quia maxima Hominum pars ad Mahumedismum & Judaismum clam palam inclinet, res in nervum erumperet. Adde Calov. System. Tom. I. p. 111, 376.* De occasionibus Atheismo datis.

XXXIII.

An DEUS & Siderum Conditor?

Si DEUS universi Conditor est; Igitur & *Siderum*; quorum substantia homini sibi relicto ostendit, eam non esse primum aliquod, sed ab alio ortum. Unde Rationem sibi congenitam negavere, qui Solem pro Deo habuere, corporeum quippe, & ex eorum ordine, quæ videntur, quod utrumque de Deo dici non posse inter Naturalis omnium ætatum religionis pronunciata perpetuò obtinuit. (a) Certe ideo Deus terram mortalibus colendam conspiciendamque dedit, non ut à DEO secedant, sed ut Ipsum contingant ac inveniant, utique non longe ab unoquoque nostrum remotum. Unde &, quam fieri potest, fugiendi sunt profani stolidique sermones, & quam à natura habemus mentis convictionem, omni est potior Sophismate æstimanda.

Examinatur nupera V. C. propositio.

a) *Grot. J. B. & P. II, 20, 45. Quare considerandum cordatioribus relinquimus, quousque adprobari queat, si quis ita pronunciet:* Ich kan nicht absehen / mit was für einem bezwingenden Grund man einen Heyden / der / zum Exempel / die Sonne anbethet / überzeugen wolte / daß die Sonne nicht die erste Ursache der irdischen und veränderlichen Geschöpffe seye / in Ansehen unsere Vernunfft den Einfluß der Sonnen in diese Cörper täglich erkennet / und keine Veränderung derselben ohne die H. Schrifft gewiß behaupten kan; wiewol er deßhalben für GOtt nicht entschuldiget ist. *Rom. I, 20. Recte quidem hæc postrema; sed ita, ut priora convellant. Si enim Gentilis Solem pro Deo habens (quid enim est aliud Solem pro causa rerum inferiorum prima habere?) est ἀναπολόγητος ergo per Naturam de stupore suo potuit convinci. Docuit certe (quid multis?) hoc ipsum Divinus LLator, dum Solem non adorandum esse dixit, quia (1) creatus sit: (2) ad ministerium conditus omnibus hominibus. Deut. IV. 19. add. Arnd. Ver. Christ. L. IV. P. I, c. 4. Mutabilem Solem quidem* Plato *agnovit, tametsi* Θεὸν ὁρατὸν *eundem adpellitans; sed ex hoc ipso eum insaniæ convincit* Eusebius, *de Præparat. Ev. XIII, 18, 703. & I, 9, 27. De priscis Ægyptiis Astra colentibus, & Solem quidem sub Osiridis, Lunam sub Isidis vocabulo de*

de Germanis venerantibus; ut & Hachenberg Dissert. VIII. §. 9. add. Quæstio huc redit: Num Gentilis convinci queat, Solem rerum inferiorum non esse causam primam? Neque ne esse erat Philosophiæ commendare distinctionem der Abgötterey in eine *raisonnable* und *irraisonnable*, deren jene nicht wider die Vernunfft / aber doch wider die Göttliche Offenbahrung streitet. *Conf.* C. Thom. (Sitten-Lehre *III, 65. 66. nam Idololatria quæ Solem pro causa prima rerum inferiorum habet, est irrationabilis. Sap. XIII, 9. Pejor adhuc est distinctio* Gregorii de Valentia *Idololatriam distinguentis in licitam & illicitam, & adeo nefarium commentum confirmandum trahentis, 1. Pet. IV, 3. An datur licitum adulterium? licitum furtum? Multo minus dabitur Idololatria licita. Quanto rectius Thomas, 2. 2. qu. 94. In peccatis, quæ contra DEUM committuntur, quæ tamen sunt maxima, gravissimum videtur, quod aliquis honorem divinum Creaturæ impendit. Cæterum Idololatriæ origo à populorum studio in charos sibi defunctos, præcipuè Reges, non improbabiliter deducitur. Sap. XIV, 15. & eo Josephus Medus de διδαχαῖς δαιμονίων. De Idolis patheticа est Oratio apud Baruchum toto capite sexto. adde inprimis comma undecimum, & eo Grotium ex Arnobii sexto. Non plus videt Idola quam trabs. Varro in Menippeis. Apollo à piratis maritimisque prædonibus spoliatus ità est, ut ex tot auri ponderibus, quæ infinita congesserant secula, nec unum quidem habuerit scriptulum, quod hirundinibus hospitis ostenderet. De Luctu in cultu idolorum videndus idem Grotius ad comma trigesimum, & ad sequens Calovius.* & distinctio. Origo Idololatriæ.

b) *Quod ex natura rerum docuit Apostolus, cum Athenis in Areopago verba faceret, Act. XVII, 27.*

XXXIV.

Quinam affectus proprie de DEO enunciari queant, ut fuse ab aliis disputatur: (a) ita nobis de eo omnes prædicari posse videntur, qui nullam Per Se imperfectionem implicant. (b) Qui affectus DEO tribuantur?

a) *Per Regulam generalem initio §. 5. traditam. Unde misericordia non excludenda ab Auctore videbatur, quæ nullam in subjecto imperfectionem infert. Tales affectus sunt gaudium, amor, benevolentia, odium peccati; evolvendi num rum è sua imperfectione, qua demta, non*

abhorrebit ab iis divina essentia. Vide omnino, qui rem optimè perspexit, Danhauerum, *Hodos.* Phænomæno *tertio. Sic odium de* DEO *prædicatum nihil aliud dicit, quàm aversationem impietatis pariter & impii. Famosus est* Ciceronis *Offic. III, 29. init. locus: Est jusjurandum affirmatio religiosa: quod autem affirmate, quasi* DEO *Teste promiseris, id tenendum est. Jam enim non ad iram Deorum, quæ nulla est, sed ad justitiam & fidem pertinet. Ubi, si iræ nomine* perturbationem intelligit, *non improbandum est: sin qualemcunque nocendi affectum aut voluntatem, minime est recipiendum, ut recte probat Lactantius. Grot. I. 13. & P. II, 11. 1.*

An ira de DEO prædicari possit?

b) *Sed, inquies, cur de se ipso sic loquitur* DEUS: *Duxit Te, ô Israel, Dominus, DEUS Tuus in deserto, ut te adfligeret, atque experimentum caperet tui, ut sciret, quid esset in animo tuo, an sua præcepta observaturus esses, nec ne? Deut. VIII, 2.* Joannes *quidem Clericus tot loquutiones, divinæ Majestati parum convenientes, ex vulgari Ethnicorum sermone ortas videri existimat. Ethnicos de Numinis natura male sensisse, ac homines etiam in Deorum numerum retulisse. Inde factum, ut iis humanas quoque proprietates, membra, affectus tribuerint. Quodsi verò Hebræi linguam habuissent propriam, nihil humani creatique aut ἀνθρωποφανὲς de* DEO *enunciaturos fuisse. Subtiliter ista omnia collegisse* Salomon. Glassium, *quando iis longissimum Rhetoricæ suæ sacræ caput tribuerit, quod est VII. Tract. I Mentionem fieri animæ DEI, faciei, oculorum, aurium, nasi, oris, cervicis, brachii, manuum dextræ & sinistræ, digitorum, cordis, viscerum, sinus, pedum: tristitiæ: pœnitentiæ: risus: iræ: odii: zelotypiæ: cognitionis: oblivionis: clamoris: laboris: votorum: descensus: adscensus: incessus: somnii: vigiliarum. Hæc nata ex Chananæorum lingua Hebraica existimat, & servata antiquorum errorum vestigia esse, etiam postquam Hebræorum contraria sentientium vernacula facta est. Cæterum communis ad primum locum responsio est, DEUM id fecisse cum Israelitis, quod solent homines, quando cujuspiam animum tentare volunt: atque ea tentatione factum esse, ut boni à malis secernerentur. Sic pœnitentia ductus DEUS dicitur, cum idem facit, quod consuevimus, cum alicujus rei nos pœnitet. Atque adeò actionibus externis imponitur nomen affectuum animi, quarum illæ effectus solent esse. Præterea, quæ collectio est: aliquid ἀνθρωποφανὲς de* DEO *enunciarunt Hebræi: Ergo linguam*

An loquutiones de DEO Anthropopaticæ ex paganismo?

guam propriam non habuere Hebræi. Divina pro merito quis enunciet? Et quando DEUS ad noſtram ſe infirmitatem velut accommodat, fas utique ac juſtum eſt, tantam in nos benignitatem humiliter venerari, neque Ethnicorum inſaniæ adſcribere, quod ipſe ſanctior Spiritus edixit. Sed & hoc advertendum, quosdam affectus eſſe, perfectionis nullius, ac defectus, qui de DEO nullatenus poſſunt enunciari, ut Νεμεσηκακία, invidia. Alii ſunt perfectionis *imæ, qui hominem perficiunt; at DEO ob formalem ac indefecatam, quam involvunt, imperfectionem ſunt indigni. Hi cum de DEO dicuntur, figuratè utique, impropriè ac ἀνθρωποπαθῶς accipiendi ſunt. Ut deſiderium boni, non pro ſe, ſed pro alio: triſtitia, non ex proprio malo, ſed alieno: pœnitentia & alia. Qualia quidem affectuum nomina ſi è ſua evolvantur imperfectione, talia ſunt, à quibus divina eſſentia non abhorreat. Ut, ſi ira dicatur ipſa ulciſcendi voluntas, velut definit Auguſtinus, judicium, quo irrogatur pœna: ſi pœnitentia vim DEI irati notet, aut rei ipſius mutationem: ad quem modum DEUS cum differt auxilium,* dormire: *cum deſerit,* obliviſci *dicitur.* Demum alii ſunt perfectionis mediæ, *qui* primo *in DEO ſunt,* ſecundo *in Creatura nullamque formalem involvunt imperfectionem. Uti ſunt: gaudium: Amor: benevolentia: odium peccati. Quæ quidem omnia expedire Theologorum eſt, è quibus præ cæteris videndus* Dannhauer. *Hodoſoph. Phænom. III. Adde quæ modo diximus lit. a.*

XXXV.

Quidquid DEO præſtandum eſt, in ſuo genere ſit eximium, & honorem exprimere aptum. Hinc ἐντελῆ θυσίαν dixit Lucianus de ſacrificiis. Sic Agnum in paſchate DEUS voluit adhiberi ſine macula, i. e. absque corporis vitio, aut morbo, ut in ædilitio erat edicto. (a)

Quid Deo præſtandum?

a) *Exod. XII, 5. vide eo Grotium eximia colligentem. add. Lev. XXII, 18, 19, 20. Plinium VIII. 43.* Vitulos aram *humeris hominis allatos non litare: Sicut nec claudicante, nec aliena boſtiâ Deum placari.*

XXXVI.

Demum hæc univerſalis eſt & catholica propoſitio, ſub qua reliquæ omnes continentur, ex eaque fluunt: *DEUS eſt.*

Quæ Catholica ſeu vere Univerſalis Propoſitio;

Est DEUS qui omnia videt, potensque est vel vindicare vel remunerari. Omnipotens, Sapiens, Optimus. Hanc qui credit, immo scit, ac jugiter cogitat & expendit, nulla in parte officii limites transgredietur. * Nam qui *coram DEO, ipsoque inspectante* ambulat, is perfectus est.

* *Præclare Imperator Philosophus,* τῶν εἰς ἑαυτὸν, L. IV. §. 4. εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, κατὰ ὁ λόγος, καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν, κοινὸς; εἰ τοῦτο, κατὰ ὁ διδακτικὸς τῶν παντέων ἢ μὴ λόγος κοινὸς· εἰ τοῦτο, κατὰ ὁ νόμος κοινὸς· εἰ τοῦτο, πολῖται ἐσμὲν· εἰ τοῦτο πολιτεύματος τινος μετέχομεν· εἰ τοῦτο ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις ἐστί. *Quod si est, est & Imperator & Νομοθέτης hujus Civitatis.*

XXXVII.

Quæ fundamenta cultus Divini?

Quæ fundamenta sunt cultus Divini, seu motiva? Certe ea quæ maxime nos movent, sunt Bonitas & Potentia. Ex his capita cultus cum externi tum interni deduxit auctor: (a) ut argumenta eruenti facile patet. Amandus est, quia optimus: in eo sperandum, quia optimus: in eo adquiescendum, quia optimus: timendus, quia potentissimus juxtaque optimus: ei obsequendum, quia optimus potentissimusque.*

a) *I, 4, 6, 7. Hoc è fundamento Abrahamo præscribitur Officium Pietatis Gen. XVII, 1.*

* *Quidquid homo agit, dictante etiam naturali lumine, suo modo ad cultum Dei pertinere debet. Multò magis vita Christiani debet esse perpetuus Dei cultus, actionibus ex ipsius præcepto, sancta in ipsum fiducia, justoque ordine susceptis. Confer* Col. III. 17. & 1. Cor. X, 31.

Typus ambitusq; eruditionis per ordinem ad cultum DEI.

Dum hæc perlegimus, in Clarissimi Viri Jo. Christiani Langii, *Protheoriam Eruditionis humanæ incidimus, qui veram eruditionem habitualem describit* Habitum divini cultus. *Cæterum cultum distinguit in immediatum seu primæ & mediatum, seu secundæ tabulæ. Atque hunc esse ait duplicem:* naturalem & moralem. *Theologiam occupari circa cultum Dei immediatum: Jurisprudentiam circa cultum (quem Creaturarum, scilicet* objectivè *vocat) moralem: Medicinam circa cultum naturalem. Igitur in illa esse* cultum religiosum pietatis: *in ista cultum* officiosum socialitatis: *in hac cultum fructuosum sanitatis. Quæ expendi utique merentur.*

XXXVIII.

XXXVIII.

An cultus externus è Luminis naturali demonstrabilis?

Quæstionem: An ex ratione sibi relicta demonstrari possit, DEUM externo * quoque cultu prosequendum esse? censemus affirmandam. (a) Nam quum non animum saltem, sed & ejus hospitium, *corpus*, Deo debeamus: obstricti utique Lege Naturali sumus, ad eum etiam corpore, hoc est, signis, qua fieri potest, honoris exterioribus colendum. Quid? quod cultus exterior humanam (b) societatem vehementer promovet, & cœtus clandestini, *nisi recte temperentur*, eandem turbare etiam paganis visi sint. (c) Unde præceptum (d) Religionis Naturalis: *Ut homo Deum non solum secreto, sed & palam & publice in conspectu hominum colat.* (e)

Quotuplex cultus externus?

* *Cultus externus est* vel indirectus, *qui legum, homines respicientium, observantia, Deo exhibetur:* vel directus, *qui DEUM directo respicit, ac iterum vel* omissione contemtus externi, *vel susceptione actuum honorificorum constat. Vide, si placet,* Cl. Titium *ad h. l.*

Argumentum de necessitate *cultus externi* expenditur, & contra nuperos Scriptores modestè vindicatur.

a) *Non negat qui huic adversus est, Vir subtilis, DEUM coli debere; sed hoc ait, rationem humanam ignorare, an externo cultu coli voluerit.* JPrud. *Div. II, I, ad §. II. neque etiam negat, DEUM dignissimum esse, qui colatur. Judicent tamen alii, num firma collectio sit:* DEUS isto cultu non indiget. E. Lege Naturali non censetur præceptus. *Nemó, nec interioris cultus indignus est. Et nonne Juramenta Naturali Lege imperantur, si rei veritas aliter protrahi in lucem non possit? Nonne & preces, & gratiarũ actiones, & laudum præconia naturalis inculcat ratio? Ut non allegem alia cultus externi capita: Benefacere proximo, Orphanis succurrere, & rebus externis sanctè uti: linguam injectis quasi frenis moderari, à Jacobo c. I, 26, 27, inculcata & à Cl. Viro,* Jo. Guil à Lith, *amico nostro, Disputatione singulari de primo Legis Naturalis principio sufficienter explicata Ex quo etiam de iis judicium ferri potest, quæ in Tract.* vom Secten-Wesen *p. 30. n. 18. quem ipsi nondum vidimus, tradi refert auctor:* Es hat bißhero dieſe Grund-Geſätze noch niemand mit Beſtand umſtoſſen können/ daß nach der natürlichen Religion aller äuſſerlicher Gottesdienſt indifferent und unnöthig ſeye; theils/ weil GOtt auff ſeiner Seite/ als ein Hertzenkündiger, und alſo ſolcher äuſſerlichen

lichen Zeichen der inneren Devotion nicht benöthiget seye; theils/ weil auff deß Menschen Seiten der äusserliche Gottesdienst mit der bürgerlichen Societät keine connexion habe/ und also diese durch Unterlassung jener gar nicht lædirt werde/ sondern sich ein jeder dazu durch viel gewissere Kennzeichen (als das heuchlerische Ceremonien-Wesen ist) legitimiren müsse/ nemlich durch Haltung der Gesetze/ und Leistung der schuldigen Pflichten gegen andere. *Primum utique in thesi demonstravimus; in altero nexus est nullus. Tertium supponit, quod absolutè verum non est. Videatur vel unus de Habitu Religionis Christianæ ad Rempubl. Libellus* Samuelis Pufendorfii, *ut & L. II. c. X. §. 3.*

De sacris clandestinis.

b) *Exemplum habes in* Cornel. Nepote, *Alcibiad. III*, 6. adspergebatur etiam infamia, quod in Domo sua facere mysteria dicebatur; quod nefas erat more Athenienſium; idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur. *Velut majorum nostrorum ætate Anabaptistæ Monasterii in Westphalia aliisque in locis conjurationi colorem Religionis prætexebant. De privatis verò Christianorum conventibus legendus Justus Christophorus* Schomerus, *de Collegiis Privatæ Pietatis I, 19, qui etiam quid Jure Romano statutum sit, studiosè explicat, & Canones veteres adversus eos,* qui ALTARE contra ALTARE *figunt, recenset. Conferri insuper potest* Jo. Fabricius, *Dissertatione de Ecclesiis Domesticis, & de* Conventibus Christianorum clancularibus & nocturnis C. Kortholtus *in Pagano obtrectatore, L. III. c. V.*

Quod tempus cultus?

c) *Solenne multis gentibus fuit, etiam horas cultui divino definire. Dan. VI*, 10. *add.* Grot. *ad Matth. XXVII.* 45 *Hieronymus in Comment. ad Daniel.* Tria sunt tempora, *quibus DEO flectenda sunt genua:* tertiam horam, sextam & nonam *traditio Ecclesiastica intelligit. Non tamen vacandum perpetuo est cultui externo, ut* Massiliani *à* מצלה *Dan. VI.* 10. *id est continuis precibus dicti. Huc pertinet omnis doctrina Moralis & Historica de universo cultu externo Paganorum, Judæorum, Turcarum, & Sectarum è Christianismo ortarum. v. Alexander Rossæus.*

De cultu externo Remissivè. qui locus?

d) *Circa* locum *mirè variant. De locorum origine sunt, qui existiment eam ad Abrahamum referendam. Vid. si placet,* Jer. Taylorum *in Prolgomenis ad Historiam JESU. Abrahamus versus Occidentem orabat. Gen. XII*, 8. *ut quam longissimè à Chaldæorum consuetudine* rece-

recederet, qui Solem Orientem superstitiose venerabantur. Contra, Christiani ad Orientem versi orabant, ad exprimenda loca quædam Scripturæ de Christo agentia, tum & ut à Judæis se discernerent.

c) Occultare enim aliquid, est, quasi quis eo exercendo erubescret: contra, publicus cultus non solum de nostra devotione testatur, sed & alios exemplo incitat. Pufend. O. H. & C. I, 4, 7. lin. circiter 28. sq.

XXXIX.

An sacrificia originem habeant è Lumine Naturæ?

Sacrificia non Legi Naturali, (a) sed positivæ Revelationi, primis hominibus factæ, originem debent; quum ratio pervidere nequeat, quo demum modo vel cæde animantium, vel carnium, aut extorum adipumve oblatione DEUS placari possit? Nulla enim inter mortem bestiæ & iram Numinis proportio. (c)

(a) Ubi quidem è Patribus Auctor responsionum ad Orthodoxos, & Chrysostomus haud obscurè docent, allegati à Guil. Outramo de Sacrificiis c. I. §. 6. Quibus accensendus Majmonides, ab eodem laudatus, & Abarbenel, è Judæis; è Christianis verò Eusebius de Dem. Evang. I. 1. è junioribus Grot. ad Gen. IV, 3. & Hobbes, de Civ. c. 15. Vide D. Olearii Problema Theolog. Utrum Patres ante tempora Mosis dicta Luminis naturalis; an vero ex peculiari Numinis instinctu sacrificaverint? dicenti cœptum Lipsiæ A. 1696. sed cujus continuationem oppido necessariam nondum videre contigit. Nuperi Scriptoris P. Chauvini argumenta excussit Jo. Fr. Buddeus Dissert. de Relig. Nat. §. 40.

De ortu sacrificiorũ opinio Seldeni excutitur.

(b) Unde ad hoc Naturæ dictamen provocans divinus Scriptor: Impossibile est, inquit, sanguinem taurorum & hircorum auferre peccata, Hebr. X. 4. Non obstant sacrificia Abelis & Caini; non Bildadi, Eliphazi & Tzoharis, quæ ad intervallum ante Legem attinere scribit Jo. Seldenus, de J. N. & G. S. B. H. III, 8. qui etiam sacrificia è Jure Naturali deducit, quod Adamus filios jusserit sacrificare, cum contenderent de Sororum Conjugiis, atque eam deperiret Cainus, quam ei conjungi nefas pronunciarat Pater, nempe Azronam, gemellam suam; Confer eundem III, 2. ubi etiam in hunc sensum laudat Paulum Burgensem, non cogitans fortasse, quæ ratio Romanenses moveat, ut sacrificia Naturali Jure præcepta esse vehementer

ter propugnent. Illa nimirum sacrificia Christum adumbrarunt, & Abelianum fide in JESUM, adeoque ex mandato DEI oblatum est; Ebr. XI. 4. ac proinde Divino Jussui ortum debent, quùm DEO non placeat cultus proprio ex corde confictus. Quo minus adprobari potest Jo. Spenceri Institutum, sacrificandi morem à Gentium consuetudine, superveniente demum DEI mandato confirmata, derivantis. Quod & de universo cultu Mosaico docet. Illius argumenta expendere nuper cœpimus Dissertatione de Festo Expiationis & Hirco Azazel. Add. Witsius Miscell. Tom. I. L. II. Dissert. 2. §. 1. 2. sq. pag. m. 454, 453. sqq. Demonstrat etiam Rob. Scharrokius de Offic. 5. L. N. c. 16. quomodo Gentiles Philosophi è Lumine naturali collegerint, Deum cæsis mactatisq; animalibus non honorandum. Scilicet, gratus DEO est, ei qui obsequitur, non qui multas facit oblationes. add. Sirac. XXXV, 1. & quæ hujus argumenti alia attulit Grotius in annotatis ad librum quartum pro V. R. C.

Sententia Jo. Spenceri.

(c) Conf. Witsium Tom. I. Miscell. p. 461. sq. & 1. Sam. XV. 22. Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Esa. I, 11. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum & hircorum nolui. Jer. VII. 22. Mich. VI, 6, 7, 8. Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu DEO excelso? Indicabo Tibi, ô homo, quid sit bonum; & quid Dominus requirat à Te; utique facere justitiam, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo Tuo. adde omnino Jo. Arnd. de V. C. L. I. c. 26. ab initio Ex quo intelligitur, Sacrificia ad Jus Naturæ immutabile non pertinere, cujus Objecta DEO per se placent. Ut taceam, umbraticum istum cultum, exhibito corpore, quod Christus est, abrogatum deletumque esse.

XL.

An religio naturalis intra hanc vitam terminetur?

Quemadmodum disciplinæ nostræ finis, vitæ inprimis hujus ambitu includitur, hominemque format, prout hanc vitam cum aliis sociabilem exigere queat; ita Religionis quoque Naturalis effectum intra præsentis vitæ sphæram concluſit Pufendorfius, (a) instituto utique non malo, aut piæ doctrinæ repugnante: sed Naturali, de quo egit, cultui attemperato,

rato, cujus ea omnino quidem vis est, ut cum ea Respublica aut cadat, aut floreat: (b) non autem ut homini ad salutem æternam nanciscendam valere dicenda sit. (c) Nescit enim *profundam hominis miseriam*, sine cujus cognitione salus obtineri nequit; & *Redemptorem*, in quo uno salus, ignorat. (d) Cæterum Auctor *necessitatem religionis* Naturalis ad *vitam socialem* primo in *Libertate naturali*, verbis: Nam *in libertate naturali*: *secundo* in statu civili, & quidem ex parte imperantium, verbis: *porro religione remota*: *tertio* ex parte civium, verbis: *præterea cives*: & quidem in civitate ut tali: *quarto*, respectu officiorum humanitatis, quæ certe metu Numinis diriguntur, verbis: Nemo quoque opera misericordiæ: *quinto* ex parte unionis, quæ anima est reipub. dimisso autem metu Numinis omnino solveretur, ut mori moraliter corpus istud civile necessum esset: verbis: *Ex quo & illud consequeretur*: eximie demonstrat. Unde patet, omnem Reipubl. perditionem, enervationes, ac subsequutas inde civium rebelliones ex amoto DEI metu sequi. Addit *sexto*, demonstrationem ex parte societatum specialium: ut *conjugalis*: *quin & conjuges*: & domesticæ, verbis sequentibus.

Analysis paragraphi IX cap. IV. in Auctore.

(a) *eam cum & ob causam subditi esse jubeamur* Διὰ τὸν Κύριον 1. Pet. II, 13. Objecit Nostro Zentgravius *de O. J. N.* p. 129. *religionem naturalem pro fine habere glorificationem DEI. E. non intra sphæram hujus vitæ terminari. Rom. I, 21. finem etiam esse, ut Deum palpemus, & inveniamus Act. XVII, 27. Porrò socialitatem non esse fundamentum Religionis, quia Religio antecedat societatem & potius illius sit fundamentum. Imo religionem, si ad societatem referatur, potius in idololatriam degenerare, quemadmodum hanc ex ratione status introductam esse constet. Sed responderi poterat* primo, *glorificationem DEI, tanquam finem omnium ultimum, socialitati, per quam illa omnium maxime promovetur, perperam opponi. Atque an nihil per se intra sphæram hujus vitæ terminatum ad gloriam DEI ducit? Nonne & esus & potus ad gloriam DEI dirigi debent, quæ tamen hanc vitam præcise respiciunt? 1. Cor. X, 31. Nec aliter nisi indirectè ex socialitate officium erga Deum deduxit noster, Off. I,*

3. ult. *Ac aliud est socialitas, aliud societas, quod nomen ad bonam & malam indifferens est. Quid multis? Litem ipsi tandem composuere Viri Doctissimi.*

b) §. 8. conf. omnino supra cap. III. §. 13. & quia solaratio in religione ulterius progredi nequit &c. adde è sublimiore disciplina τὸν θεσπέσιον Scriptorem Jo. Arudium V. C. I, 41. per tot. inprimis pag. m. 262. edit. Luneb. minor.

c) *Usum Luminis Religionisque Naturalis pædagogicum non inficiatus est Noster. Conf.* Schetz. *Enucl. Brev. Hülsemann. c. VIII. §. 4. pag. 440, 441, 443. ubi* modum vocandi pædagogicum Formali *contradistinguit; Rom. I, 20, 25.*

Quinam articuli magnæ Religionis?

(d) *Non ergo sufficiunt Quinque isti* Magnæ Religionis *Articuli:* Esse DEUM: II. Eum colidebere: III. Virtutem esse præcipuam cultus Divini partem: IV. Resipiscendum esse à peccatis: & V. Dari præmium & pœnam tum in hac vita, tum post eam; *quos* Herbertus, Baro de Cherbury *communes circa Religionem notitias vocat, è quibus vera Catholica Ecclesia constet. Nam præterquam quod de vita altera, ratio sibi relicta nihil certi novit aut penetrat; vel hoc uno ictu Deismus iste prosternitur, quia nescit modum satisfaciendi DEO pro culpa, in Verbo DEI & Evangelio de Jesu Christo unicè revelatum. Conferatur* Jo. Musæus *eximio tr. de insufficientia Luminis naturæ ad salutem contra Edoardum Herbertum:* & Ed. Stillingfleeti *Epistola ad Deistam.*

XLI.

De precibus ex L. N.

Precum necessitatem ac sanctimoniam Gentes omnium ubique seculorum agnovere. (a) Hippocrates initio artis suæ, non solum, inquit, ægrotus præstare se debet opportuna facientem, sed & Medicus adhibere curationem, & deprecari DEUM, ut dirigat opera sua.

(a) *add. Sir. XXXVIII. 14. Dignus est Liber* Dan. Clasenii *de Theologia Gentili, qui de hoc cæterisq; argumentis evolvatur.*

XLII.

Quid de amore Dei?

Amandus est DEUS, & amandus quidem super omnia, & amandus semper, & amandus exquisitissimo intensissimoque amore. (a) Quare mireris, (b) esse inter Jesuitas, qui scribat: Vide Bonitatem DEI; non tam præcipit amorem sui, quam odium vetat, sive formale & actuale, quod non huma-

nitus

num, sed diabolicum est, sive materiale, quod in transgressione mandatorum positum est.

(a) *vide Honorat.* Fabrum; *qui etiam distinguit inter amorem DEI intensivum, quem mandatum esse negant, & appreciativum, cujus virtute obsequiis, præceptorum DEI nihil debeat præponi. Quemadmodum inquit, interdum maritus plus diligit pulchellum catullum, quàm uxorem deformem, si tamen alterutrum horum amittendum sit, jacturam potius canis quam conjugis facit. Conf. omnino D. Jo. Fechr. Thes. Moral. P. I. §. 3.*

(b) *Vexata, ut olim, sic hodie de Amore puro quæstio est. Distingue inter amorem benevolentiæ & concupiscentiæ. Illo amicum diligis propter se: quidni & DEUM? Finis tamen ultimus non opponendus intermediis.* Finxerat de amore puro.

XLIII.

Perquam absurdè olim Epicuræi, & qui eorum hodie animos induunt, *Providentiam* vel prætextu * casus, à quo omnia sint, vel (a) ex eo etiam argumento negant, quod omnia sursum deorsum verti videantur. An verò in Regno ordinem non amat Rex, qui publicam aliquando quietem confuso armorum strepitu quærit obtinetque? Contemtine ordinis accusandus Pharmacopæus est, si ad conficiendam theriacam non herbas tantum & fructus, & flores, & radices, & aromata, & gummi, & semina, & vina, & succos, & olea, & mella, & ligna, & infinita talia, sed ipsas de venenata maledictaque viperâ carnes * in illam unam confundit, donec hæc omnia, vi ignis, probe macerata, & quasi consumta, in unam ordinatissimam saluberrimamque medicinam coagulentur? (b) * Recte igitur Pythagoræi præcepere: Ἴσα Θεῷ, optime quippe providenti. (c) Solvitur objectio adversus *Providentiam.*

* *Nos prorsus in contrarium sic arguimus. Unum ubique est propter alterum, & neutrum alterius causa. Est ergo aliquis qui illa sibi invicem aptavit, unumque paravit alteri, sive, qui omnia, quæ videntur, sensibusque & mente percipiuntur, ad cognitionem hominis, sensu & mente utentis, fecerit. Ita sol propter oculum est: Oculus solis radiis accipiendis factus: nequetamen Sol oculum, aut oculus So-* Providentia evincitur.

lem fecit: Sed est optimus potentissimusque δημιουργὸς atque artifex, qui Solem omnibus oblectamentum, oculum mentis fenestram vel potius εἰσαγγελέα, res tam præclaras nuncium, eique ad artificis notionem concipiendam semen præbentem, & ad eam pariendam obstetricantem, paravit. Usus hoc argumento est Hippocrates, arguitque, non esse in rebus ἀυτόματον, quem casum Latini appellant. Miror verba egregii Viri, neque mihi tempero, quin adscribam è libro de arte: Τὸ ἀυτόματον, ait, οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον. Πᾶν γὰρ τὸ γιγνόμενον λόγῳ ἐυρίσκει τ' ἂν γινόμενον, καὶ ὃ τῷ λόγῳ. Τὸ δ' ἀυτόματον οὐ φαίνεται ὂν σὺν ἔχων οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ ὄνομα μόνον. Casus nihil esse deprehenditur, si recta ratione examinetur. Quidquid enim fit, comperitur fieri propter aliquid, & in eo, quod est propter quid: Casus autem non comperitur ullam habere essentiam, sed solum nomen. *Ratio Viri magni est: quia nihil est aut fit, nisi propter aliquid, & ad aliquid. Hoc enim sine ratione ac sapientia, & porro voluntate, eaque una, omnia coordinante, & potenti, ut non frustra sit, fieri non potest. Addi meretur* Jo. Coccejus, *Summ. Theol. c. VIII. § 43.*

Contra Casum disseritur.

(a) *Providentia hæc omnium Rerum est conservatrix, & à nihilo imminente conservatrix. Illa Spiritum nostrum habet in manu sua, omnesque vias nostras, Dan. V, 23.*

(b) *videdenuo D. Fecht. Thes. Polem. §. 9. P. I. Multo minus Providentiæ obest, quod omnia in Natura sibi videantur adversa, ut Solis terra: lux, tenebræ: color, frigus: siccitas, humor: dies, nox. Omnia ex contrariis constare, vetus Physicorum vox est, teste Aristotele. Id vix & Empedecli. add. Sir. XXXIII. 15.* Theophrastus: Δόξειε δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔχειν ἀπορίαν, ὅλην φιλοσοφίαν τοῦ ζητεῖν, τί δήποτε ἡ Φύσις καὶ ὅλη ἡ οὐσία τὰ παντὸς ἐναντίοις ἐοίκε. *Linus, aut quisquis sub ejus nomine Physica edidit:*

Ὡς κατ' ἔριν συναίπαντα κυβερνᾶται λόγῳ παντὸς

conf. denuò Sir. XLII. 25. Mira sane ars, quæ discordiam fecit tam concordem, qualis est in cantuum συμφωνίᾳ. Sapiens, teste Clem. Alexandrino: πᾶς ἐν τῷ κόσμῳ ἐναντιότητας ἁρμονίαν κτίσεως καλῶς λογίζεται.

Argumentum à rebus sibi adversis diluitur.

* Boet. de consol. IV. *Sola est divina vis, cui mala quoque bona sunt, cum eis competenter utendo alicujus boni elicit effectum. Sir. XXXIII. 15. Inprimis monendi sumus, ne cum calamitas advenit, putemus*

DEO

DEO nos curæ non esse. Nam cum cessare videtur, jam causas actuum in occulto disposuit. Esai. XL. 27, 28.

** *Vidit Daniel DEUM Judicem forma viri provectæ ætatis, quo significabatur bene cocta esse Judicia DEI, ut Senum esse solent. Vidit vestimentum ejus candidum, quasi nivem: quia non ipse tantum incorruptus, sed & omnia quæ circum eum sunt. Vidit capillos capitis quasi lanam mundam: quoniam DEI Judicia pura à turbidis affectibus. Thronum ejus vidit flammas ignis; quia sicut ignis res efficacissima, sic & DEUS ad exsequenda Judicia sua potentissimus. Vidit rotas ejus velut ignem accensum, quia potentia DEUM comitatur, quocunque volverit. Dan. VII. 9. Proverbium est Hebræorum:* Non est curiosè quærendum post opera DEI; *Omnia enim sapienter fecit, tametsi abscondita sint ab oculis sapientum. Origenes contra Celsum:* Εἰσὶ γάρ τινες ἐριμοὶ καὶ ἀκηλίδωτοι καὶ ἀνεκδιήγητοι περὶ τὰς κατὰ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς διαφόρους διαγωγάς. *Arnob. L. II. Neque enim promtum est cuiquam DEI videre mentem, aut quibus modis ordinarit res suas, homo animal cœcum, & IPSE SE NESCIENS ullis potest rationibus consequi. Quid oporteat fieri, quando vel quo genere, ipse cunctarum rerum Pater, Moderator & Dominus sit solus.* Salvianus: *Non ideo non justum est, quod Divinitas agit, quia capere vim divinæ Justitiæ homo non valet. Sicut plus est homo quam humana ratio: Sic mihi plus esse debet quàm ratio, quod à DEO agi cuncta cognosco.*

Via Providentiæ Divinæ porro laudatur, & allegatis in subsidium Scripturis exponitur.

Illustris *Arnobii* locus.

(c) *Dicti hujus quoq; mentionem fecit Seneca de Vita Beata c. XV. Laudat etiam & explicat* Clemens Alexandrinus *Stromat. secundo. Ubique recurrendum ad DEI Providentiam, ut factum ab Abrahamo Gen. XII. 14. Dominus providebit: atque ut* Euripides: τῶν ἀδοκήτων πολλὰ τοῖσι θεοῖς.

XLIV.

Etsi omnia, quæ in proximum committuntur peccata, DEUM lædunt: graviora tamen ea merito habentur, (a) quæ directè in ejus Majestatem feruntur. Unde haud male quidem ad immorigeram filiorum Bigam Eli; Si peccaverit Vir in virum, placari ei potest DEUS; Si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? (b)

Quæ peccata adversus Deum?

(a) *Conf. infra II. 13, 16.*

(b) *1. Sam. II, 25.*

XLV.

XLV.

Ut de Deo loquendū?

De DEO velut consideratè verecundissimèque loquendum: sic detestabilis nonnullorum petulantia est, (a) qui de eo, quid? quantumque in malo possit, proterve disputant, aut arcana captumque nostrum superantia scrutantur. (b)

(a) *Ita Antonin. Diana Tom. VII. tr. 1. Resol. 132. ait, Deum in levi materia posse OBLIGARE ad MORTALE, ut probabile sit, feciſſe erga Adamum & Evam, ratione fructui vetiti.*

(b) *conf. Sir. III. 22. Gregor. Nazianzen. Orat. XLIX. Certe hoc est DEUS, quod cum dicitur, non potest dici: cum æstimatur, non potest æstimari: cum definitur, ipsa definitione crescit: quem omnia nescinnt, & metuendo sciunt.*

XLVI.

Epilogus, de perversis, quæ cultorem DEI haud raro excipiunt, judiciis.

Nihil est novi, ut quorum intemerata perspectaque ubique probitas est, ob religionem (a) velut nimis pii accusentur. Sed felix ea haberi debet conversatio, in qua inimici nullam reperiunt occasionem, nisi forte in legitimis DEI. (b) Cæterum, ut omnino par est providere, ne optime cogitata, pessime cedant: ita cauti semper simus lubricitatis alienæ censores, ne in ipsam probitatem recidat, quod in abusus dicitur; memores, quod minus peccent, qui sine consilio fervidi sunt in amore DEI, quam qui consulto tepidi; condonante DEO optimæ animi intentioni multa, quæ malæ cupiditati non indulget. (c)

(a) *Si deficiat crimen læsæ majestatis, quærendum crimen est læsæ religionis. Cum tanta esset existimatio fidesque Danielis, ut ne in speciem quidem reperiri quidquam posset: insidiæ ei ob religionem structæ sunt.*

(b) *ita quidem* Hieronymus *ad Dan. VI. 5.*

(c) *Ut prudenter etiam monuit* Schomerus, *Theol. Moral. c. VIII. fin.*

COLLE-

COLLEGII PUFENDORFIANI

Ad Lib. I. Cap. V.

EXERCITATIO V.

COMPENDIUM.

I. Accessus ad argumentum de Officio hominis erga se ipsum. Duæ hominis partes. De cura animi & corporis, præcepta. Hc & de definitione hominis dissensus eruditorum. An in animam cadat facultas divinatrix? II. Quæstio de eligendo genere Vitæ. III. De Jure in vitam propriam. IV. Quousque defensio sui violenta sit licita? V. An eligere liceat genus vitæ, ex quo probabiliter brevior vitæ terminus expectari debeat? VI. Quod initium defensionis violentæ? VII. De obligatione ad fugam. VIII. De Duellis; IX. & Judiciis Divinis, ac X. Duellis publicis. XI. De mutilatione membri: An cum cæde invasoris vitanda? De Jure iræ: Pudicitiæ item, ac furе nocturno. XII. De Jure adversus Hostem. XIII. De defensione Rerum. XIV. De Jure Necessitatis, ejusque XV. in Legibus humanis exceptione. XVI. An & in divinis exceptio? XVII. Casus de VII Britannis examinatur. XVIII. An possit injustitiæ argui, qui ex ratione belli locum in solo pacato situm, invito Domino occupat? XIX. An necessitas tribuat Jus ad Res alienas? XX. An, qui in naufragio sortis periculum detrectat, in mare possit projici? XXI. Concluditur Exercitatio per observationem de temperamento Juris in Dominio.

I.

QUemadmodum duæ hominis partes sunt: Anima & Corpus; (a) sic utriusque cura sedulo decenterque agenda est. Cæterum, salutari prorsus, in ususque publicos evaliturо instituto, quæ parcius circa culturam animi complexa erat prior editio, supplevit nupera; (b) & quas Jus Naturale ferat doctrinas, recto nimirum fini usuique generis humani congruas, eximie ostendit. (c) Cætera, quæ novæ Editioni de Notitia sui * profunda, (d) prudenti, tranquilla, extremorum nescia: de cura existimationis: De Officio circa opes: ** de voluptatibus item & affectuum moderamine accesserunt, περικτώμενα sunt, & præterquam, quod Epicureismum variasque sectas, Romanam inprimis, absurditatum errorumque convincunt, animo nostro ad componen-

Quot hominis partes?

dam juxta regulam honesti vitam, & juge ejus examen instituendum, solicitè imprimi merentur. Addi potest doctrina de cura corporis. (e) Cæterum recte dixit Auctor παναρέστῳ, suam cuilibet, quærenti, sapientiæ Δότην, (f) eaque monuit scrutanda esse, quæ ad nos pertinent. (g) Itaque datur officium erga se ipsum. Equidem opponi poterat: Homo per se ac naturaliter impellitur ad se conservandum. E. non opus est commento novi officii. Quemadmodum homo naturaliter impellitur ad edendum, atque ideo non opus habet obligatione ad edendum. Sed (1) non semper homo isto impulsu recte utitur. (2) Etsi necessitas edendi sit naturalis, modus tamen ratioque edendi pertinet ad officium, ac obligationi subsitat.

An detur officium erga se ipsum?

Quid de tribus hominis partibus?

a) *Urgent moderni locum Pauli 1. Thess. V, 23. ad quem conferendus* D. Danhauer. *Hodosoph. Phænom. V. Præcipuè quid Spiritus? disquirunt. Antiquissimus Patrum* Irenæus, *V, 6. Si, ait, defuerit animæ* Spiritus, *animalis est vere, qui est talis, & carnalis derelictus, imperfectus erit, imaginem quidem habens in plasmate, similitudinem verò non assumens per Spiritum. — Perfecti igitur, qui & Spiritum in se perseverantem habent DEI, & animas, & corpora sine querela servaverint. Sunt ex recentioribus, non qui tres faciunt hominis partes substantiales, sed duas illas, quas in thesi ponimus, retinent, animam tamen distinctè considerari volunt, ut facultas ejus superior sit Spiritus, inferior vero anima. Prorsus ut alibi Lutherus, provocans ad Mosen, qui per animam intelligit vitam, quam pisces, reliquaque animantia cum homine communem habeat: per Spiritum verò peculiares illas facultates, quæ intellectus & voluntas vocantur. Cæterum potest utique homo ut regenitus spectari: cujus hæ tres velut partes sint:* Spiritus, τὸ ἡγεμονικὸν, *ductor ille & gubernator, mens indolesque nova, novos in renatis motus formans, divinæque humanam subjiciens voluntatem. Anima est* Παθυμητικὸν, *cui adduntur* τὰ παθη *in genere: item sensitiva facultas: judicium: ratio ex se non repurgata à Spiritu Sancto. Quorum denique Corpus organum est. Vide quæ olim ad* Jo. Ludov. Vivis *Introductionem ad Sapientiam commentati sumus.*

b) è

b) è majori animirum opere, II, 4, 3, 4. sqq. huc translata. *Ad curam animæ plurimum facit, peccati turpitudinem ac noxam adcurate dignoscere. Ill: quod omnia peccata hoc habent, quod, quo frequentius fiunt, eo exuuntur difficilius. Quod DEUM habent inspectorem, eumque lædunt: quod peccatum sibimetipsi gravissima pœna sit, & malum continuo habeat comitem. Pertinent etiam ad perfectionem animi Peregrinationes. Studium Sapientiæ perpetuum, ut in ea προκοπὴν videamus, nullique parcamus operæ: ut omnes difficultates, quæ in viâ sunt sapientiæ, superemus. Sapientiam intellige veram, divinam, non labore, sed precibus obtinendam. Extat Dissertatio J. F. Buddei de Cultura animi.* Præcepta quædam de cultura animi.

c) *Rejectis sequioribus, quales de fato Stoico, de catena rerum immobili, de cultu vicario, de vita monastica, de Jure Naturæ ob Religionem violabili & aliis, quas Roma in Orbem Christianum invexit.*

* *Huc pertinet cognitio facultatum Animæ, de quibus suprà. An verò præter facultatem Intellectivam, volitivamque, Homini etiam competat divinatrix? antiqua, & recentioribus quoque agitata quæstio est. Præsagia extitisse negari nequit. Ita Mater Alexandri M. gravida somniavit ex utero suo enasci fulmen, plane ut de eo Lucanus:*

Fulmenque quod omnes
Percuteret populos.

An in anima humana sit facultas divinatrix?

Nec somniis eventum respondisse negari potest; quæ si divina sint, sensu quodam vero dignosci ajunt, quem DEUS animis imprimat. Nondum tamen ista peculiarem facultatem, sed specialem DEI admonitionem, rebus humanis, nemine sano negante, haud rarò intervenientem, evincunt. Cæterum somnia à DEO missa non agnovit Aristoteles, cum tamen plurima ejus generis in sacris profanisq; exempla sint, uti demonstravit Grotius in annotatis ad primum de V. R. C. Mihi non semel retulit Senex probus, & plusquam Septuagenarius, sibi quum virili ætate in Borussia ageret, mane circa sextam ipso die Epiphaniæ, in somno visam matrem, quæ bis fere verbis ipsum alloquuta sit: Vale mi charissime Fili! Reddat Tibi DEUS pro pietate & obsequio, quo me semper complexus es. Nunquam me læsisti. Vale, inquam, fili dulcissime. Inter hæc se expergefactum, Tabellioni, quem secum habuerit, narrasse, quid in somno viderit, & somnium in pugillari descripsisse. Imprimis alte animo hæsisse exactissimum matris alloquium adspectumque, & ut sibi manus in valedictione trivisset.

De somniis, quorundam sententia.

Exemplũ memorabile, Auctori pluribusq; aliis constanter memoratum.

visset Redux Tubingam Noster, qui hæc aliis etiam conspicuis inter memoravit, ex uxore inter prima alloquia quæsivit, ut mater sua pientissima valeret? Quæ nonnihil tergiversari visa respondit: Probdolor! obiit mater tua, & die quidem Epiphaniæ circa horam sextam. Ubi arreptis pugillaribus suis, & ostenso somnii notamine, horam, qua mater sibi in somno comparuerit, uxori demonstravit, ac testem allegavit comitem tabellarium. Cæterum solidioribus argumentis docenda est animæ humanæ immortalitas, quam Nobis cogitandam graviter injunxit Servator Optimus: Corpori eam in hoc opponeas, quod illud occidi possit, hæc non item, sed perdi in gehennam à solo DEO, qui ideo solus quoque metuendus. Cowardus, nuperus ex Anglis Scriptor, Anno 1702. evincere, edito libello, conatus est, animam hominis corpoream, ac subtilem quendam ignem esse, eoque cum corpore mori, & cum eo in die extremo suscitatum iri. Eum confutavit William Asheton, in libello: A Vindication of the Immortality of the Soul. Eodem adversus ipsum labore defunctus est Lesleyus, Dissertatione, quæ Parkeri (Samuelis) Eusebio subnexa fuit. Sed & idem negotium contra Cowardum suscepit Gallicus apud Londinenses Minister, singulari Tractatu: Doctrine de l'Ecriture sur la Nature de l'Ame, & son Etat apres la mort. Nota etiam est sententia Henr. Dodwelli, animam principium naturaliter mortale esse asserentis, immortalitatem vero ex mero Dei arbitrio, ut puniatur, vel ex Baptismo atque Episcopi, (qui solus dare Spiritum immortalizantem possit) deducentis. Prodiit Epistolaris ejus Discursus Anglico sermone, Londini A. MDCCVI. prolixo, quod mireris libro, quo etiam distinctionem inter Spiritum Dei immortalizantem credentes, & voluntatem Dei, immortalitatem incredulis superaddentem, excogitavit. Extat verò etiam Sam. Clarkii Epistola ad Dodwellum, ubi hæc ex instituto expenduntur. Confer dicta superius Exercit. II. §. XII. lit. a. p. 56.

(d) Quomodo definiendus homo sit? quis nescit litigari? vide locum Arnobii suprà p. 211. n.** allegatum, ac desines mirari. Anastasius definiturus Angelum, dixit Creaturam rationalem, sed ἀσώματον, seu somni incapacem, quam à corpore hominis animali differentiam esse putavit, quippe quod somno indigeat. Sed hæc quidem differentia haud sufficit. Socrates modestè dixit: Se nescire, quid homo sit. E recentibus Samuel Strimesius, hominis genus esse animal negat, substitutque Spiritum. Nempe substantiam divisi debere in spiritualem

De immortalitate animæ, ac de ea nuperæ Anglorum lites,

Speciatim H. Dodwelli opinio.

Quid homo sit? ubi de ejus definitione, varia recensentur.

lem & materialem. Spiritualem esse vel absolutam ab omni materia, vel determinatam ad materiam. Illam esse Angelum, hunc hominem, Helmontius *in* Venatione Scientiarum §. *ult. Substantiam dividit in* Spiritum & Corpus. *Spiritus ei vel est abstractus, vel concretus. Homo solus, inquit, est* Spiritus concretus, *non autem inter corpora locatus. Unde hominem definit, quod sit* creatura vivens in corpore, per animam immortalem ad honorem DEI, secundum Lumen & ad imaginem verbi primi, exemplaris omnium causarum, figillata. Claubergius *ita: Homo est res ex mente finita & corpore organico composita; quam definitionem retinent,* Le Grand & du Hamel. *Quod è recentibus nonnulli à notione Animalis abhorreant, hæc præcipua est ratio, quod homo non poni debeat sub genere ignobiliore, quod est corpus: item quod incompertum sit, quid sit animal, licet definiatur, idem esse, atque corpus vita sensuque præditum. Rursus, quod stante genere animalis, hæc videatur inferri propositio: homo est corpus, quod tamen in casu recto de homine prædicari non possit: aut si omnino pars de toto prædicari possit, melius esse, hominem vocare generice Spiritum. Addit hanc rationem* Erh. Weigelius in der Wurtzel-Rechnung/ *quod magna humani generis corruptio inde orta sit,* daß sie die Menschen für Thiere halten/ und vor *Animalien* erkennen. *Cum longe præstantior definitio sit,* hominem esse animam viventem, *Gen. II, 7. Addit,* sub voce Animalis *Spiritum non contineri; nec dici posse Animal spirituale. Nec panciora contra differentiam quæ à τῷ rationali petitur, objici solent. Per illud enim non determinari animal secundum totum, sed* secundum partem *duntaxat, animam* scilicet, *aut aliquam ejus facultatem (quandoquidem anima in rationalem & irrationalem, non verò animal sic dividi debeat) cum tamen per differentiam tota species ab alia, non pars solum ejus differre debeat. Item quod sic non differat ab Angelo. Sed caute omnino huic incedendum est, ne primo corpus non pro parte hominis habeamus; aut de vocabulis litigemus, novaque substituamus, ubi sub veteribus de re ipsa facile posset conveniri. Nuper Vir Clariss.* Joach. Langius *in Medicina mentis definiit: animal mente præditum. Ubi* animal *retinuit, quia huic non idem sit, quod θῆρ seu θηρίον, fera, unde Germanicũ* Thier/ *sed τὸ ζῶον, h. e.* Corpus animatum, sentiens. Mentem *verò definiit, substantiam spiritualem, incompletam à Creatore suo dependentem, ipsique ac æternitati potissimum conditam, ideoque iis*

An animal pro genere hominis ponendũ? utriusque partis rationes.

Διήκειος de non temere mutandis definitionibus.

quid mens?

præditam facultatibus, ut non tantum corpus informare ac regere, sed etiam copo & objectis suis liberrimè & cum justa proportione se accommodare, iisque legitimè ac beatè occupari & frui possit ac debeat. P. I. c. 1. §. 25. pag. 17 sq. Corpus definiunt substantiam materialem ordinatam ad hospitium ministeriumque animæ. Hebræis nonnullis, ut & Pythagoræis animus est homo totus, corpus ni. nisi σκεῦος. Quorsum refert Grotius illud Sap. VIII. 20. μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν, ἦλθον εἰς σῶμα ἀμίαντον. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus non inquinatum, vertit Latinus. Sed cogitemus, ait Grotius, eum hoc velit dicere: Si vera est sententia περὶ τῆς προυπάρξεως τῶν ψυχῶν (multi enim Hebræi eam sententiam hauserant, Jo. IX, 2.) cum essem ego bonus, corpus mihi assignatum est optimæ κεφάστως, sine vitio notabili. Quam sententiam περὶ τῆς τῶν ψυχῶν προυπάρξεως, Synesius ne quidem factus Episcopus deposuit. Quid verò cogitatione opus, quando μετεμψύχωσις omnem salutis ordinem subruit? ac non justitiæ minus quam bonitati divinæ repugnat? Cæterum eodem libro

Quid Hebræi, quid Pythagoræi de corpore?

Contra μετεμψύχωσιν.

** Sap. IX. 14 corpus alia phrasi vocatur τὸ χοῶδες σκῆνος.

Ne vitam pro παντοπωλείῳ, mercatu, habeamus: Sap. XV, 12.

Horat. — — — — Ut rem facias, rem
Si possis recte, si non, quocunque modo rem.

De cura corporis præcepta aliquot practica.

(c) Thales rogatus, qui felix esset? respondit, qui corpore sanus est, animo eruditus. add. Sir. XXX. 14. & ad Præceptum quintum: Ne occidas, vel te aut alios, passim Scriptores. Magnum rectæ valetudinis bonum. Opes vera multæ circumfusæ ei, qui ob morbum frui non potest, perinde habendæ ac epulæ appositæ sepulchro, qui mos vetus Phœnicum fuit. add. Sirac. XXX. 18. Huc pertinet FUGARE MOERODEM. Sir. XXX. 25. add. XXXVIII. 19 ex nimio enim longoque mœrore mors advenit, aut certe animus impar negotiis. Cavere invidiam ac iracundiam. Sicut enim, ait apud Laert. I, 6. Bias, ferrum rubigine absumitur, ita invidus suo ipsius vitio contabescit. In mensa de cibis, non aliis de rebus cogitare, ut exponendum esse Siracidem monent Viri docti ad XXX, 27. Divitiis non inhiare, quas sentibus Servator comparavit. Nunquam plus æquo esse saburratum; labor enim, & vigiliæ, & cholera, & φθόφος seu tormina edaci, ac δυσεντερικὰ πάθη edacitatem sequi notat Cicero ad familiares VII, 26.

Et — — — corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat.

Sed

Sed & labor ad ſanitatem conducit. Quorſum facit problema Ariſtotelis Sect. I. probl. n. 47. Cur ſalubre ſit cibum mittere & laborem augere? ad quod reſpondet: quia cauſam ægrotandi affert excrementorum copia, quæ tum exiſtit, cum aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt. Sir. XXXI, 27. Vino modicè uti, quippe quod DEI opus eſt, (contra Manichæos, quos vinum à Diabolo productum dixiſſe ajunt) non autem ebrietas. Vivere cum viris bonis, jucundis, amantibus noſtri. Fugere inprimis edacitatem. De quo optimè Auguſtinus: Hoc me docuiſti DEUS, ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumtum accedam. Auguſtin. Conf. X, 31. add. Sir. XXXVII. 34. LI, 27.

Παχεῖα χαρὴ λεπτὸν ὲ τίκτει νόον.

Referenda huc eſt characteriſtica corporis & conjectandi exinde animi. Vultus enim quidam cogitationis arbiter, & tacitus cordis interpres. Facies index plerumque eſt conſcientiæ, & tacitus ſermo mentis. Vultus eſt ſtatus quidam faciem pro affectibus mutans, qui ſermo quidam mentis eſt, ut Cicero in Piſonem ait: imago animi, eidem in Oratore. Adde Off. I. Status, inceſſus, ſeſſus, accubitus, vultus oculi, manuum motus, teneant illud decorum. add. Sirac. XIX, 27. Ambroſ. Off. I, 18. Conviviis præcipue, de quo prolixè Siracides in Panareto XXXII. 5 ſq. Convivium ſimile ſit alphabetho. Vocales literæ ſint ſenes, docti, uſu periti. Semivocales ſint juvenes; mutæ ſint non interrogati. Atque huc rurſus doctrina de decoro pertinet; Speci tim quoque de Riſu hoc agendum, qui ſit ſine cachinno Sir. XIX, 27. XXI, 23. Gregor. Nazianz. in Tetraſtichis.

De conjectando animo.

quid vultus?

De Conviviis, & riſu.

Riſum meretur quilibet riſus procax
Triſtem eſſe præſtat, quam ſolutis moribus.

Vide ſuperius dicta Exercit. II. §. XVIII. p. 63, 64. An & faciem emendicato colore liceat pingere? Docuit ea de re nonnulla Zentgravius in Summa Juris; pertinetque eo admodum illud Terentii:

Eſt bona eſt natura, reddunt curatura juncas.

Add. II. Reg. IX. 30. & eò Grotium, ubi de uſu ſtibii, ad dilatandos oculos.

(f) δῶρον vocant Medici, quantum cuique ſumere opus eſt. Sirac. I, 19.

(g) — — *quod magis ad nos*
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus: utrumne
Divitiis homines, an ſint virtute beati?

Quidve

Quidve ad amicitias, usus, rectumne trahat nos,
Et quæ sit natura boni, summumque quid ejus.

II.

Quæstio de eligendo genere vitæ.

Difficilima quæstio est de eligendo genere vitæ, à cujus decisione brevis illius, quod inter mortales degimus, ævi felicitas dependet. (a) Neque suaserim cuiquam, ut prolem sine certo vitæ instituto, paternis vivere bonis, & divitiis incumbere repertis sinat, quod & à dignitate humana & futurorum (b) prospicientia vehementer abhorret. Cæterum prudentis est, rerum humanarum CADUCITATEM ac vicissitudinem nunquam animo dimittere.

a) *quæ observari in eo debeant aut possint breviter, ac nervose ostendit Auctor §. 2. edit. vet. Adde Ciceronem de Off. I, 32. & Danhauerum Theol. Cas. P. II. p. 711. qui, quam in Marco Filio cœcutierit Cicero observat; & Jesuitas in hoc negotio solicitos laudat, allegato Adami Conzenii dicto. Conf. Sekend. Stat. Christ. II, III, 4, 5. & quæ nos supra Exerc. II. §. XXXIII. discussimus.*

(b) *Sir. XL. 1. sq. Omnium Creaturarum passiones in homine tanquam in centro conveniunt, quia est totius mundi Epitome.*

Vita aloes multum, mellis habet minimum.

III.

An αὐτοχειρία unquam licita?

Αὐτοχειρία nunquam est licita. (a) Neque Archithalassius vel oppidi Navisve præfectus, instante victoria hostili, glorioſioris prætextu mortis, pulveri nitrato ignem addere, seque eum suis in auram explodere potest. (b)

(a) *quia homo sibi vitam non dedit, sed DEUS: E. nec abrumpere potest. Quia quod meum non est, in id non habeo Jus. Prodiit* Anglicus Libet *de Avtochirio* Jo. Adami, *contra tractatum, qui* Biathanatos *inscribitur, & Auctorem* habet Doctorem Donnium, *ad S. Pauli Decanum, quo autochiriam defendere non dubitavit. Frustra ad Samsonem provocatur, ejus enim facinus omnem vim humanam excessit. Addunt alii, quod non directa intentione se interficiendi, sed vindictam ab hostibus DEI sumendi id fecerit,* Jud. XVI. 30. *Neque*

justa

justa ἀυτοχειρίας caussa est, quam Hebræi Samsonis exemplo muniunt; si quis victurum se deinceps in opprobrium DEI videat. Primum enim hoc certo prævideri non potest, quum DEO varii, etiam singulis momentis, modi suppetant, probrum impediendi, hominem DEI caussa patientem vindicandi, suamque gloriam manifestandi. Deinceps, si probrum tolleretur, fini tamen bono non correspondet medium, quod illicitum. Demum voluntas DEI non potest præsumi, quæ jam in contrarium, de se non interficiendo, est revelata. Nec probandæ Virgines Martyres, stationem antequam DEUS jusserat, egressæ. Graviter Augustinus, de Civ. DEI, I, 18. Quis tandem, inquit, sana mente putaverit, se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit: nec pertinebit ad ea bona, quibus bene vivitur, sed in bonis corporis numerabitur: qualia sunt, vires, pulchritudo, sana integraq; valetudo, ac si quid hujuscemodi est, quæ bona, etiamsi minuantur, bonam justamq; vitam omnino non minuunt. Add. Grotius de J. B & P. II, 19. 5. ubi exemplum Razis, Hierosolymitani Senatoris ex historia Maccabaica laudat, examinatum tamen ab eodem Augustino his verbis: Factum hoc, ajente, narratum est, non laudatum: & judicandum potius, quam imitandum. Cætera, quæ opponuntur, utique facilia sunt.

(b) Confer. Vitriar. Instit. I. N. & G. L. II. c. XIX. qu. II. Turpe non est vinci, si causssam non dederis victoriæ, atque evitare captivitatem summo malo natura non permittit. Neque etiam à prudentibus præfectis quidquam imperatur, nisi lux quædam evasionis & salutis adfulgeat: nisi omnium, saltim quorundam. In præsenti verò casu certum exitium, nec militibus saltem, sed & aliis, qui navem vel peregrinandi, vel emercandi causssa conscenderant. Cæterum sufficienter hoc deduxit Hedingerus, Consp. J. P. U. pag. 179. Nota est Obdami historia. Quid verò sentiendum de Milite voluntario? disputant. Certe in bello justo pium est ac fas vim propulsare, & subvenire oppressis. Si ex mercede: quidni & jusmet impensis. Conf. D. Zentgrav. de Jure & Just. p 756. sqq.

IV.

Quousque Defensio sui sit licita?

Est equidem hæc circa sui defensionem ex ipsa Socialitate derivata Lex: Ita Te defende, ut alium Te licet læsurum, si fieri possit, non lædas. Uti tamen in Libertate naturali, (a) sic

inter privatos quoq; in periculo vitæ, non aliter vitabili, Defensio sui violenta, etiam cum interfectione periculum inferentis licita, (b) aliquando & præcepta est. Cujus rei prima ratio est, quia natura quemq; sibi commendat. (c) Quin & ii venia digni sunt, qui innocentem, fugam aut defensionem, sine qua mors evadi non potest, impediturum, transfodiunt aut obterunt. (d) De eo tamen, qui Principem invasorem necat, aliter pronunciandum. (e) Interim dari casus, quibus vita non pro Religionis modo ejusdem, sed & humanitatis sanguinisque communis consortibus relinquenda sit, aliunde non saltem, sed & ex ipso naturali lumine manifestum est. (f)

a) *Eo tamen cum discrimine, quod Auctor indicat §. 9. edit. vet.*

An violentus adgressor cum cæde repelli possit?

b) *Videndus de hoc argumento* Grotius *II, 1, 3. sqq. & eò* B. Oslander *in Observat. qui rationes dubitandi resolvit, & Legem charitatis, secundum quam ego mihi proximus sum, qui & ipse in peccato constitutus esse possum, exponit. Cæterum Demonstratio ex Principio Socialitatis prona est. Per quod enim prospicitur communi humani generis Societati, id Jure Naturæ licitum est. Sed per defensionem violentam. Cæterum non directè intenditur mors adgressoris, sed invasi justa defensio. Hoc volunt verba Auctoris: I, 5, 12. vel extrema licebit invasori intentare. Non quidem ea intentione, ut per cædem vindicta ob injuriam exigatur, sed* Quatenus *vita citra ejusmodi cædem è præsenti periculo nequit eripi. Nec obstat 1. quod alter mihi sit æqualis Physicè; non enim æqualis est moraliter. Nec 2. quod hæc sit defensio ac vindicta, privata ac propria auctoritate facta, non autem licitum esse, quod fit privata auctoritate. Nec 3. quod homicidium sit gravius peccatum quàm fornicatio. Manifestum autem esse, quod nemini licitum sit fornicari ad conservandam vitam. Multo igitur minus eo fine licitum esse homicidium. Nam quod ad secundam exceptionem attinet, præterquam, quod* G. Vasquez *putat, invasum hoc in casu non agere auctoritate privata, sed publica, &* Estius *dicit, eum esse Ministrum publicæ justitiæ: non est hæc vindicta privata, sed mera defensio, judicijs cessantibus, ob Legem Socialitatis necessaria. In* tertio *autem* dubio *notandum est, actum fornicationis vel adulterii non ordinari ad conservationem vitæ*

Solvuntur objectiones.

vitæ propriæ ex necessitate, prout actus defensionis, ex quo quandoque, & quidem indirectè, sequitur homicidium invadentis. Neque 4. *quod sic invasor amittat salutem æternam,* cum tamen nulla sit proportio inter vitam æternam & temporalem, *ideoque hanc potius* relinqui ab invaso *debuisse. Resp. utique non licere alteri eripere vitam æternam directè, sed injustè invasum nihil quærere directè quàm sui defensionem. Etsi enim ebrius adgressor, si ei parcat alius, sequeque interfici patiatur, damnationem modo æternam effugiat: nondum tamen certa ejus Salus, imo ne quidem probabilis est. Quis enim affirmabit, hominem conversum iri? Itaque jam non in comparationem veniunt vita mea temporalis, & æterna alterius; sed ex una parte vita mea temporalis, & ex altera, longior mora ad pœnitentiam ebrio danda, ut eo in statu diutius maneat, in quo resipiscere possit; Quæ duo si comparentur, certe hæc mora ad pœnitentiam, quæ adeo incerta est, tanti non est, ut ob eam vitæ meæ, è qua certo tantæ in publicum privatumque utilitates redundare possunt, dispendium patiar. Cur enim vitam certis necessariisque usibus destinatam, rei incertæ (qualis est conversio & salus hominis impii) posthabeam? Cur vitam, quam conservare à DEO jussus sum, & gloriæ Ipsius destinare teneor, ob pœnitentiam alterius adeo dubiam temere amittam? Itaque qui ex tali occasione lædituɾ, habet, quod suæ pravitati imputet, quæ alteri isthanc necessitatem imposuit. Neque* 5. *obstat: Nullam esse inter conatum occidendi, & mortem ipsam, proportionem. Ergo invasorem, ob solum occidendi conatum prosterni non posse. Alia enim ratio est malorum pœnæ, alia malorum bellicorum, vel quasi talium: Illa sunt in potestate punientis, qui ea delicto aptare potest: non hæc, quia tempus vix habent, eaque sua sponte invasor incurrit. Cæterum, verba Christi de præbenda, unam percutienti, maxilla altera, absolutè non possunt capi: quia Paulus Act. XXIII, 2.* 3. *os percutienti non* denuò præbuit, *sed gravibus* verbis sese defendit, *ac DEI vindictam verberanti comminatus est. Legi meretur Responsum Insignis Theologi* B. D. Speneri, *ad quæstionem:* Ob man sein Leben gegen einen Trunckenbolde durch dessen Entleibung retten dörffe? *Consil. Theol. P. IV. Sect. XVII. Artic. III. p.* 392. *sqq.*

(c) *Quia Lex charitatis adversus me ipsum in decalogo mihi injuncta & quia Juris etiam naturalis est seipsum defendere, vitamque non temere profundere. Conf.* Pöllerus *II, 1, p.* 118. *qui fundamenta animo-*

fioris, quam vocat, doctrinæ hujus deducit, ut insitia inculpatæ defensionis fiat conspectior. Ostendit etiam Osiander *ad Grotium, non laudabilius facere qui occidi quàm occidere malit. Unde videri potest, quid sentiendum illa de thesi. Jus violentæ defensionis non per modum Legis, sed per modum Facultatis in homine concipiendum esse. Imo & facultatem istam in DEO non tam adprobationem, quàm nudam tolerantiam denotare, esseq; defensionem violentam inter media illegitima defendendæ civitatis numeranda. Sed sententiam supra dixit Pufendorfius, quod hanc proscribere, exitio generi humano sit futurum. Nec eam Christus proscripsit. Conf. interim Dn. Weber. de Habitu Juris Naturalis ad disciplinam Christianorum, quoad caput defensionis violentæ, Aph. VII, XIII, XIII, XX. Cæterum negativè ad quæstionem supramotam respondet Zieglerus; ex Moralistis Filiutius, Dicastillo. Affirmat autem Osiander, & B. Durrius, secutus rationem Thomæ Tamburini, quem hoc nomine etiam laudavit; ex JCtis Strykius de Jure hominis in seipsum. Seipsum enim qui occidere non debet, is nec indirectè hoc faciet. Unde cum vitæ custodia homini sit præcepta, omni studio anniti tenetur ad ea declinanda, quæ nocitura & exitium adferre videntur; ni, si non directè, certe indirectè, neglecti officii accusari velit. Qui ergo in tali defensione, Jure suo utitur, ei usum Juris charitas dissuadere non censetur. add. Zentgrav. de neglecta vitæ custodia §. 16. Quia qui Jure suo utitur, nemini facit injuriam. Grot. II, 1, 12.*

Animadversio in thesin nuperam.

(d) *Præprimis Præceptum: Sicut Teipsum: non de æqualitate omnimoda accipiendum, sed de paritate affectus sinceri, qui cum ordinis ratione consistere potest. Adde Osiandr. ad Grot. I, 3, 3. Bene Augustinus: Ipsa dilectio proximi ex sua cujusque dilectione terminum accepit: Dixit enim DEUS: Diliges proximum tuum tanquam teipsum; qui itaque pro alio vitam temporalem perdit, non jam diligit sicut semetipsum, sed plusquam seipsum, quod sane Regulam excedit. Interim Osiander existimat, eum potius debuisse mortem pati, quam obterere innocentem, eo ipso quod fuerit innocens. Ubi queri posset, an ejus vita meæ præponderare censenda, aut annon etiam in foro conscientiæ potior meæ securitatis ratio sit? Severè hoc Kulpisius: manet, inquit, interfecti innocentis verum homicidium, adeoque actus moraliter malus, ad quem faciendum nulla necessitas homini Jus tribuit. Quidquid etiam de intentione primaria cum Thoma*

An innocens certo in casu obteri possit?

doceat

doceat Grotius *Exerc. II. p. 32. §. 3. lit. l.* Sed primum quidem indirectè atque extra agentis propositum interimi etiam innocentem posse, extra dubium est. add. Dissert. nostra IV. de jure Pœnarum §. 1. & ibi ad lit. e. Quando præterea mihi aut proximo moriendum, quid obstat, modo cætera sint paria, quo minus meam, alterius præferam salati? Annon navis piratis plena, aut domus latronibus, tormentis peti potest, etiamsi intra eandem navem aut domum sint pauci innocentes, mulieres aut infantes, quibus inde creetur periculum? add. Grot. III, 1, 4. Regulam sanè, ut pulcrè Augustinus, diligendi proximum à semetipso dilector accepit; quandoquidem scriptum est, diliges proximum tuum sicut teipsum de Civit. Dei I, 20. Cæterum eo de casu loquimur, ubi aliter nullo Jure impedit, & defendens seipsum, perturbata ratione sensuque, fere caret principiis moralis actionis, cognitione, voluntate, deliberatione. Quid quod ipse Auctor est Kulpisius, Civem Innocentem posse tradi in manus hostium, ut vitetur alioqui imminens Civitatis excidium. Coll. Grot. Exerc. X. Sect. IV. §. 1. p. 134, 135.

(e) Grot. II, 1, 9. Quid si à Principe quis impetatur, sive summo imperante, an & adversus eum licita sit violenta cum ejus cæde defensio? disquiritur. Exemplum Comitis Taurelli, qui Alexandro Farnesio Parmensis Principis filio, noctu secum pugnanti, & ad fa em alterius transeuntis agnito, pepercit, humique ferrum abjecit, memorat Famianus Strada. Simile de Alfonso ultimo Lusitaniæ Rege laudari solet. Negat etiam Grotius II, 1, 9. quia persona Regis sacrosancta sit, & caritas moneat, meo unius bono multorum bonum à Rege pendens præferre. Affirmat Fernandus Vasquius. & contrariam sententiam Legi naturali adversam pronunciat, Quam enim chara sit mortalibus vita, docuisse Ovidium:

An adversus Principem licita subdito sic violenta defensio?

— — nihil ô fortissime præter
Hanc animam concede mihi, tua cætera sunto.

Illa Grotii ratio saltim non videtur concludere: Si ab aliquo nullius aut pauciorum salus pendeat, eum non recte posse invasorem occidere, quem fortasse vivere plurium interest. Hoc namque modo cælebs aut orbus nunquam posset occidere invasorem proletarium, ne hujus liberi & uxor in solitudine & egestate desit tuantur. Male etiam Vasquius Controv. I, 18. 9 p. m. 163, & §. 9. pag. 164. ait, principem eo in casu desinere esse Principem. Nam Imperia non amittuntur

utramque in partem Scriptores.

tuntur delinquendo. add. Vitriar. Instit. J. N. & G. II, 1. qu. 17, 18 p. 64.

(f) *Conf. 1. Jo. III. 16. quem locum non saltem de fratribus ejusdem fidei, sed hominibus, certo tamen ordine, omnibus intelligendum monet B. Osiander. ad Grot. I, 3. 3. p. m 450. Sicut & proximus est omnis homo. Pufend. de J. N. & G. II, 5, 14. Et licet utique summo Imperio Cives, ut cum periculo imo jacturâ vitæ Civitatem defendant compellere. Pufend de Off. H. & C. II, 13. 2.*

V.

An eligere liceat genus vitæ, ex quo probabiliter brevior vitæ terminus expectari debeat?

Quæri etiam solet, an liceat ejusmodi vitæ genus eligere, ex quo, probabiliter, brevior vitæ terminus expectari debeat? asserit Pufendorfius. (a) quia hoc modo usum sui quis largius dispensat. Ac notum utique emblema est: Aliis inserviendo consumor. Cæterum difficulter brevioris vitæ caussa definitur, quoniam labor, etiam intensior, plus vita deside ad valetudinem conducit, ac socialitas quoque Philavtiæ multis in casibus prævalet, nec Medici saltem, sed & Ministri Ecclesiæ ac milites, illi & isti contagioso morbo laborantes visitando, hi extremis se periculis destinando vitam in summo probabilitatis gradu periculosam eligunt, ac plurimos, ob vitæ genus, officiique rationes, vix ad dimidium dierum perveniisse, constat experientia.

(a) *O. H. & C. I, 5, 4. lin. 9. sq. Nec obstat, quod vita non sit nostræ potestatis, ergo nec probabiliter abbreviari à nobis possit. Neque 2. quod longior vitæ ætas ampliorem usum præstet. In primo enim, nulla est connexio, nisi colligere velis, militem fieri posse neminem. De altero, quod excipitur, observandum, sæpe plus profici pauco rum dierum vita quam multorum annorum.*

VI.

Quod initii defensionis violentæ?

In *statu naturali* initium defensionis violentæ repetendum præcisè non est ab actuali invasione, sed à certa ad invasionem præparatione: (a) at in *Statu civili* incipit ab actuali læsione, definitque cum impetus ab invasore illati depulsione. (b)

Quan-

Quanquam, ob animi perturbationem (c) *modicus excessus* in foro humano non curetur, quo infestius est malum, quod affectum istum excitavit. (d) Modum excessus Judex è circumstantiis æstimat; & gravius excedere eum censet, qui collisionis auctor est, quam qui defensionis limites transilit. Ac explorandis circumstantiis ultimum sæpe remedium est Juramentum.

(a) *hæc summa ac nervus est, I, 5, 11.*
(b) *I, 5, 12.* (c) *I, 5, 12. & I, 5, 13.* (d) *I, 1, 14.*

VII.

An, & quæ obligatio ad fugam?

Ad *fugam* obligatur, qui sine periculo fugere potest; (a) aliter pronunciandum, si fugæ locus non sit, aut ea in alterius perniciem abuti aggressor possit. Cæterum non omnis fuga turpis est, præprimis si in tutiorem quis locum se recipiat. Unde multum humani passum fuisse tenent (b) *Judam Maccabæum* Viri docti, quod maluit vitæ periculo se suosque exponere ac mori, quam retrocedere.

(a) Grot. *II, 1, 10. quia nulla hoc ignominia est, sed falsa ignominiæ opinio.*
(b) *si, inquiens, advenit tempus nostrum, moriamur viriliter, 1. Macc. IX, 10. atqui terminum vitæ nos ignoramus, adeoque à* morte declinare *jubemur, quamdiu salva id conscientia possumus.*

VIII.

Quid de Duellis cẽsendum?

Si Magistratus, aut summæ ubique potestates, suo, uti par est, (a) munere probè fungentur, non facile erit, cur de Duellorum * vel in Aulis, vel exercitibus, vel & scholis frequentia infelices tristissimæque audiri debeant querelæ. Exemplo aliis incomparabili præivere Reges (b) *Galliæ* & (c) *Prussiæ*, qui inhumanum * hunc & exitialem tot parentibus, tot familiis, tot animabus morem (d) è ditionibus, quas possident, amplissimis, *furium* sibi competentium, & privatis ejusmodi monomachiis vehementer (e) læsorum, *optime gnari*, prudenter efficaciterque exterminarunt; spe simul dispensationis aut veniæ

omni

omni, tam ſancti ſaluberrimique Edicti transgreſſoribus, verbis omnino ſignificantiſſimis &, in Principe, æquali effectu cum juramento gaudentibus, (f) præciſa.

quid Duellum? & quotuplex?

(a) *Vid Bœcler. ad Grot. II. p. 31.*

* *Duellum eſt bellum inter duos, conflictus armis infectis & mortiferis.* Formatum *adpellatur, quod provocatione, citatione, comparitione partium, cum ſecundis, trinoque congreſſu, permutatis armis celebratur.* Subitaneum rencontre *vocant apud Gallos, hoc eſt, tumultuariam quandam ex repentino concurſu vindicationem, cum illud certo ritu ac ex* προαιρέσει *inſtituatur.*

(b) *de illo videndus* Guil. Ribierius, *Literis & Monimentis Status ſub Regnis Franciſcorum & Henrici II. Galliæ Regum.*

(c) *de hoc conſulendus* C. Thomaſius *in Felicitate Subditorum Brandeburgenſium, qui etiam Excerpta Sanctiſſimi Edicti Anno MDCLXXXVIII. menſe Auguſto publicati dedit. Singularia collegit J. C. Beemann. Parall. Polit. XXII. p. 720, 721, 722. de Henrico II. G. R. de Concluſo Ordd. Imperii &c. add. Tertull. de Patientia & Hornbek. Theol. Pract. L. III.*

* *conf. Bœcl. ad Grot. II, I p. 32 de Condæo c. 19. p. 245.*

(d) *Exempla, etiam in Academiis, triſtiſſima proſtant. Quam triſtis Vincentio Garmerſio JCto Hamburgenſi obitus filii magnæ ſpei fuerit, docet Epiſtola Schurzfleiſchii, quæ inter edit.us nupere eſt CCCXCI. & CCCXCIV. Multo ineptius erat, Principem a Principe provocari. Adde* Beeman. *Diſſert. de Judiciis DEI, c. V. §. 2. p. . .*

(e) *ad Majeſtatem enim pertinet vindicta injuriarum. Mirum igitur Principem Jurium ſuorum tenacem dari, qui hoc Jus Majeſtatis à ſubditis patiatur invadi. Vindictæ Miniſterium Rex ſaltem exercere in uno debuerat propter terrorem multorum.* Capitulare Franc. *V. cap. 332. apud* Datt. *de P. P. p. 3. n. 13. adde infra II, XI, 8. ſub fin. & L. I. de O. H. & C. c. V. §. 12. ſub fin edit. vet. cum voluptas capta ex dolore lædentis plane ſit inhumana &* SOCIALITATI *repugnans, II, 13, 6.*

(f) *conf.* Thomaſ. *d. l. §. 14. p. 34. ubi oſtendit, qua ratione hoc Edictum executioni datum ſit, procurata ſcilicet læſis omnimoda ſatisfactione.*

IX.

IX.

Quid de duellis, judicii, quod vocabant, divini sentiendum?

Recte *Ludovicus Pius*, & *Fridericus II.* (a) modum explorandi per Duella Judicii Divini * Lege Burgundica sancitum, velut à Jure deviantem æquitatisque rationibus non consentientem abrogarunt.

(a) *Conferri meretur* Schurzfleischius *Oper. Historico-Polit. Dissert. XI. ubi in Historia veteris Regni PQ. Burgundionum c. IV. §. 4. singularem Grotii observationem repetit*, quod DEUS apud populos legum lites earumque rudes permiserit, ut lætus eventus causam innocentis comprobaret. *Forte, quod eo rerum statu non tam malitia quàm simplicitate hæc ratio probandi recepta esset. Egit etiam de scelestis hisce præsidiis, divinuque, ut perverse tum credebatur, Judiciis* D. Dattius, *de Pace publ. l. 1, 20. p. 4. sq.* Carolum *quoque* M. *ea pro justis habuisse notat & Jus Provinciale Suevicum allegat, docetque, ut sequioribus temporibus* Civitates *contra hæc Judicia Campionum*, Kampff-Gerichte/ *privilegia obtinuerint, qualia etiam Historiæ Friderici III. adjecit* Kulpisius, *fol. 154. seqq. add.* Böcler. *ad II, 1. p. 33.*

An & cur Veritas per ea quandoque explorata?

* Rex Luitprandus *in Legibus Longobardorum Tit. XCI. n. 3. quia incerti sumus de Judicio DEI, & multos audivimus per pugnam sine justa causa suam causam perdere. Sed propter consuetudinem Gentis nostræ Longobardorum Legem IMPIAM vetare non possumus.*

X.

An probanda duella publica?

De publicis verò duellis, veluti repræsentativis Bellis aliter pronunciandum videri poterat, quod sanguini humano ea ratione parcatur, & calamitates Belli velut in Compendium (a) mittantur *. Probabilior tamen altera sententia est, quoniam post infelicia quoque prælia fortuna Belli reparari potest.

* Strabo *vetustam hanc fuisse ait Græcorum consuetudinem: & apud Virgilium Æneas æquum fuisse dicit, ut inter se & Turnum eo modo res decernetur. Grot. II, 23, 10. Defendit quoque horum licentiam* Osiander, *quia qui sic pugnat, auctoritate publica pugnet; & inter duo mala minus eligat, cum hoc pacto malorum, quæ possit se trahit*

trahit bellum, agmina præcidantur, & ipso initio sternantur. Interea non tam de ipso pugnante, quam de Rep. quæritur, an ei consultum sit, hac via certare & lites finire?

(a) *Uti hanc rationem verbo tangit Zentgrav. de J. & J. p. 393. addunt nonnulli Exemplum 1. Sam. XVII. 4. de Provocatore ad Duellum Goliatho:* si quæ siverit, *inquiente*, pugnare mecum & percusserit me, erimus vobis servi; *docentque frequenter fuisse tales sponsiones illis seculis, ut inter Lacedæmonios & Argivos Othryadis tempore; inter Romanos & Albanos, cum Horatii & Curiatii decertarunt. Ordinariæ verò prudentiæ non est, in re tanti discriminis, in quo cardo belli vertitur, omnes Reip. fortunas uni quasi aleæ ictui exponere. Quare nec pro priori sententia Duellum hoc Davidico-Goliathicum potest urgeri. Cæterum viri inter arma educati Civium sanguinem effundere, vel animi causſa, parvi ducebant. Ludent coram nobis, inquit Abner, Juvenes nostri, ac pari concurrant numero. Quo duello singuli, & numeroquidem XXIV. interiere, II. Sam. II. 14. sqq.*

XI.

An mutilatio membri cui cæde invasoris vitari possit? An & violatio pudicitiæ? Quod Jus inter?

De mutilatione membri recte post Grotium * Auctor: an æquè de *pudicitia* pronunciaverit, non injuria dubitatur. (a) Cæterum referri huc tota de Jure IRÆ tractatio potest, quod maritum, v. c. uxorem in adulterio deprehensam interficientem, à supplicio absolvit; (b) item de *Fure Nocturno*, quem qui occiderat, à supplicio absolvebatur. (c) Quam operosi in resolvendis hoc loco casibus Moralistæ sint, videre est apud eorum Principem Antoninum Dianam (d).

* *de J. B. & P. II, 1, 6. quia vix sciri potest, annon ejus abscissio mortem post se trahat; adeoq; subest probabile vitæ periculum, ad quod sustinendum nentiquam teneor. Adde quod hæc patientia regulariter humanam constantiam excedat. Equidem excipit Vir doctus: posse utique gladium aggressori opponi, adeoque periculum depelli; vel punctum requiri ad moderamen inculpatæ tutelæ. Sed quid si arma cum certo fructu opponi nequeant? Adhæc punctum id cum latitudine & benigna indulgentia sumi debet. Ac distinctio, an subsit vitæ periculum, nec ne? mere theoretica est, nec dijudicandæ defensionis moralitati, in vita civili, usum præbere potest.*

(a) Ra-

(a) Rationes adduxit D. Thom. 172. quia, si physicè spectetur, lens; si moraliter, auferri me Quanquam in exemplis, quæ summum habuere imperium, te persæpe laudarint, Thomasii sententiam è veteri virtus pudicitiæ amitti non pressionem patitur, in potes- Lib. Arb. L. I. c. 5. Nec mum æstimatione, ipsaque L ealiere, quod pro vita. N matio pudicitiæ physicè talem dedit, ad quem indefinite pr nil il concludunt. Alia est mentiæ minetur vitam eripere virgo reluctaretur, eam sclop tuisset se cum cæde H-sseri de (b) Zentgrav. de Jure & (c) Exod. XXII, 2. (d) Cujus hi flos: ulli sunt: T occidere in loco consi- ejus est. Pro defensione b rem. Sed honor est pretio noris, quando aliter defen gressorem. Quod præcipu illi non sint sub summo tempo rationem defensionis pube illud periculum, occidit ve & Jo. Harpprechtum, Con IV. n. 3. Non hominibus q licitum esse occidere tantu t. Resol. 5. n. 2. & Resolut. Posse Clericos calumnian gentem occidere, ex Anton Resol. 13. p. 98.

(a) *Rationes adduxit D. Thomasius, Jurispr. Div. Edit. 2dæ p. 171, 172, quia, si physicè spectetur, reparari pudicitia possit per æquivalens; si moraliter, auferri me invito non possit, cum sit bonum animi. Quanquam in exemplis, quas historiæ nobis suppeditarunt, illi qui summum habuere Imperium, defensiones ejusmodi, si non semper, certe plerumque laudarint, nonnunquam etiam præmiis decorarint. Thomasii sententiam è veteribus tuetur Augustinus, quia, inquiens, virtus pudicitiæ amitti non potest sine proprio consensu ejus, qui oppressionem patitur, in potestate vero cujusque est non consentire. de Lib. Arb. L. I. c. 5. Nec obstat, quod regeritur pudicitiam communi æstimatione, ipsaque Lege Divina vitæ adæquari: Igitur pro ea licere, quod pro vita. Nam nondum probata communis illa æstimatio pudicitiæ physicè talis est. Neque Grotius locum Scripturæ dedit, ad quem indefinitè provocavit. Exempla autem paganorum nihil concludunt. Alia est ratio, si adgressor pudicitiæ, in casu renitentiæ minetur vitam eripere; ut meminimus. Husarum ideo quod virgo reluctaretur, eam sclopeto explosо interfeciſſe. Quidni illa potuisset se cum cæde Husari defendere?*

(b) *Zentgrav. de Jure & Justit. p. 397 398.*

(c) *Exod. XXII, 2.*

(d) *Cujus hi flosculi sunt: Tomo VIII. tr. V. Resol. 2. Licere aliquem occidere in foro conscientiæ, ob defensionem honoris. Argumentum ejus est. Pro defensione bonorum externorum licet occidere invasorem. Sed honor est pretiosior bonis externis. E. pro defensione honoris, quando aliter defendi non potest, licitum est interficere adgressorem. Quod præprimis apud milites locum habere dicit, velut illi non sint sub summo Imperio. Rursus: Ille solum excedit moderationem defensionis justæ, qui cum aliter* COMMODE *posset vitare illud periculum, occidit vel percussit adgressorem; ubi* H. Bocerum & Jo. Harpprechtum, JCtos *nostrates refutare conatur, d. t. Resol. IV. n. 3. Non hominibus quidem infimæ conditionis, nobilibus tamen licitum esse occidere invasorem, qui fustem vel alapam impingit. d. t. Resol. 5. n. 2. & Resolut. 9. n. 5. ubi rursus* Harpprechtum *refellit. Posse Clericos calumniatorem gravia crimina de sua religione spargentem occidere, ex* Amico *probat, ut tamen nolit videri consentire, Resol. 13. p. 98.*

Specimen detestabilis doctrinæ è Diana excerptum.

XII.

Quantum jus in hostem?

Qui hostem se profitetur, nullo amplius Jure munitur, quo minus à me repellatur; (a) perfecto scilicet; at imperfecto tamen, æquitatis nimirum, humanitatis, justitiæ, charitatis. (b)

(a) §. 8. *conf. II, 16, 6.*

(b) Zentgr. v. *de J. & J. p. 394. Unde & in Bello iræ modus quæ inhumana in Carolo Gustavo Sueco fuit, si, quæ è Pastorio memorat Zentgravius, vera sunt. Idem Catinatio minitanti: nuperè, se Athesin prope Veronam perfossurum, cujus undis perire Cæsareanis necessum sit, si transitum suscipiant: respondit Eugenius Sabaudus, & Venetos, ne hoc inhumanum facinus, contra neutrarum, quas tenere velint, partium Leges permitterent, horiatus est.*

XIII.

Quæ licita Rerum defensio?

Ad res defendendas facultas occidendi, ex ea præcipuè ratione firmatur, quod invasor illimitatum habeat nocendi propositum, aut saltem ob hostilitatem semel declaratam habere præsumatur. Ex quo etiam de ratione Legis Ebræorum circa interfectionem furis nocturni facile colligi posse arbitror. Etsi de ea Scriptores variè disputent; (a) Cæterum, cum ad omnes gentes, quibus cultura morum imitatione humanioris commercii placuit, propagatam esse manifestum est. (b) Ego rationem habitam existimo non salutis modo publicæ, quæ laxatis hoc in casu justo dolori frænis admodum juvatur; præcipue quia non res modo, sed &, ne prodatur, vitam Patrisfamilias aut domesticorum petiturus, præsumitur; (c) sed & quod is, qui res nostras ereptum venit, in judicium adduci non potest! Cæterum æquè hostilem animum declarat, qui res (d) quam qui vitam per injuriam impetit. Inprimis si cum instrumento ad nocendum apto comparuerit. Addunt alii, quod abs fure interdiu deprehenso res possit recuperari, à nocturno non item. (e)

Lex de fure nocturno.

(a) Grot.

(a) Grot. II, 1, 12. adde Pufend. de J. N. & G. II, 5. 7, 18. qui improbat Grotianam observationem, LLatores hoc voluisse, directè rerum causa neminem interfici debere. Extat fragmentum orationis, quam Cato habuit de præda, ubi ait: Fures privatorum furtorum in nervo atque compedibus ætatem agunt FURES PUBLICI IN AURO ATQUE ARGENTO. Grot. III. 6, 21.

(b) Böcler. ad Grot. d. l. p. 19.

(c) Zentgrav. de Just. & Jure p. 396 sq. Quid de capitali furum Pœna sentiendum? disquirit Velthemius ad Grot. II, 1. p. 600. Contra Leges, quæ venantes rusticos morte puniunt, vide Gregorium Turonensem, & Grot. in not. ad II, 1, 14. adde eo Böcler. mitissimè dicentem II, 1. p. 29, 30.

(d) Exod XXII. 2. Pufend. de O. H. & C. I, 5. 16. edit vet. 21. edit. nov. Athenis perfossori æ dium mors erat pœna proposita. add. Clericum ad Exod. d. l. qui ait, pensitari etiam debere parietum in oriente perfodiendorum facilitatem, quam Cicero hypotheticam vel eum adjunctione vocat, L. 2. de Invent. c. 42.

(e) Pufend. de J. N. & G. II. 5. 17. 305.

XIV.

Pertinet huc Jus uti innoxiæ utilitatis, ita & Necessitatis, quemadmodum hactenus de Jure Tutelæ egimus. Est autem necessitas hoc loco status hominis, quoad vitam, membra, aut res, in ejusmodi periculum, citra suam culpam conjecti, ex quo aliter emergere haud licet, nisi actus Legibus alias contraveniens committatur, vel congruens omittatur. quo casu leges non obligare censentur, ut aliquot exemplis ab Auctore ostensum est. Dividi necessitas solet ratione gradus, adjuncti, & subjecti. *Illa* dispescitur in *communem, gravem* & *extremam* seu gravissimam; *Ista* in necessitatem honestatis, incolumitatis, commoditatis. Expedit prægnantibus in vitæ discrimine constitutis sub unius partis sæpe jactura salutem mercari certissimam. Instrumentum id veteres vocarunt ἐμβρυοθλάσιον. add. *Grot.* II, 2, 6. & eo ejusdem annotata. *hæc* in publicam & privatam. De gravissima, sive simplici,

Quod Jus Necessitatis?

ut Cicero ait, nihil attinet dicere, cum eam nulla ratione lenire possimus.

(a) Zentgrav. *de J. & J. pag. 571. Loquitur Auctor inprimis de necessitate, quam vocant incolumitatis, seu ubi Legum observationem commitaturum esset malum humanam destruens naturam, aut communi hominum constantia majus. Quæ tamen semper cedit necessitati honestatis. Sic non licebit fornicari, ut vitam serves; quia fornicari per se turpe est. Licebit tamen aliquid vitæ conservandæ caussa suscipere, quod Lege alias positiva interdictum est, ut exemplo Davidis, panes propositionum comedentis, manifestum est. Communis necessitas est illa, quæ passim occurrit, pauperum: gravis est, quam incurrunt, qui non habent necessaria ad suum & suorum statum & conditionem: gravissima seu extrema est, quam quis patitur, cum probabili mortis periculo, uti definit Bonacina in Theol. Moral. Tom. II. tract. 1. disp. 3. p. 162. Dantur etiam casus, quibus res alterius perdere citra injuriam licet. Primum, si urgeat necessitas talis, quæ in prima dominii institutione censetur excepta: ut, si quis tertii gladium, quo usurus sit furiosus, in amnem projiciat; deinceps, debitum aliquod procedens ex inæqualitate, nimirum ut res perdita imputetur in illud debitum, quasi percepta, alioqui Jus non esset. Tertio, meritum aliquod malum, cui pœna talis par sit, aut cujus mensuram pœna non excedat.*

XV.

An necessitas in legibus humanis excepta?

De Legibus quidem humanis dubio carere videtur, in iis regulariter à necessitate exceptionem fieri; ut Legislator non præsumatur subjectum adigere ad eam Legis observationem voluisse, quæ ipsius incolumitatem tolleret. (a) Nisi vel ipse Legislator aliter disposuerit vel natura negotii aliud suadeat. (b)

(a) *C. Thomas. Jurispr. p. 174.*
(b) *v. c. Bellum ibid.*

XVI.

An in divinis?

Circa Leges verò divinas major esse difficultas videtur; nec sufficit distinctio inter Naturales & Positivas. (a) Excusabit tamen in positivis necessitas, si malitia hominum principa-

cipaliter intendat (b) mortem inferre: non excusabit, si primariò quærat transgressionem Legis, adeoque ignominiam una summi LLatoris (c).

(a) *Thomas. l. c. p. 176. II, 2, 142.*

(b) *sic ajunt, Judæum in obsidio Hierosol. potuisse carnem suillam edere. Multo magis superstitionis accusandi Judæi sunt, qui temporibus Antiochi Epiphanis in latebras confugerunt, cum oppugnarentur die Sabbathi, & mori malnerunt, quàm defensionem parare. 1. Maccab. II, 36. quos à Jesuita* Tirino *contra* Lucam Osiandrum *malè defendi ostendit* Jo. Adam Osiander, *ad Grot. I, 4. p. 553. Equidem notant Thalmudici, ante Asmonæorum tempora, Legem Sabbathi rigidè intellectam fuisse, ita ut ne quidem vitæ exciperetur periculum. testemque ejus rei Græcum Agatharchidem allegat Gratius ad 1. Maccab. II. 37. Sic nimis religiosos fuisse censeo Judæos, qui etiam in fame illa, quæ fuit Claudio Romæ imperante, primas fruges aliaque DEO dicata intacta in templum detulerunt, ut testis est Josephus.*

(c) *non licuit edere carnem suillam, si jussisset Antiochus.*

XVII.

quid de Casu VII. Britannorum?

Memorabilis de VII. Britannis historia est, (a) qui vasto in mari vagantes, deficiente cibo potuque, sorte jacta unum non reluctantem jugularunt, cujus sanguine intolerabilem sitim, carnibusque famem utcunque sedarunt. Quod rectene factum fuerit? an secus? judicium Viri insignes suspenderunt. (b) Posteriorem sententiam amplexus est Zieglerus, ad cujus tamen pronunciata nonnihil regerit Pufendorfius. Saltem miserandum id facinus est, & in mactato magnam charitatis speciem ostendit, eaque propter à Judice veniam meruit (c)

(a) *apud Jo. Scharrok. de Off. III, 11. p. 198. sq.* & Pufend. de J. N. & G. *II, 6, 3. p. 312.*

(b) *ut Pufend. d. l.*

(c) *referente Scharrokio p. 199. Adde* Zentgr. *in summa Juris divini.* & B. *Antecessor* Hopfer. *de ritu Decimationis c. II. §. 25.*

XVIII.

An iniusta occupatio soli pacati?

Possitne injustitiæ argui, qui ex ratione (a) belli locum in solo pacato situm, etiam invito Domino occupat? vehementer

menter disquiritur. Grotius adfirmat, si non imaginarium, sed certum sit periculum, ne hostis eum locum invadat, & irreparabilia damna det: deinceps, si nihil sumatur, quod non ad cautionem necessarium sit: puta, nuda loci custodia, relicta Domino vero jurisdictione & fructibus: postremo, si id fiat animo reddendæ custodiæ, simulatque necessitas illa cessaverit. Obrechtus: ego, inquit, aliter responderim, si de re occupanda consilium; aliter, si de (b) occupata judicium roger. Ubi enim deliberandi locus relinquitur, quid ambigam secundum regulam ac cynosuram incedere, quam scio à Spiritu S. præscriptam: Non sunt facienda mala, ut eveniant bona Rom. III. 8. ubi verò gravitas & præsentia periculi, nulla prava libidine, nullo incondito aut intemperante affectu, sed solo se suosque ab imminente periculo tuendi studio incitatum ad rem alterius occupandam attraxit: ita, ut non dolus saltem, sed culpa quoque occupantis argui non possit: cur injustitiæ condemnem, rationem sufficientem reperire utiq; non possum. Haud est nocens, quicunque non sponte est nocens. Sic, observante Gronovio, olim fecerunt *Ordines Belgii* Liberi in *Trajectu Mosæ* (Mastricht) *Rhenoberga, Orsavia, Embrica, Vesalia*, quas hostis Hispanus occupatas præsidiis tenebat, & inde socios eorum infestabat. Verbo: factum meretur veniam, quia ob absentem malitiam (c) injuria non est: non tamen juri naturali ex asse congruit.

(a) *Scilicet vera, & qui bellum* Pium *gerit. Grot. II, 2 10.*

(b) *pro negante argumentum est. Si nemini invito suum est auferendum E. sine injuria alterius locum non invaditur. Dein eps hoc pacto alterum præter noxam bello implicari gravibusque periculis involvi. Atqui injustum esse, si homini innocenti periculum creetur. Hoc autem periculum angeri, quia isto pacto is, cui locus occupatus est, collusionis cum hoste suspicionem inire cogatur. Vicit tamen apud plerosque Silus publicus vel ejus prætextus.*

(c) *Pufend. de Off. H. & C. I, 2. 15. ibi: ad injuriam præterea.*

XIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [246] - 236
PUBLIC DOMAIN

XIX.

An necessitas tribuat Jus ad res alienas?

Quæri etiam solet: An necessitas tribuat Jus ad auferendum Res alienas? Sunt, qui existiment, in casu extremæ necessitatis, officia Humanitatis mutari in obligationem perfectam, adeoque furtum formaliter non committi. (a) Saltem hoc ab Auctore graviter monitum; non minus in casu necessitatis asseri posse, quæ ex humanitate debentur, quam ad quæ ex obligatione perfecta tenemur. Cæterum & id colligo Deus per donationem Adamo factam dominium proprietatemq; introduxit: E. salva socialitate, quæ neminem vult gratis perire. Igitur nec voluit per introductionem dominii hominem perire. Non quidem, quod communio reviviscat, quæ nulla fuit: sed quod id beneficium generi humano censendum est ad usum, non ad noxam datum, & casus extremæ necessitatis exceptus fuisse. Unde subintelliguntur conditiones: Ut, si fieri possit, adeatur Magistratus, ut precibus res tentetur; ut ne pari necessitate possessor teneatur, & quæ sunt similes. (b) Hic est rigor Dominii divino beneficio temperatus restrictusque jure necessitatis. (c) In iis enim, quæ humani sunt instituti, excepta videtur necessitas summa, quæ rem reducit ad Jus naturæ. (d)

(a) Thomas. *JPr. Div. II, 2. 170, 171. quia liceat Magistratum adire, si ejus copia foret. Qui ipse character sit obligationis in Civitate perfectæ Negativam sustinent Osiand. ad Grot. 673. Ziegler. p. 172, Danhau. Coll. Decal. p. 847. Diligens est casuum collectio in Disp. de Favore Necessitatis A. 1699. sub Jo. Schmidio, Lipsiensi habita §. 32, 33. seqq. Adde Selden. VI, 6, 724. ut & Obrecht. Dissert. de Ratione Belli p. 30, 31. sqq. Urgent etiam nonnulli, deesse* formale furti, *fraudulentum scilicet animum, absq; quo furtum non committatur. Nec obstat locus speciosus Prov. VI. 30. ubi furti probrique reus dicitur, qui ad famem sedandam res alienas surripit. Nam is non de ea, quam hic figuramus, necessitate loquitur; Sequenti enim*

 versu

versu dicitur habere, *quod vendat & restituat septuplum. Pufend. de J. N. & G. II, 6, 5.*

(b) *Grot. II. 2, 6, 7. sq.*

(c) *Kulpis Coll. Grot. Exerc. III. p. 38. §. 2.*

(d) *Grot. II, 6, 5.*

XX.

An in naufragio præcipitari possit, qui sortem detrectat?

Est, qui existimet, eum, qui sortis periculum, uter in mare projici debeat, subire detrectat, à reliquis illicitè præcipitari; quod pares sint singuli, & nullum in quoquam Jus existat eum cogendi. Auctor verò, (a) tametsi in majori opere sententiam suspendat, in affirmativam hoc in libro concessit; quod is velut omnium interitū quærens, præcipitari possit. (b)

(a) *p. 312.*

(b) *Nec videtur firma ratio in contrarium. Sæpe non habent facultatem singuli, quam tamen habent, ut in Corpus Morale coeuntes. Conf. Pufend. de J. N. & G. VIII, 3, 1. 1148. Possunt ergo omnes aut plerique, ad conservationem Totius legem sibi ferre, & omnium refragantem saluti compellere. Quid quod inter æquales vix melior compositio quam per sortem datur. Conf. infra I, 7, 8.*

XXI.

Quid porro de Jure necessitatis?

Duplex alias dici Jus solet, quo vigor Dominii, divino beneficio temperatus restrictusque sit. Unum necessitatis, alterum innoxiæ utilitatis. Prius, ut monuimus, est, ubi necessitas homini tribuit facultatem agendi, ex ipsa naturali æquitate resultantem, alias regulariter Lege ademtam. * Posterius vero, est Jus humanitatis, quod alteri prodesse re nostra, si nihil nobis decedat, jubet. Prius vide Pufend. I, 5. posterius, I, 8.

* *inprimis quoad necessitatem incolumitatis, vid. supra §. 14. Marc. II, 27. Quemadmodum & aliunde illata necessitas excusationem aut veniam meretur. Justinus: Factum Phocensium, tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiæ Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. add. Grot. III, XI, 4. fin. III, 17.*

COL-

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO VI.

SUMMA.

I. Distinctio officiorum erga alios in absoluta & hypothetica. Et *cur primum in absolutis sit de tuenda æqualitate?* II. Præceptum de *damno jaciendo*. III. Ad id qui teneantur? IV. Quo ordine? V. An primo loco teneatur patrator facinoris? VI. An homicida teneatur ad pensandum lucrum, quod heredes è longiore propinqui vita capere potuissent? VII. An de omnibus teneatur Rector Civitatis, quæ committunt privati piraticam ipsius indultu exercentes? VIII. De Restitutione ex professo. IX. An & is teneatur, qui per negligentiam damnum intulit? X. An is qui occasionem præbuit? XI. An animal noxæ dedendum? XII. De Restitutione, ut Belli Rectoribus incumbat? XIII. Inprimis circa excessus militum stipendiis carentium? XIV. *Vitiositas* ut à *damno* secernenda? XV. Quid dolus & quotuplex? quid culpa? XVI. Quid Vindicta? XVII. Quotuplex æqualitas? XVIII. Quomodo jus distribuendum? Ac de sortibus quid tenendum? XIX. De facto Davidis II. Sam X. 4. XII. 31. XX. Quomodo peccetur contra officium de tuenda æqualitate? XXI. Progressus fit ad officia humanitatis ut: monere errantem. XXII. Erga defunctos. XXIII. Ubi quæstio de insepultis facinorosorum cadaveribus? XXIV. Lex de Spicilegio Lev. XIX. 9. Ac doctrina de rebus innoxiæ utilitatis. XXV. De humanitate adversus omnes. XXVI. De Jure transferendi merces. XXVII. An ad jura humanitatis pertineat exteris feminarum copia destitutis matrimonia cum nostris merendi licentiam dare? Item de monopolio. XXVIII. An detur actio ingrati? XXIX. Quæstio de Jacobo, An Labanum læserit? XXX. Quomodo indefinitè aliorum commoda promoveri possint? XXXI. Monita adversus avaritiam. XXXII. Beneficia quotuplicia? XXXIII. Quid de amicitia sentiendum? XXXIV. Superpondium duarum quæstionum.

I.

Quid officia absoluta? quid hypothetica?

OFficia adversus alios homines *vel absoluta sunt vel Hypothetica*: (a) Inter *illa*, quæ Homines sibi invicem, ut talibus, debent, generalissimum est: *De tuenda Hominum æqualitate*, seu quolibet Tibi habendo pro æquali. Quoniam, (b) ipso fatente Auctore, *ultimum efficacissimumque*

mumque adversæ læsiones aliorum argumentum ab æqualitate Humanitatis peti solet. Ex illo per se consequitur alterum: *Neminem esse lædendum* (c).

(a) *Præscindimus itaque à* Thomasiana *divisione, quæ in* communia & specialia, & illa in absoluta ac hypothetica dispescit. *Jpr. II, 3, 2. sq.* quæ tamen servari possit, quoniam & hypothetica à certo Instituto, uti est v. c. sermo, dominium &c. sunt communia. *De absolutis, iisque tribus agitur ab Auctore c. VI, VII, VIII. De Hypotheticis verò ex institutis, quorum tria sunt, cap. IX § 21. Sermo nimirum, dominium rerum earumque pretium, & Imperium humanum, agit c. X. usque ad c. XVI. inprimis I, 9. ult. de hypotheticis demum ex certo statu totus liber secundus. Videri ipsum auctorem hanc divisionem infringere, dum de Officiis inter ea intermediis agit: c. IX, 1. & ult. sed ex all §. ult. patet, eum non pertinacem in* διχοτομία *defendenda esse. Possent etiam hæc intermedia referri ad Officia hypothetica.*

Occurritur dubio circa methodum Auctoris.

(b) *I, VII, 1.*

An primum sit officium de tuenda æqualitate?

(c) Obj. 1 *Officium de nemine lædendo esse latissimum. 2. Officium de tuenda æqualitate non necessario requiri ad vitam socialem, quia possim socialiter vivere etiam cum inæquali. Igitur officium de tuenda æqualitate non esse primum. Resp. 1. neg. seq. 2. est primum ratione dignitatis non ordinis tradendi. ad 2. neg. Min. semper enim supponitur vinculum &* Jus humanitatis. *Cæterum institutum vel est generale, vel speciale. Illud sunt pacta: hoc sunt tria illa, I, 9. ult.*

II.

Quid damnum?

Consequens præcepti, de Nemine lædendo, est: *Damnum* (a) *datum resarci.* Venit autem *damni nomine* omnis læsio qua cui tollitur diminuiturve, quod suum est, Perfecto (b) expletorioque Jure (c) non ex sola aptitudine aut Jure imperfecto.

(a) *Damnum (forte à demendo dictum, est* τὸ ἔλαττον, *cum quis minus habet suo. Grot. II, 17, 2.) definit C. Thomasius. Carentiam boni alienjus ob alterum factum Jure destitutum. Varias verò divisiones damni idem exponit,* in positivum & privativum: conjunctum cum lucro lædentis & non conjunctum; directo in ipsa re vel in ejus fructibus datum; ex dolo vel culpa: ex facto commissionis vel omissionis.

(b) *conf.*

(b) *conf. Grot. II, 17 pert t. Sive: damnum est rei ad nos perfecto Jure pertinentis ablatio vel corruptio.*

(c) *sive consistat in re h. l. § 5. quæ homini competit vel ex merâ naturâ, uti vita, quæ sua est ad conservandum, non ad perdendum) corpus, membra, fama, vel ex facto humano, dominio, pacto, Lege. sive in functionis § 6 iisque perceptis & percipiendis, sive in spe §. 6. sub fin. Exod. XXI, 6.*

III.

Non faciens ea, quæ *ex imperfecta solum obligatione debebat*, ad reparationem non tenetur. (a) Distinguendum tamen inter *obligationem absolutam & relativam*, quæ posterior est cum effectu exigendi. Aliud etiam est *vitiositas* actus, aliud *ejus effectus*. Illi respondet *Pœna*, huic *reparatio damni*. Ad compensationem damni, qui teneantur?

(a) *Sensus hic est Grotiani pronunciati II, 17, 9. sub fin. & Auctor. VI, 7. sub fin.*

IV.

Quo ordine teneantur, ex Grotio petiit Noster; (a) ii nimirum *primo*, qui Imperio impulerunt, ut causa principalis: deinde *patrator facinoris*, ut ministerialis; in solidum singuli, qui ad actum causam dederunt, si totus actus ab ipsis, quanquam non solis processit. (b) Quæ res clara fit, si inter actus dividuos & individuos distinguatur. (c) Quo ordine?

(a) *§. 8. Grot. II, 17, 11.*
(b) *Grot. II, 17, 11.*
(c) *Pufend. de J. N. & G. III, 1, 5, p. 329.*

V.

Primo loco tenetur patrator facinoris, si citra necessitatem ad id accesserit; alias principis causæ loco habetur, qui imperio ad facinus impulit. (a) An primo loco patrator facinoris?

(a) *Sensus hic est, dictorum à Nostro c. VI. §. 8. nec puto dissentire Grotium II, 17. 11. Facile etiam resolvuntur, quæ apud* Osiandrum *in partem utramque ad laudatum Grotii locum disputantur. Præcipua ibi sententia est, non mandantem, sed Patratorem facinoris primo teneri loco. quia is duplici modo influat, agendo scilicet moraliter*

raliter & physicè, cum ille, qui mandat, saltem sit causa moralis. Contra autem militare videtur, quod is cujus nomine actio suscipitur, sit causa principalis, E. mandantem teneri præ patratore facinoris. Item quod imperans sit causa primo impellens ac movens, imo omnem in se reatum aut imputationem suscipiat, v. c. si quis jubeat interficere inimicum, eum promittere impunitatem & libertatem à reatu. Ubi tamen ad illud *responderi possit, Mandantem quidem esse causam principalem quoad rationem impulsus, non tamen quoad ipsum damnum immediatè datum.* Ad istud, *à causa prima movente ad causam principalem, & effectum proximè attingentem N. V. C.* Ad hoc *dici posset, non semper suscipi à mandante Reatum, præprimis si patratori merces destinata sit. Salvam etiam Imperio Civili facultatem manere, istam peccandi libidinem cohercendi. Aliquando* optime *gesta Legatis tantum imputari, licet simulante Principe, & exigente sic temporis necessitate. ne quid tamen revera detrimenti Legato accedat, ut in causa* Kalcsteinii *à Brandio Varsavia abducti manifestum est,* Pufendorf. *Rerum Brandeb. Frider. Guil. L. XI. §. 104. sub fin.*

VI.

An homicida teneatur ad pensandũ lucrũ quod heredes sperare potuissent?

Communior quidem DDrum sententia est, non teneri homicidam ad pensandum lucrum, quod heredes è longiore propinqui vita capere potuissent: quo minus tamen fieri pensatio qualiscunque possit, imo debeat, si pecuniaria fiat cædis æstimatio, nullus dubito. Interim *restitutionem propriè sic dictam non esse fatemur,* quod vita per se æstimari nequeat. Hercules Iphiti à se occisi liberis mulctam pependisse legitur, quo facilius expiaretur. Grot. II, 17, 13. (a) Ceterum qui Virginem vel invitam, vel non omnino resistentem compressit, divina Lege (b) ad ductionem & dotem tenebatur.

(a) *Rationem dant, quia Lucrum id non est inter Nostra. Pufend. de I. N. & G. III, 1, 7. Cetera vide ap. Osiandrum d. l. p. 1069, 1070, sq. ubi in negativum contra Zieglerum concedit collato tamen Grotio II, 17, 13. Obj. tenetur tamen qui damnum dedit ad restitutionem fructuum. E. etiam tenetur homicida ad fructus propinqui, speratos. Porrò: Pœna capitali homicidæ inflicta non satisfit. Ergone liberis*

liberis pereundum erit? Et si præsumtio est occisum longius victurum fuisse. E. saltem ex hac præsumtione heredibus debebit pensari damnum. Grot. II. 17, 13. Sed distinguo æstimationem cædis ab interrogatione supplicii capitalis. Si prior obtineat, dubium non est de restitutione. Sed in posteriori quid ulterius poscetur sanguine?

(b) *Exod. XXII. 16. Deut. XXII. 28. 29. Sed versu 28. compressori supplicium ultimum decernitur, si vis fuerit omnimoda, & quidem desponsatio intentata.*

VII.

An teneatur Rector civitatis de damnis per Piratas datis?

Recte pronunciatum à *Grotio* est, (a) non teneri Civitatis Rectorem, si privati, piraticam in hostes exercendi facultatem ab se adepti, eadem in Cives aut fœderatos abutantur. (b) Aliter dicendum, si ad inhibenda latrocinia vel piraticam non adhibeat ea, quæ potest debetque Remedia (c).

(a) *II, 17, 20. Syndico quippe Roterodamensi, quæsito, ut ex officio jus diceret.*

(b) *Innocentiam testabuntur indignatione, si noxios vel puniant, vel dedant; quod optare se respondit* Eliz betha Anglicana, *& piratas, qui Gallis vim fecerint, signa ementita prætulisse respondit.*

(c) *Grot. II, 17, 20.*

VIII.

Quid Restitutio? & quod ejus Jus?

Cæterum *Restitutio*, damnique illati reparatio Naturali Lege præcepta est: (a) * Modi verò positivis Legibus determinantur. Sic cur furtum bovis *quintuplo*, ovis verò *quadruplo* sarciendum sit in (b) Divini arbitrio Legislatoris constitutum positumque fuit. (c) Sedulo etiam restitutio secundum se distinguenda ab annexa pœna est. (d)

(a) Pufendorf. *de Off H. & C. I, 6, 4. quo ipso ostendere dolorem de admissis debet lædens, & socio conciliari. Non autem dolet, se furatum esse aut rapuisse, qui adhuc furatur, quod facit alienam quirem non restituit.* Et tant sper fur aut prædo est, dum est injustus possessor alienæ rei. *Conf.* Phil. Melanchton. *Apol. art. VI. p. m. 197. edit. Lipsi. Form. Conc.*

(b) Exod. XXII, 1. *ubi tamen notandum, loqui textum de bove aut ove jam à fure vendita aut occisa; tum enim quintuplum aut quadruplum*

plum jubetur dari, ob lucrum, quod fur censetur fecisse. Si verò vivum adhuc animans in furis potestate deprehenderetur, dupl. saltem restitutio præcepta est. Rursus, quia majus bovis carendi damnum quam ovis, ideo major quoque bovem auferenti pœna dictata est. Conf. omnino Thom. Aquin. 2. 2. qu. LXII. art. 3. pag. 146. Edit. Antverp. & add. J. A. Osiand ad Grot. II, 20, 32 p. 1161. 1163.

De restitutione rerū inventarum.

* Est inter præcepta jubentia Legis divinæ Hebræis datæ, ut res etiam inventa restituatur Domino, quæ fundamentum habet tum in æquitate naturali, tum in Deut. XXII, 1. Hieronymus ad Leviticum: Multi putant sine peccato esse, si alienum, quod invenerint, teneant, & dicunt: DEUS mihi dedit. Cui habeo reddere? Discant, hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inventa non reddat. Conf. Grotium Annotatis ad II, 10. 1. Aliena non rapere, non est laudis sed debiti, Ammian. Marcell. XXX, 28. Restitutio autem per se necessaria est; unde & in sanctiori disciplina docemus, eam utique præcedere debere requisitionem veniæ apud DEUM, saltim ut peccans serium habeat propositum, eam satisfactionem, quantū possit, præstandi. Prius reconciliéris fratri tuo, & tunc veniens, offer munus tuum, velut symbolum DEI reconciliandi. Matth. V. 24. Luc. XIX, 8. Sic Paulus Philemoni offert refusionem damni ab Onesimo eidem dati, vers. 18. Unde vulgata Confessionariorum Regula est: Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Nam lubrinum est, & contradictorium, pœnitentiam facti injusti apud Deum profiteri, & nihilominus retinere velle fructum ex eo facto provenientem. add. Pufend. de Habitu Relig. ad Remp. §. 24. p. 87. sq.

(c) Sic qui vel ipse, vel mediante animali suo damnum alteri intulit ac vineam agrumve læsit, is Restitutionem de OPTIMO vineæ agrive proventu facere jussus est. Exod. XXII. 5. & Pufend. h. I, I. 6, 12. Alia Lex de restitutione est, quando qui sponte fatetur damnum proximo illatum, & pungente intus conscientia id expiari cupit, restituere alienam rem, sed non nisi addita ei quinta parte jubetur, Levit. VI, 5. Num V, 7. Prior Lex, II. Mosis XXII. 1. eo de casu loquitur, ubi Fur coram judicio foroque humano steterit, at noster de sponte confesso agit.

(d) Ne restitutio & pœna confundantur. Distinguenda in criminibus vitiositas actus ab effectu. Nam illi pœna respondet, huic damni reparatio; quæ fit culpæ confessione, exhibitione bonoris, testimonio innocen-

nocentiæ, & per ea quæ his similia sunt. Quanquam & pecunia pleraque damna rependi possint, si læsus velit: quia pecunia communis est rerum utilium mensura. Grot. II. 17. ult.

IX.

Etiam is (a) ad *Reparationem* tenetur, qui per negligentiam aut culpam quam evitare facile erat, alteri damnum intulit. (b)

An teneatur, qui per negligentiam damnum intulit? Leges Mosaicæ exponuntur,

(a) *I, 6, 9. Exemplum est, de igne culpa alicujus erumpente, sed præter intentionem aliis noxam inferente,* Exod. XXII, 6. *Si quis in stipulam suam vel in spinam comburendæ ejus causa ignem immiserit, & ulterius evagatus ignis & progressus alienam segetem vel vineam læserit, in crimine est. Cum deberet vel ignem exstinguere, vel ita munire ne evageretur.*

adjectis Sanctioris disciplinæ exemplis.

(b) *Referri eo potest, quod custos ovium aut pecudum, quæ à furibus ablata sunt, tenetur restituere,* Exod. XXII, 12. *non autem quæ à bestiis lacerata. Quoniam priori in casu custodia facilior est, & periculo caret, posteriori non item. ac ibidem,* Exod. XXII, 9, 10. *Depositarius etiam negligens reddere tenetur simplum. Conf. Lev. VI. 1. Sq. Num. V. 1. Sq. Et meretur expendi quam in abdicatione Magistratus ad populum habuit* Samuel *pathetica Oratio, necessitatem restitutionis indicans:* Loquimini de me coram Domino, & coram Uncto ejus: Utrum bovem cujusquam tulerim aut asinum? si quem fraude circumventum te sua privavi. Si oppressi aliquem: si de manu cujusquam munus accepi, & abscondi oculos meos in eo: *ET RESTITUAM VOBIS, 1. Sam. XII. 3. Quemadmodum & Zacchæus, sua sinceritatem conversionis animique pœnitentis indicium non alia sane re luculentius demonstrari posse censuit, quam Restitutione, Luc. XIX, 8.*

X.

Ubi quis ad ipsum actum, quo damnum fuit datum, realis aliquid operæ non contulit, neque ut iste susciperetur antecedenter effecit, neque in partem emolumenti venit: is, licet occasione istius actus aliquo peccato obstringatur, ad restitutionem tamen damni non tenebitur; uti sunt, qui alienis malis lætantur: qui patratum damnum laudant vel excusant; qui antequam fiat, optant, dum fit, favent, aut assentantur. (a)

An is, qui saltim occasionem dedit?

quid volitum? quid voluntarium?

(a) *Philosophi distinguunt* inter voluntarium specialiter ita dictum, & volitum; *quorum illud voluntatis effectus est, hoc objectum tantum. Scilicet sub voluntatem cadere aliquid duobus modis potest.* Primum *ut objectum tantum, non ut effectus. Ita si videns navem submergi, quam gubernator deservit, tu autem, si velmaximè velis non possis servare, si placet ejus submersio, tibi voluntaria videtur posse dici OBJECTIVE: aut si quis occidat quempiam in conspectu tuo, & cædes ea tibi placet, licet impedire non possis, tamen quo minus voluntaria tibi sit objectivè, nihil obstare videtur. Usus tamen obtinuit, ut ejusmodi effectus respectu videntis VOLITUS potius dicatur quam VOLUNTARIUS, quia se habet ad volentem per modum saltem Objecti, & non per modum effectus. Quod autem ad eum, qui videt, se non habeat ut effectus, inde liquet, quod principium ejus in videnteno n sit sed in alio.* Secundo *ut effectus vel actus voluntatis. Et quod hoc modo sub voluntatem cadit, propriè voluntarium est. Add.* P. Slevogt. *Diss. Academicis, hoc de argumento. Cæterum etsi quis prætextu inutilis dissensus, suum in Majora, quæ vocant, vota consensum trahi patiatur, is tamen, reus est læsionis, quam damnatus injustè patitur. Debebat enim, ob rationum robur constantiam servare, suoque dissensu cavere, ne male sentientes in malitia vel errore confirmaret.*

An reus sit læsionis, qui cõsentit in *Majora*, sed *pejora* innocentem lædentia?

XI.

An animal noxæ dedendum?

Ut animal aut mancipium, quod damnum vel pauperiem fecit, noxæ dedatur, non, ut Grotius censet, (a) Juris tantum civilis, sed omnino naturalis est. Quia damnum à Domino utique sarciri debet, quod ni velit, nulla alia via est læso consulendi, quam noxæ animal dedendo. (b) Sic & quod homo noster intulit, à nobis sarciendum est. Præterea quos Auctor vocat *homines nostros* eos *Florus* secundum hominum genus appellavit (c). In quæstione demum quousque eorum quilibet, qui ad damnum concurrerunt, teneantur, non inutiles Regulæ sunt, quas *Jo. Azorius* collegit. I. Quandocunque res aliena extat apud aliquem, is primo loco tenetur restituere totum, quod habet alienum, præsertim, si non solum res aliena extet apud ipsum, sed si etiam injustè eam accepit.

De cõcursu lædentium, eorumq; obligatione ad restituendũ, Regulæ.

pit. Ratio est, quia res aliena, ubicunque est, pro suo Domino clamare videtur. Idem, quia major est obligatio proveniens ratione rei acceptæ contra justitiam, quam obligatio solum ratione acceptionis injustæ. Ergo is qui habet injustè rem alienam, est magis obligatus, quam quicunque alius, qui non habet illam, etiamsi causa fuerit in accipiendo eam injustè. II. Quicunque mala fide consumsit rem alienam, magis obligatur ad restitutionem, quam quicunque alius, qui eam non consumserit, aut aliquandiu detinuerit. Ratio est, quia, qui consumsit, perinde est, ac si habeat eam apud se. Unde saltem æstimationem rei restituere debet. III. Qui per se ipsum est causa physica & naturalis, magis obligatur ad restitutionem, quam quicunque alius qui est causa moralis in actione, qualis est consulens, laudans, vituperans, recipiens. Ratio est, quia qui per seipsum facit effectum, magis habet rationem causæ, quam quicunque alius, qui facit consulendo vel consentiendo. Item causa naturalis magis habet rationem causæ quam moralis, ad ejusdem effectum comparata. IV. Mandans, si in eo cui mandat, jurisdictionem habet, qualis est Dominus mandans servo, Princeps subdito, Pater filio, magis obligatur ad restitutionem, quàm mandatarius & quam quicunque alius, qui cooperatur consulendo, consentiendo, laudando, vituperando, recipiendo mandatario. Ratio est, quia mandans, qui jurisdictionem habet, se habet ut causa principalis, mandatarius vero ut instrumentalis. Item magis habet rationem causæ, quam quicunque alius, qui est causa consulendo, vel consentiendo, vel laudando, quia isti solum cooperantur in actione. V. Consulens vel inducens magis obligatur, quam consentiens vel recipiens, vel laudans, vel vituperans, quia magis videtur habere, rationem causæ movendo ad effectum. VI. inter causas cooperantes magis obligantur, quæ cooperantur positivè, quam quæ privativè vel negativè, quia magis movet ad effectum causa positiva cooperans, quam negativa. Cæte-

Cui fieri debeat restitutio? pro diversis casibus definitur. Quando ad pauperes dirigenda?

rum etsi restitutio ordinariè ei facienda est, qui damnum passus, ut domino rei suæ, vel hoc mortuo, heredi: quod si tamen nec heredes adsint, consultum tamen rationis est, ut pauperibus detur, quod præter jus ablatum est. Quod etiam eo in casu faciendum, si, cui factu injuria sit, haud constet, neque etiam constare possit. Neque tamen, si facta in pauperes erogatione, is cui damnum illatum est, innotescat, eleemosyna ab obligatione restituendi liberat, sed restitutio fieri omnino debet.

(a) *II*, 17.21.
(b) *conf. omnino* Pufend. *Offic. I*, 6, 12.
(c) *Conf.* Jo. Tesmarus *ad Grot. II*, 17, 21. *b*.

XII.

Ut Principibus incumbat restitutio, ex sententia Grotii?

Rex qui *ob causas leves*, aut ad exigendas vindictas non necessarias & magnum secum periculum trahentes bellum suscipit: tenetur subditis ad reparationem damnorum quæ inde oriuntur. (a) Porrò, si belli causa injusta sit, injusti etiam sunt actus qui inde nascuntur. Igitur, qui scientes tales actus operantur, aut ad eos cooperantur, habendos esse censet Grotius in eorum numero, qui ad regnum cœleste sine pœnitentia venire non possunt. Vera autem pœnitentia, si tempus & copia suppetat, omnino requirit, ut is qui damnum dedit, sive interficiendo, sive res corrumpendo, sive prædas agendo, id ipsum resarciat. *Ninivitis* Rex justitiam indicens præcipit, ut rapina manus vacuefaciant, naturæ ductu agnoscens, sine tali restitutione pœnitentiam fictam & inanem fore. Atque ita videmus sentire non *Judæos* tantum & *Christianos*, sed & *Mahumetistas*. (b) Imo nec peccato vacat aut à restitutionis onere immunis est rerum hostilium in Bello Justo captura. Quippe si id, quod recte fit, spectas, non ultra licitum est, capere aut habere, quam causa subest debendi in hoste; excepto, quod etiam extra eam ad securitatem necessariam res possint detineri, sed restituendæ cessante periculo, in se aut in pretio (c)

(a) de

(a) *de Justitia interna loquitur* Grotius, *è Theologis hoc axioma depromens II, 24, 7. add.* Kulpis *Coll. Grot. p. 134. lin. 2. sq.*

(b) *add.* Grot. *III. 10. 3. & III, 10. 6. ubi de Romanis quoque exempla occurrunt. Et in adnotatis ad III, 10, 3.*

(c) Grot. 15. 1.

XIII.

Quid circa excessu militum stipendiis carentium præcipiat *Jus Restitutionis?*

Verissimam Theologorum sententiam dicit Grotius, *Regem, qui quæ debet stipendia militibus non solvit, non tantum militibus teneri de damnis inde sequutis: sed & subditis suis & vicinis quos inedia coacti milites male habuerunt.* Si quis etiam miles, aut alius in bello justo ædificia hostium incenderit, agros vastaverit, atque id genus dederit damna, non jussus, neque cum necessitas subesset, neque justa causa: is tenetur ad sarcienda damna. (b)

An & *docens*, ob negligétiam, vel instillatos errores teneatur ad restitutionem?

Sed & hoc dubio caret, eos, qui quum vel *ex pacto*, vel *ex publico*, quod gerunt, * *munere*, alios instruere, mentemque eorum, salubribus præceptis imbuere obstringebantur, sive, quod ipsi impares muneri, sive quod πολυπεράγμονες sunt, suæ commissos fidei negligunt, aut inutilibus minusque necessariis eorum ingenia fatigant, vel & errores iisdem ac Reipublicæ, vel animabus pernicioſos ** instillant: eos, inquam discipulis injuriam facere, atque adeo ad reparandum damnum in conscientia teneri. Quæ restitutio qua fieri ratione debeat, aut possit, ex eo difficile videtur, quia per Doctoris imperitiam aut negligentiam id periit, quod nequit reparari, tempus, *Antiphonis* apud *Plutarchum* judicio, πολυτελέστατον ἀνάλωμα. *Jo. Placettius*, *** reparationem *cum* extraordinaria ac nova in docendo fide, cura & diligentia: *tum* didactri aut salarii à Discipulo vel Rep. accepti, ad negligentiam culpamve moraliter æstimati, restitutione fieri posse arbitratur. Neque video, cur non & tempus reduci velut moraliter possit, ejus, quod perditum fuit, æstimatione in propria conscientia vel piis & gravibus viris arbitrantibus, instituta. Quæ res, quam difficile, quamque periculosum docendi munus sit, satis ostendit,

& ſecurè in eo verſantes ad reſipiſcentiam monet, ac pium illud D. Jacobi monitum interpretatur ****: *Nolite multi Doctores fieri fratres mei, ſcientes, quod majus judicium auferemus*. Generoſa etiam reſtitutionis ſpecies eſt, publica errorum revocatio, quam ab optimis Viris, meliora edoctis, factam eſſe conſtat. ***** Cæterum ſi quis pravo exemplo noxam animæ alterius inferat, ſi ad ſcelera inducat, etiam is in conſcientia tenetur ad reparationem. Nec obſtat, Canon, ſupra à nobis limitatus: Volenti non fieri injuriam. Nam velle peccatum, morali æſtimatione, homo non poteſt, quia NON LICET; ac errantis nullam eſſe voluntatem ex univerſali principio Leges quoque Romanæ pronunciarunt.

Modus reſtitutionis per retractationem.

(a) Grot. *III*, 17, 2.
(b) Grot. *III*, 18, 6.
* *ut Profeſſores, Præceptores, Paſtores.*
** *non omnis error noxius, ut ſi Medicus aliud ſe pharmacum præbere ægroto perſuadeat, quam revera præbet. Nec omnis error noxius huic in quæſtionem venit, ut v. c. falſus rumor hoſti nocet, ubi nulla reſtitutione opus*, Pufend. *Off. H. & C. l. XI*, 9. & Grot. *de J. B. & P. III*, 1, 17.
*** Jo. Placette, *Traité de la Reſtitution, per totum.*
**** Jac. III, 1.
***** *Proſtant, ſingulare ejus rei exemplum Libri retractationum Auguſtini. Habemus etiam* Jac. Reihingii, *olim* Jeſuitæ, *poſtea* Theologiæ apud nos Profeſſoris, *Retractationes A.* 1626. *duobus libris hac in urbe editas; quibus, agnita cæleſti veritate, errores in quos & Principem ſuum, & ſubditos illius plerosque, induxerat, ſumma cura emendare, quodque olim deſtruxerat, reparare conatus eſt.*

XIV.

Vitioſitas, ut à damno ſe cernenda!

Multum præbet in hoc argumento uſum regula: Vitium à damno diſtinguendum. Nam illud intime cum pœna connexum eſt: hoc reparationem poſt ſe trahit, quæ haud raro fit pecunia, inprimis ſi læſus velit, * quia pecunia communis rerum

rerum est utilium mensura **. ex eaque, ut alias loquuntur, pretium eminens cernitur. De fama speciatim sive existimatione & honore, disquirunt: An lædi auferrique queant? seu quod idem est, an damnum iis inferri possit. Est qui sic pro negante sententia arguat: Si conservatio amissioque honoris nostri amissio ex alterius dependeret beneplacito, pessimè quidem nobiscum ageretur, nec esset quisquam, qui non mille periculis quotidiè subjiceretur. Jam verò ita comparatum est, ut nulli nisi mihi ipsi potestas sit maculandæ famæ meæ, adeo ut quamvis Magistratus ipse, cui tamen summum in me jus est, infamem me pronunciet, honestus tamen maneam si nihil per me sit commissum, quare infamis fieri debeam. Pro affirmante facit, quod honor externus Viro vitæ morumque probitate præstanti sit debitus, quem qui per injuriam ei adimit, adeoque nec, quod debet tribuit, damnum inferat. Quæ etiam sententia melior est, imprimis si inter honorem pro interno hominis valore sumtum, & eum qui nihil aliud quam aliorum de illo valore judicium est, distinguas. Iste lædi non potest: sed hic ad fortunæ bona spectat eoque lædi potest, ac violatur temerè, feralem sæpius læso effectum in societate producit. Unde & II. qui vel verbis vel factis, eum per injuriam lædit, & honorem contumeliâ, verberibus, omissione cultus: famam verò calumnia vel maledica veri propalatione violat, ad reparationem tenetur. Quæ fit, si pœnitentiam ostendas: si contemtum deponas: si sinceram probitatis meritorumque æstimationem declares: si deprecceris, ubi opus fuerit: si damnum pecunia, communi, ut supra diximus, rerum utilium mensura, resarcias: si, quibuscunque licet, officiis, verbis, factis errorem aut injuriam retractes. ***

* Gror. *de Jure Belli & Pacis II*, 17. *ult.*

** *Quod quidem in læsa existimatione non facile admittet Vir gravis, immo neque temerè patietur Respublica, quemadmodum apud Romanos necessitas suasit, ejusmodi morem abrogari. Videri potest ex* A. Gellii

A. Gellii Noctibus Atticis, Commentarius, qui sub Ulrici Obrechti nomine prodiit, ad Grot. II. 17, 22.

*** *Pufendorf. O. H. & C. I, 14, 2.*

XV.

Quid dolus? quid culpa? & quotuplex?

Fit etiam hac in tractatione *Doli*, ejusque * mali, ut & culpæ mentio; Ille etiam culpa improbitatis audit, & machinatio est alterius decipiendi caussa, cum aliud simulatur, aliud agitur: conjuncta, jure civili, (a) cum læsione proximi: Hæc vulgo dividitur in *culpam præcipitantiæ & negligentiæ.* (b) Alibi (c) *in latissimam, latiorem, latam, levem, &* (d) *levissimam.* De dolo vero alia dicendi occasio erit. (e)

* *JCti Romani bonum dolum vocant, si adversus hostem quis machinaretur: & alibi, nihil interesse, vi quis an fallacia potestatem hostium evaserit. Haud dubie itaque crudè nimis à* Cicerone *dictum esse monet* Grotius: *ex omni vita simulationem dissimulationemque tollendam. Nam cum quæ nec scias, nec quæ velis omnia aperire aliis tenearis: sequitur, ut dissimulare quædam apud quosdam, id est, tegere & occultare omnino fas sit.*

(a) *Dolus est voluntas nocendi directa; indirecta verò* culpa *dicitur.* Eisenhard. *Instit. J. N. IV, 83. & consistit in negligentia & imperitia, quando quis negligit & ignorat ea, quæ scire & observare potuisset ac debuisset.*

(b) Eisenh. *d. l. p. 136. 137.*

(c) *Culpa nascitur ex segnitie vel simplicitate: Dolus autem malus ex malitiosa destinatione. Culpa dividitur in latam levem & levissimam. Habet quælibet suos veluti gradus. Et dari exemplum potest, ubi culpa est lata in infimo gradu, vel saltim levis in supremo. Ut, si quis alterum sclopeto transfixerit, nescius id oneratum esse, imo fatali quodam indicio de ejus levitate persuasus, ubi tamen alter, ut desisteret, hortatus est. Cæterum* Latissima *culpa dicitur, cum quis diligentia communi omnium hominum non acri ingenio vel industria excitatorum omissa, agit & lædit; quæ in contractibus & similibus negotiis, & ubi de reparando damno agitur, dolo æquiparari solet.* Levis *adpellatur omissio diligentiæ hominis magis exculti, & ultra istam communem & quam hominum natura juxta cujusque solertiam & capacitatem requirit:* Levissima *est omissio diligentiæ exactissimæ,*

tissime, quam nonnisi accuratissimus in rebus suis adhibet. Hujus effectus JCti docent. Confer Pufend. *de J. N. & G. I, 7.* & Rechenb. *Lineam. Philos. Civ. P. I. c. XIV. §. 5. p. 92. 93.* Conf. Deut. XXII. 8.

(d) *hujus mentionem auctor injicit §. 9. med. Eam*, sensu Juridico, *acceptam sic definit D.* Jo. David Möglingius, *Magnus apud nos Jurium Antecessor, sed* βραχυβιος, *Dissert. de* Culp. Leviss. *quod sit* prætermissio summæ diligentiæ debitæ; ut cum quis eam diligentiam, quam diligentissimus quisque Paterfamilias ejusdem attis, conditionis & professionis rebus suis adhibere solet ac debet, nec tamen eam adhibet. *Exemplum est de commodatario, qui librum sibi commodatum reliquit in camera, clavemque quidem reseravit, sed abiens non tentavit eam manu digitove, an ostium bene clausum fuerit? quod diligentissimus facere non neglexisset; adeoque furi occasionem præbuit: reus culpæ omnino levissimæ; habet tamen etiam ista scrupulositas modum:* nimirum si modo negotii Indoles exactissimam diligentiam ultrò non adspernetur, *ut ait* Pufendorfius, Möglingio *quoque laudatus. Adde* Selden. *de J. N. & G. IV. 2.* quid culpa levissima?

(e) *Vide interim* Grot. *III, 1, 7. seqq. In* Caji *Cæsaris laudibus posuit* Cicero, *ut præcipuum: quod* obliviscì nihil soleret, nisi injurias. *Idem* Cicero *Offic. I, nihil, ait, magno & præclaro Viro dignius placabilitate atque clementia.* Grot. *II, 24, 2.*

XVI.

Quemadmodum *Vindicta* (a) Naturali juri repugnat: Sic ultio à Summo Imperante non petenda est, ut voluptas à læso ex lædentis supplicio cupiatur, quod inhumanum est & socialitati repugnat; (b) quæ etiam hosti Jura humanitatis reliquit. (c) Sed & in ipso *Statu naturali* conscientiæ interest, *ultionem moderari*, ne sanguis absque caussa prægnanti effundatur. (d) Prudentiæ autem est, altè abdita in hoste ulciscendi consilia rimari, quæ sic abscondi apud veteratores solent, ut ante occasionem haud prodantur. (e) Cæterum eo proniores mortales ad condonandas mutuas offensas esse debent, quo frequentius ipsi Supremi Numinis Leges violant, eoque & ipsi venia quotidie opus habent. (f) Magna etiam est prudentiæ pars, dissimulare seu cedere. (g) Quid vindicta?

(a) *In quantum dicit propositum ægrè iis faciendi, qui nos læsere. add. Sir. XXVIII, 1. Ulciscendi optima ratio est, ne similis fias ei, qui injuriam fecit.* Antonin. Imperator *sexto de vita sua.*

(b) *conf. infra II, 13, 6.*

(c) *Exod. XXIII, 4, 5.*

(d) *Virilis est hac de re & aliquoties hoc in opere laudata Abigailis sententia 1. Sam. XXV. 31. add. denuo 1. Sam. XXV. 33. ubi gratias DEO agit Isacides, quod suamet se manu non sit ultus.*

(e) *Exemplum* Absolomi *insigne est, II. Sam. XIII, 20.*

(f) *Seneca de Clement. I, 6.* Peccavimus omnes, alii gravia, alii levia: *alii ea destinato, alii forte impulsi aut aliena nequitiâ ablati: alii in bonis consiliis fortiter stitimus, & innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. add.* Grot. *J. B. & P. II, 20. 19. &* Eccles. VII, 21, 23.

(g) *Pulcrè Solomon* Cohel. XI, 3. *remissio, inquit, sedat iram. Gloriantur Romani de suo Fabio, quod cunctando fregerit Hannibalem. Sic noster* Fridericus Saxo *Erfordianos tumultuantes silendo compescuit, & ultus est; verba sunt* Lutheri *Comment. ad h. l. Tom. III. Jen. Lat. fol. 274. Sic quoque Virgilius:* Superanda omnis fortuna ferendo est. *Sunt enim hæ sententiæ ex media rerum humanarum experientiâ depromptæ.*

XVII.

Quotuplex æquitas? *remissivè.*

Potest *æqualitas* hominum, vel Naturali Lumine, vel assumta in subsidium revelatione considerari. Priori ratione est *æqualitas naturalis, essentiæ & existentiæ: Juris item,* & qua sunt homines: (a) cum qua tamen confundi neutiquam debet *Libertas naturalis:* (b) denique & *virium,* ut & *malitiæ.* Posteriori modo est æqualitas *Christianismi.* (c)

(a) C. Thomas. *J. Pr. D. ad h. l. §. 15.*

(b) *ibid. §. 22.*

(c) *§. 18. ad quam provocat* Grotius *III, 12, 8, 4.*

XVIII.

Quî Jus distribuendum?

In distribuendo Jure rerum indivisibilium, & quæ communicari non possunt, commodius remedium *sorte* (a) non est. Quemadmodum etiam inter modos componendi Bellum rectè à *Grotio* (b) refertur. Cæterum ut *primogenitura,* eique annexa

nexa haud raro jura dextrè explicentur, haud inutilem arbitror *Hobbesii* Distinctionem, (c) inter *sortem Naturalem* & Arbitrariam. (d) Habet enim utique primogenitura Jus suum humano ex arbitrio: rationibus tamen ex convenientia naturali petitis illustrari solet. (e)

(a) *conf. Prov. XVIII. 18. Lex alias vetus est*: Major dividat, minor eligat. *Sic Abramus terram divisit, Lotho optionem dedit. Genes. XIII, 9.*

(b) *II, 23, 9. conf. Auct. II, 16, 3.*

(c) *improbatam licet à* Pufend. *III, 2, 5. de J. N. & G.*

(d) *Nec sortium usum simpliciter improbandam esse, præter nostræ disciplinæ Doctores, demonstrant Theologi. conf.* Josuæ VII. 14. *& eo* Calovium *in Bibl. Ill. Cumprimis in sorte æstimandum, quod opi-* Usus sortis. nionem contemtus *removet, quam hac de caussa in ordinandis Principibus ex utraque linea posterorum Aharonis Davides adhibuit. Qui ordo si absque sorte fuisset institutus, contemtum alterius lineæ videri potuisset inferre, cum utraque dicatur habuisse Principes CORAM DEO, h. e. Maximos, & præclaris utrinque virtutibus insignes. 1. Chron. XXVI. 8. XXVII, 13. Sic Canaanem sorte divisit DEUS.* Ejusque exempla è sacris.

(e) *Faciant hæc ad illustrandum infra II, 10, 7. sub fin. & succinit auctor, O. M. VII, 7. 11. pag. 1087. litibus circa successionem præcavendis optimum esse sorti nascendi rem committere, quam omnium fere Gentium consensus, VELUT ab ipsa Natura jactam, constanter amplectatur. Conf.* Gen. XLIX. 3. *&* Bœcler *ad Grot. II, 7, 18.*

XIX.

De facto *Davidis*, Ammonitas ob affectos contumelia Legatos inusitato horribilique supplicio adscientis: (a) quidam benignius, alii velut de inhumano crudelissimoque facinore pronunciant. (b) Nos id nullibi reprehensum legimus, & justo DEI judicio, peccata ejus gentis Davidica opera vindicantis, ad scribendum esse censemus. Quid de facto Davidis in Ammonitas censendū?

(a) II. Sam. X, 4. XII. 31.

(b) *Rationes legas in Dissertatione de* Conradino *ultimo ex Suevis Duce, me Præside habita, II, 6, 8.*

XX.

Ut peccetur contra officium de tuenda æqualitate? quid superbia? quid humilitas? quid modestia?

Contra officium de *tuenda æqualitate* peccatur per *Superbiam*, qua quis nulla de causſa aut non ſufficiente aliis ſeſe præfert, & velut inæquales eosdem præ ſe deſpicit. Oppoſita ei *Humilitas*, ſive modeſtia (a) conſiſtit in reflexione ſuper infirmitate naturæ (b) noſtræ ac erroribus, quos vel olim commiſimus, vel committere potuimus aut adhuc poſſumus, quique non minores ſunt iis, quos alii vel commiſere, vel committere potuerunt. (c) Eſt & regula ſpeciesque modeſtiæ, aliena non curare, & fugere ceu peſtem πλὴ πολυπραγμοσύνῃ (d): nec convivere validiori aut ditiori (e) Cæterum vitare ſimultates, quæ tamen, ſi privatæ ſint, divino haud raro proviſu, proſunt magis quam obſunt publico. (f)

* *Cujus initium à DEO apoſtaſia. Sir. X, 14.*

(a) *Sic vocat C. Thomaſ. II, 4, 18. quod per* humilitatem *aliis nos poſtponamus: per* modeſtiam *autem alios nobis non præferamus, ſed patiamur eſſe æquales.*

(b) *Sæpe ita ſapientes, ubi contra ſuperbiam verba faciunt, oſtendunt hominibus quid ſint? quibus è rebus conſtent, unde ortum ſumſerint.* Πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν. *Tria hæc ſemper in mente habeto. Quid fuiſti? quid es? quid eris? quid fuiſti? Sperma fœtidum. quid es? vas ſtercoreum. quid eris? eſca verminm.* Bernard. *in ſententiis. add. Sir. X, 9. Terram* gerimus, *terram* terimus, *terra* erimus. Auguſtin. *de Civ. Dei VII, 1. & Sirac. XL, 11.*

(c) *Sed & in dignitate poſitus modum ſervet, ut neque nimium ſe efferat, neque ſe vilem faciat. Sir. X, 31. & eo ex* Euripide *Grotius.*

(d) Seneca *Ep. III. Magnam rem puta, hominem unum agere. Præter ſapientem autem nemo unum agit. Ceteri multiformes ſumus. Monuit Thales Mileſius apud Laertium: Unum eligite præclarum, unum quoddam Divinitate præclarum. add. Sir. XI, 10.* Plato *VIII. de Legibus: Duas artes aut duo inſtituta commodè tractare non poteſt ulla humana natura. add. Sirac. XXXVIII. 39.*

(e) *Sir. XIII. 2. quorſum referas Plautinum illud:*
Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te eſſe hominem divitem,
Factorum: me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Nunc

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [266] - 256
PUBLIC DOMAIN

Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit
Te bovem esse, & me esse asellum: ubi tecum conjunctus siem
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto.

(f) *Vide notabilem historiam de Graccho Graccborum Patre, & P. Scipione Africano apud* Livium *XXXVIII. & add. 1. Mac. VIII, 16.*

XXI.

An ad officia humanitatis pertineat correptio?

Pertinet etiam ad officia (a) humanitatis *monere errantem*, eumque, ne in periculum animæ aut fortunarum incidat, cavere. Postulat hoc affectus humanæ dilectionis communis, omnibusque per naturam (b) injunctus.

(a) *Vide Dissertationem de Pœnis, eo loco ubi de correctione verbali agitur. Ac ante omnia aureum librum* Jo. Hülsemanni *de correptione fraterna.*

(b) *add. Sirac. XIX, 16. Est reprehensio quædam Chirurgia animæ affectionum; medicamentum autem est probri insimulatio,* Clemens Alexandr. *Pædag. I, 8.*

XXII.

Quorsum officium erga defunctos?

Potest huc etiam referri Officium erga defunctos, quod Singulari Dissertatione exequuti sumus. (a) Etsi cerimoniæ solatia magis vivorum sunt, quam subsidia mortuorum. (b) Quo loco etiam commodè de præparatione (c) ad mortem erit agendum. Ut & de Termino vitæ humanæ (d) cum generali, qui per γνῶσιν definiri solet, tum speciali.

(a) *Hoc officium tam necessarium censent Hebræi, ut & mortuum tangere potuerit Summus Pontifex, si quem in via inhumatum reperisset. Eum enim humare poterat. add. omnino Grot. ad Levit. XXI, 11. Cæterum Hebræos in erigendis honori defunctorum epitaphiis operosos admodum fuisse constat; & Basilea testatur, in cujus suburbiis magna vici pars Judaicis monimentis obtecta videtur. Eximium tamen lapidem servavit Theodorus Zwingerus, quem Anno M D XLV. in Cœnobio S. Claræ, ubi cœmiterium Judæorum erat, inventum, celeberrimus Vir in Jo. Lucæ Iselii, Privigni sui horto, memoriæ caussa erigi curavit, ubi illum Anno M DC LXXXIX. conspeximus. Cujus proinde inscriptionem, ex prototypo expressam, cum qualicunque nostra translatione, Lectori communicabimus; ea, quæ nos expectant, severiora hac velut amœnitate temperaturi;*

והאבן הזאת
אשר שמחי
מצבה לראש
הזקן ר' אליקים ב'
יוסף ויקבר בחול
המוע' של פסח יו'
ה' צ' ה' לק' מנוח'
בג' עדן עם שאר
צדקי עו' א' א' ס'

LAPIS ISTE POSITUS EST AD CAPUT SENIS R. ELIAKIM, FILI R. JOSEPH, SEPULTI IN HEBDOMADE SOLEMNITATIS PASCHALIS DIE QUINTA, A. XCV. SECUNDUM MINOREM NUMERUM, QUIES EJUS SIT IN HORTO VOLUPTATIS, JUXTA CUM JUSTIS, QUOTQUOT IBI SUNT, ÆVI-PERENNIS. AMEN, AMEN, AMEN. SÆLAH. *Aliorum verò Rituum Synopsin dedere Lilius Gyraldus, magno literarum emolumento in Batavis recusus, & alii quos infra laudabimus.*

Argumentum de *Officio erga defunctos* exponitur.

I.) *De hujus Officii, quod nonnullis jus exequiarum, aliis jus sepulturæ ac manium audit, origine, ex quo loco quove è capite repetendum sit? latius & divisis ferè sententiis disputatur. Quod si enim Officium aliquod adversus defunctos constituitur, quandam simul obligationem involvi necesse est. Undenam igitur & quo ea è fonte derivanda sit, breviter discipiendum erit. Ubi è sacris quidem Pandectis id manifestum videtur, divini Edicti sepulturam esse, quod à quibusdam interpretibus ostensum est. Luculentus est locus apud antiquissimum Scriptorem, primi libri tertia sectione, commate decimo nono. Cui Salomoneus succinit, rediturum,* inquiens, *pulverem in terram, quemadmodum fuerat; & vivum illud Patientiæ Exemplar Jobus: nudus, ait, egressus sum ex utero matris meæ, & nudus revertar illuc: in terram videlicet, quæ omnium nostrum mater est & sinu complexuque suo corpus nostrum excipit custoditque, redditura, ut Christiana docemur disciplina, suo tempore, quod acceperat depositum. Igitur hunc morem à DEO Protoplastis ostensum esse, indeque ad posteros translatum, non dubitant, quum quod ex terra ortum est, terræ deberi Deus Adamo edixerit. II. Quæ è causa evenisse existimo, ut consuetudo defunctorum corpora terræ reddendi in plerisque Gentibus tanto consensu invalnerit. cum & aliis de rebus*

Ex quo fonte id derivandum?

constet,

conſtet, eas quaſi per traditionem à rerum inde primordio inter Orbis penè univerſi incolas, ſaltim ſaniores, in uſum tranſiiſſe. Quod, quum apud animum ſuum reputaret Grotius, jus Sepulturæ ad jus Gentium voluntarium retulit. Quod nos quidem, ſi præcipuè jus pro moribus rationabilique conſuetudine ſumatur, non inficiamur; cum hiſce moribus pleraſque gentes velut juris loco uſas eſſe, in confeſſo ſit. Quam in rem laudatus paſſim Ciceronis locus eſt: Mihi quidem, inquientis, antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum & ſitum quaſi operimento matris obducitur. Ipſi verò ſepulcro Cyri hoc inſcriptum fuiſſe ferunt Epitaphium:

Vir quicunque es & undecunque advenis,
(Neque enim te adventurum ignoravi) Ego ſum
Cyrus, qui Perſis imperium conſtitui: puſillum
Hoc terræ, quo meum tegitur corpus, mihi ne invideas.

III. De Cynicis & Anteſignano præprimis eorum Diogene dubitandum non exiſtimo, quin exigua prorſus aut nulla prope ſepulturæ ratio ab iis habita fuerit. At bi Philoſophi, an Philoſophi? quærit acutè Albericus Gentilis. naturæ oblatratores, quid tum poſtea? ſi cadaver nec ſentit, nec tuum eſt amplius? at nunc ſenſus eſt tibi viventi earum incommoditatum, quas paſſurum ſit cadaver tuum. Iccirco veri ac ſani Poetæ ſuas perſonas pingunt cujusmodi expoſitæ à natura ſunt, non quales ferrei quidam fingunt. Neque etiam ſcio, an verum ſit, quod illi ita judicant, cum contrarium videam in ipſis naturæ penetralibus. Saltim Cynicos multa ut homines corrigerent, egiſſe, quæ planè abhorrerent à ſenſu communi, è Diogenis vita manifeſtum eſt; quos tamen modum exceſſiſſe obſervat Voſſius, non ut excederent alii, ſed ut facilius bi intrà eum revocarentur; ſimiles agricolæ, qui ſi plantæ in latus unum excreſcant, revocent eas in alterum, quo medium conſequantur. Sed enim hæc genuina philoſophandi ratio non eſt; unde Cynicorum quidem Nationem totam ejiciendam eſſe dixit Tullius, velut inimicam verecundiæ, ſine qua nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. IV. Cæterum an juri cuidam Gentium voluntario, vi obligandi perfecta pollenti, quodque diſtinctam à jure Naturali ſpeciem conſtituit, originem debeat? de eo quidem difficilior intricatiorque inſpectio eſt. Et enim juri quam parum faveant Viri ſummi, eosque inter principes ponendus loco, Puſendorfius,

Quid de Cynico ſepulturæ neglectu?

An Jus ſepulturæ derivandū ex Jure Gentium?

dorfius, vix quemquam latet. Qui quidem uti vim ejus omnem elidat, præcipuum de Legationum jure caput ex ipsa lege naturali derivat, privilegia verò, quæ legatis tribui solent ex indulgentia populorum unicè dependere vult. Hoc autem sepulturæ Jus, quod ex Gentium jure Grotius deducere videtur, ad officia humanitatis referendum censet. Vidit quoque difficultates istas è nostris acerrimi Vir ingenii, & materiam sanè intricatissimam nuncupavit, fassus insuper, consensum gentium, qualis quidem in legis vim evalnerit, demonstrari non posse. Quin accedere potius hoc quidquid est juris ad naturam consuetudinis cujusdam, quæ universaliter vel mathematicè vel moraliter inter gentes obtineat, ipso etiam tempore roborata. Sed quidquid hujus modo sit litis: ratione profecto haudquaquam destituuntur, præclarè olim à Bœclero observata: valdè se vereri, inquiente, ut vel Grotius vel quisquam alius inoffenso cursu hoc stadium decurrat, quin semper eò redeatur, unde discessum oportuerit; si enim id spectemus & describamus, quod moratiorum gentium voluntate in legem iverit, Modum considerandi jus naturale, non Rem Ipsam à nobis mutari. V. Igitur implicata heic & commixta ferè omnia comparent, apud plerosque, quos consului Scriptores. Mallet, ut dixi, Pufendorfius inter humanitatis officia recensere. nec refragantur alii ex recentissimis, quorum nomina meritaque veneror.

An ex Jure humanitatis?

Neque Grotius abnuit, qui in tantum ad jus naturæ refert, in quantum utique mos est naturali rationi consentaneus, adeoque hoc sensu fundamentum habet in Jure Naturali. Id quod officium non tam homini quàm humanitati deberi docet, & ad Senecam Quintilianumque provocat, publicam hanc humanitatem appellantes. Ubi id moneri potest, eo utique sensu ad Humanitatis officia recurri heic posse, quatenus ab humanitate videtur alienum, corpus humanum, animæ tam nobilis hospitis domum abjici, & ferarum incursui esse expositum. Forsan in eo quoque fundamentum hujus rei ex ipsa naturali lege desumi posset, quod mortuos condere præstantem non gravat, petenti autem vel prodest, vel eximio quandoque solamini est. Quo quidem pacto officium defuncto non ut tali, sed genti, cujus pars socius que erat, sed familiæ aut propinquis exhibetur. Quale non libenter dispensare detestanda utique malignitas inhumanitasque haberetur. Ad ipsum verò defunctum si respiciamus, poterit officium ad primum illud detrenda æqualitate, alteroque, ut æquè homine tra-

ctando,

ndo, præceptum qualitercunque REDUCI. Contra quod peccat, qui defuncti corpus hominis veluti caninum abjicit; cum tamen eodem ipse modo mori necesse habeat, quemadmodum ex eadem cum defuncto stirpe descendit, & modo eodem natus nutritusque fuit. V. Ostendimus, nisi fallor, qualemcunque investigandi hujus in ipsa natura juris modum, cum ratione defuncti, tum eorum respectu, qui sepulturam exposcunt; quo etiam sensu Pufendorfio Humanitatis officium audit; Sed, regerit nuperè Vir doctus, idemque Pufendorfii in plerisque sat acer Hyperaspistes. Rectius, inquiens, ad jus Gentium „ à Grotio refertur jus sepulturæ. *Dubium enim non est, quin, si una* „ *gens promiscuè omnibus alterius gentis membris sepulturam de-* „ *neget, Bello, tanquam violato gentium jure, vindicari queat. Non* „ *igitur sat commodè hoc jus Pufendorfius inter humanitatis officia* „ *reponit, cum ad ea non nascatur ex lumine naturæ nisi imperfecta* & minus plena obligatio, *quæ non foret sufficiens ad Jus hoc bello licito persequendum. Quanquam autem ea quæstio: An detur Lex gentes obligans & juri naturæ contradistincta? alium meritò in locum seponatur; in eo tamen eximio Scriptori non adstipulor, quod velut Achilleum argumentum Pufendorfio obtendit. Utut enim* REGULARITER *quæ ex humanitate debentur, handquaquam vi possint eripi, extrema tamen sæpe necessitas, qualis profecto hoc in casu, quem ipse Vir egregius formavit, evenire potest, efficit, ut talia* non minus *asseri queant*, quam quod ex obligatione perfecta *debetur. Quæ quidem regula plurimis difficultatibus obviam itur, & alio in casu præclarè usus est Pufendorfius, doctissimo Scriptori præmultis familiaris. Nec ad Gentium jus quoddam recurrendum statim est, cum negari penitus nequeat, posse nonnunquam Jus quoque imperfectum in juris perfecti & pleni vim transire. Sic juris Gentium esse contendunt, jus transeundi terra & amnibus per alterius territorium. Gustavus Adolphus Suecorum Rex, Pomerani Principis Legatis, transitum deprecantibus, anno 1630. respondit; Innoxium transitum apud omnes Gentes semper fuisse liberum; ejusque denegationem divino humanoque jure justissimam belli causam haberi. Docet etiam Grotius transitum negatum armis vindicari posse. Verum jus petendi transitum nonnisi imperfectum est, ceditque juribus alterius in dominio ejusdem in rem fluentibus, qui solus istam SUAM appellare potest. Unde vi & armis, nisi ex hostili animo id fiat, transitus dene-*

Observatio de transitu juris imperfecti in perfectum.

An sepulturæ denegatio armis superstitū vindicari queat?

gatus vindicari statim non debet. Considerandum verò cordatioribus relinquimus, annon si una gens promiscuè omnibus alterius gentis membris sepulturam deneget, animum id hostilem arguat? Certè singulorum salutem illa pessundare intendit exitioque illius imminere videtur. Igitur apud eos præcipuè, qui in libertate statuque naturali vivunt, nulla est Lex, quæ tentatis prius, quantum fieri potest, tutioribus remediis, ejus gentis malitiam impunè jubeat grassari. VII. Tandem in eo est, ut ad istum officii fontem deveniamus, qui uno verbo DECORUM adpellatur. Visus hic ipsi Grotio de J. B. & P. II, 19. 2. modus fuit simplicissimus investigandi causam, propter quam introductus iste mos fuit, ut corpus humo tegeretur. Scilicet, cum homo cæteris animantibus præstet, indignum fuisse judicatum, si ejus corpore alia animantia pascerentur; igitur inventam sepulturam, ut id quantum posset, caveretur. Fundamentum ergo proximum erit humanæ naturæ excellentia atque dignitas, & illa naturalis aversatio, ne contemnamur. Igitur non ex præsumta solum, aut ante obitum declarata voluntate hoc quicquid est officii præstatur; cum etiam post mortem honestè tractari velimus, & delicata quadam æstimatione quisque se complectatur; sed ex naturæ, ut dixi, humanæ ὑπεροχῇ, quæ corpus humanum non quovis modo tractari patitur, neque proteri illud tanquam rem vilem abjectamque aut abjici permittit. Hinc firmam arbitror collectionem; utique hoc non caninum, non beluinum, sed humanum corpus est, tam reverenter à vivente habitum; igitur non convenit, illud contemni; indecorum est, quod vivus tam delicatè solicitèque æstimavit, ac occultavit, expositum aëris injuriis, publico conspectu dissimere, aut à bestiis non sine fœditate lacerari. Ergo reverenter habendum est, & quo fieri poterit modo, locoque aptissimo recondendum. Quid? quod in ipso hominis vocabulo indicatur inesse aliqua dignatio, unde ultimum efficacissimumque argumentum petitur, omnem ab ejus corpore, velut haud contemnenda olim portione, contumeliam esse removendam. VIII. Sed, inquis, dignitati isti per sepulturam non consuli. Num enim indignius putandum sit, cadavere humano pasci aves & quadrupedes, quam si vermes id devorent, aut ignis absumat? An indigniores creaturæ sint aves & feræ, quam vermes, ignis aut terra? Aut an soli isti populi dictamen Juris Naturæ observarint, qui cadavera condivere? Specioseque quidem ista regeri possunt, & excolendo

An Jus sepulturæ ex Decoro derivandum?

soler-

solertius argumento inserviunt. Interim quod primo loco de feris avibusque regeritur, facile largior, quoniam ab omnis retro ætatis sapientibus, naturæ dedecus fieri existimatum est, si prohiberetur, quo minus sepeliantur mortui. Imò indignius id existimo, quia Deus invisis sibi Regibus minatur, futurum ut putrefacti projectique extra portas Jerusalem jaceant, à feris volucribusque lacerati; & crudelitas quoque, divinore judice spiritu habetur, ponere cadavera servorum Domini escam volatilibus cœli, carnem Sanctorum ejus bestiis terræ. Effundere sanguinem eorum tanquam aquam, ubi non est, qui sepeliat. Si indignum non est, cadavere humano pasci aves aut quadrupedes, quæ igitur vis querelæ tam tristis? Cur ægrè adeo tulere Christiani, fratrum suorum, hoc est, martyrum corpora feris avibusque exponi? Cur etiam capitis periculo ea surripuere, noctu forsan minus adcurate custodita? Et annon conveniebat corpus humanum reverentius quam bestiarum v les exuvias haberi? Cæterum de vermibus quod adjectum est, facile dissolvitur. Utique enim humanæ naturæ probro est, mori, & anguibus escam fieri. Turpius tamen bestiæ in morem abjici. In crematione quidem Romanorum Græcorumque, Sapientes nihil fere turpitudinis advertisse leguntur; nisi quod ejus novitatem vidit Tullius. Humata vero corpora, & defossa profundè, in pulverem cineresq; abiisse observatum est; quod perpetuæ isti, quam natura amat, ἀναχυκλώσει vehementer congruit, & à Cicerone quoque agnitum est, reddi ea ratione terræ corpus, atque ita locatum ac situm, quasi operimento matris obduci, ut cum corpus terra sit, quæ dederat, ipsa recipiat. Conditura divino, quod supra allegavimus, edicto non repugnat, sed pietatis aliquando quælecunque testimonium est.

(b) *add.* Sir. XXXVIII, 17. *fuse & de matre Terra XL, 1.*

(c) *Lex enim est:*

Quod natum est, poterit mori.

(d) *Sir. XLI, 5. Cur recusas, quod DEO placet?*

XXIII.

An cadavera facinorosorum, *salvo Jure Naturali* manere insepulta queant? apud Juris hujus Doctores inprimis quæritur. Sunt, qui id in pœnæ civilis computationem fieri posse arbitrantur, si qui nempe omnem exuendo humanitatem meriti

An cadavera facinorosorum insepulta relinqui possint?

titi sunt, ut & ipsorum cadavera velut beluina habeantur; & (2) quia post mortem fama vivit, quæ damno quasi & pudore interficitur, satis sit, quod mortuis accidit, metui à vivis, ut hoc pacto à peccato retrahantur. Et si (3) cum dignitate hominis non pugnat infamis pœna suspendii, nulla ratio adparet, cur cum ea pugnet exemplaris illa facinorosi prostitutio? neque (4) Davides annuisset Gibeonitis insepulta duorum filiorum & quinque nepotum Saulis cadavera relinquentibus (a), si id turpe esset INTRINSECE. Sunt, qui *Legem forensem* (b) regerant. Sed primo observant Viri eruditi, ut plurimis in Legibus, sic in hac quoque DEUM adversari profanarum gentium institutis, quæ quos cruci affixerant, in ea relinquebant, donec eos ipsa Natura sepeliret, hoc est, putredine collaberentur. Nec negamus, recte omitti posse triste adeo spectaculum, si per sceleratos homines LICERET. Deinceps in hac Lege *reconditus* idemque mysticus est sensus, sive conceptus DEI in JESU CHRISTO crucifixo, ac pro nobis maledictione facto *impletus*; (c) qui pro nobis factus PECCATUM (d) & sceleratis annumeratus, (e) postquam mortem in cruce sustinuit, omniaque consummavit, sepulturæ commissus est, & ex hominum oculis cordibusque trementibus maledictio submota.

(a) *II. Sam. XXI, 8, 9, 10. & ipse DEUS cadaver Jorami à Jehu projici in agrum Nabothi jussit, II. Reg. IX, 25. sq. ad Prov. XXX, 17.*
(b) *Deut. XX, 23.*
(c) *Gal. III. 13.*
(d) *II. Cor. V. 21.*
(e) *Esa. LIII. per tot. inprimis sub finem.*

XXIV.

Quale Jus Spicilegii? quæ res innoxiæ utilitatis?

Humanitatem *erga egenos* * eximiè docuit Politica Lex Israeli data de singulorum annorum spicilegiis, & in agro relictis manipulis, vinearum item & olivetorum angulis. (a) Cæterum ad ea quæ hominibus communi Jure competunt, referri debent res, quæ vocantur, innoxiæ utilitatis; quale Jus est

est in aquam (b) profluentem: & transitus innoxii, (c) honesta scilicet ac necessaria de caussa suscipiendi. (d) Cæterum, negationem transitus justam belli caussam suppeditare non demonstrat exemplum Amoreorum à Mose devictorum. (e) Nam quod ex nudo humanitatis officio debetur, negatum sine contumelia causam Belli vel actionem non fundat. (f) Distinguendum etiam adcuratè est inter egenos, & validos Mendicos. (g)

* vide, quæ modo monuimus p. 261. pôst medium.

* *ejus negatio* velut homicidium *habetur. Necare videtur, qui alimoniam denegat, ait Paulus J Ctus. Subtrahit qui non dat, cum satis ad dandum habeat. Sirac. IV. 1. XXIX. 1, 16, 17. conf.* Chrysost. *homil. XXXIII. ad populum: quod eleemosyna sit ars omnium quæstuosissima. Hieron. ad Nepotian: Nunquam memini me legisse mala morte defunctum, qui libenter opera charitatis exhibuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.*

περὶ ἐλεημοσύνης de eleemosynis.

(a) *Eam tetigit* Guil. Zeppet. *de L. M. IV. 26. p. 637. Levit. XIX. 9, 10. & adde* Selden. *de J. N. & G. VI, 611, 724. Quid quod ad spicilegium ac manipulum pauperibus competiit Jus perfectum.*

(b) Grot. *II, 2, 12. quæ continuo fontium affluxu alitur.* Pufendorf. *III. 3, 4. de J. N. & G. p. 361. qui rejicit distinctionem Grotii inter flumen qua flumen, & qua aqua profluens vocatur. Quæ tamen non videbatur repudianda. Flumen enim qua flumen proprium est, qua profluens aqua non. §. 12.*

Observatio pro Grotio contra Auctorem.

(c) *Si multitudo transeat, cautio de damno non dando exigi poterit; cum exempla profient urbium, quæ jugum, concesso temerè transitu subiere. An recte postuletur, ut milites depositis armis transeant,* discussit Pufendorfius, *ostensis insuper aliis publicæ securitati prospiciendi modis. de J. N. & G. III, 3, 5. p. 364. ab init. Innoxius vocatur, si prosit his qui transeunt, non noceat iis per quos transeunt. Grot. II, 2, 13. imprimis, si obsides dentur.*

De Jure transitus.

(d) Zieglerus *verò negat,* naturaliter competere *alicui Jus transeundi per terras* alterius, *nisi pacto id quæsiverit. Quia hæc servitus quædam naturalis esset.* Pufendorf. *de J. N. & G. d. l. p. 365. Consentit* Oslander; *cujus verò rationibus satisfacere annititur* Obrechtus *suso discursu ad Grot. II, 2, 13. nixus etiam auctoritate* Augustini, *à Grotio*

d. l. 13. laudati; &, innoxius, inquientis, transitus negabatur, quâ Jure humanæ societatis æquissimo patere debebat. Et aliud est servitus velut perpetuum Jus; & aliud momentaneus rei alienæ usus, ad quem arripiendum ingens nos utilitas necessitasque compellit, cui non velificari alterum, nihil inde damni capientem, inhumanum erat. Obj. Q. est necessarium ad reparationem Juris, illius denegatio præbet justam belli causam. A. transitus innoxius. Q. denegatio impedit reparationem ejus, quod Jure perfecto debitum est, illa dat Jus belli. A. negatio transitus innoxii. Resp. *Læsionem hanc esse saltim indirectam & præter intentionem.*

Exempla è sacris.

(e) *quod eximiè contra* Grot. *II, 2, 13. (cui & adstipulatur Kulpisius, qui tamen ad Jus humanitatis refert)* ostendit Pufend. *d. l. p. 366. & de Off. L. I. cap. 15. §. 4. idemq; Jephtachus inculenter docet, qui Mosen bello ab Amoræis petitum, JURE BELLI istas provincias occupasse demonstrat. Jud. XI. 20, 21, 22. add. 1. Maccab. V. 47, 49. ubi Judas ob denegatum ab Ephronitis transitum urbem occupavit, & incolas miserandum in modum occidit.*

Justæ transeundi causæ.

(f) Thomas. *Jurisprud. II, 6, 36. p. 207. Distinximus igitur quæstiones, quæ misceri alias solent. Transitum innoxium dare pertinet ad officia humanitatis: sed si negetur, vi non potest vindicari, nisi summa urgeat necessitas. Quorsum valet Regula è* Pufendorfio *de O. H. & C. I, 5. 23. edit. vet. quanquam autem regulariter & Jus imperfectum in Jus perfectum aliquando evalescit. Kulpis. p. 39. §. 4. lit. Z. conf. Exerc. V. §. 16. &* Zentgr. *de J. & J. p. 783, 784. ubi exemplum* Gustavi Adolphi. *Justæ transeundi causæ sunt Grotio, si suis finibus expulsi quærant terras vacuas: aut commercium expetant cum egente sepositâ, aut etiam quod suum est, petant justo bello. II, 2, 13. Contra Cæsar transitum negavit Helvetiis per provinciam, quod homines iniquo animo existimarat non temperaturos ab injuriis & maleficio; de B. G. I. init. Cæterum petiit ab Idumæis transitum innoxium Israel, justissimis conditionibus, Num. XX, 14 17. sed negatum, gladio non vindicavit, verum ab iis, arma parantibus, discessit, Num. XX, 21.*

(g) *hos* Plato *proscripsit, imo Moyses ipse nullum haberi mendicum voluit. conf. Sirac. XL. 32. & eo* Caloviu.

XXV.

Exhibenda ſunt *officia humanitatis* promiſcuè omnibus; quæ ſi neglexere Judæi,(a) non divinis id Legibus ſed propriæ gentis ſuperſtitioni tribuendum eſt. Cæterum peregrinos vel maximè ſpectant officia humanitatis, quippe qui nullo alio fere præſidio nituntur, quam Jure humanitatis. (b)

Quibus exhibenda humanitatis officia?

(a) *Ita quidem de Judæis Juvenalis:*

Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti,
quo loco exemplum monſtrandæ viæ, minimè moleſta neque ſumtuoſa beneficia indicat, quæ ignotis etiam tribuenda Cicero dicit. Invidioſè eos Eſther. III. 8. Hamanus deſcripſit, cujus verba Flavius recitat: ἔθνος ἄμικτον, ἀσύμφυλον, ἔτι θρησκείαν τὴν ἰδίαν τοῖς ἄλλοις ἔχον, ἔτι νόμοις χρώμενον ἐμφόροις. ἐχθρὸν δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι καὶ τοῖς ὁπωσδήποτε τῷ σῷ λαῷ καὶ ἅπασιν ἀνθρώποις. *Tacitus de Judæis: Apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promtu;* ADVERSUS OMNES ALIOS HOSTILE ODIUM. *Sed ſi quis ejusmodi in Judæis affectus fuit, is Legi divinæ ortum non debuit. Conf.* Grotius *de J. B. & P. II, 15, 9. ſubſ*

De inhumanitate Judæorum.

(b) *Exod. XXII. 21. add. Cl. Schilterus Diſſert. de Jure hoſpitii Philoſophiæ juris ſuffixa. Alias de peregrinis in Civitatem receptis triplex eſt metus, ubi multum increſcit eorum multitudo: ne conſpiratione indigenas opprimant, ne hoſtibus ſe adjungant, ne vi exitium quærant. Injuſtus fuit Pharaonis metus Exod. I, 10.*

De metu peregrinorum.

XXVI.

Pertinet eo *Jus transferendi non perſonas* modo, ſed & *merces.* (a) Quibus tamen in compenſationem onerum propterea ſuſtinendorum vectigal * aliquod imponi poteſt. (b) Cæterum alia onera, quæ nullum ad merces iſtas reſpectum habent, imponi exteris non debent. (c) Dari etiam adverſis pulſis, quod eſt ſterile ac deſertum ſolum, æquum eſt, manente tamen penes veterem populum Imperio. (d) Si quæratur, an populus, qui exteros ex humanitate admiſit, fame ob incolarum multitudinem ingruente, eosdem expellere eo in caſu poſſit: vitio equidem *Bæclero* non verto, quod timidiuscule reſpondit: putem tamen

Quæ ratio juris transferendi merces?

tamen eos, qui per merum humanitatis officium fuere admissi, adeoque eâ Lege, ut ne primis civibus graves essent, rectè si non expelli, tamen, in participatione sustentationis, civibus primis posthaberi. Quod in ipsa receptione tacitè subintellectum fuit.

(a) Grotius *II*, 2, 13. *nec repugnat, decedere alteri hic posse; quia debitum id non est, nec suum. Aliquando tamen vindictæ aut etiam præcautionis causa Jus commerciorum sublatum. Ut sæpe factum inter Belgas & Anglos. Sic Margaritha Parmensis pannos Anglicos in Belgium invehi vetuit, ne pestis una invehatur ex Britannis in Batavos.* Camden. *P. I. p. 82. Solent etiam commercia interdici vel in totum, vel quoad adparatum bellicum, si gens cum gente bellum habeat, alteri quæ pacata est. Ubi significationes publicæ fieri solent quibusdam parentibus, quibusdam autem commercia prosequentibus. Fusè de his Grotius in adnotatis ad III, 1, 1.*

* *Potest autem etiam injuria nimiis vectigalibus fieri exteris. Elizabetha respondens Mendozæ, querenti, quod Dracus commerciorum causa in Indos naviget: Hispanos iniquitate in Anglos, quos commercio contra Jus G. prohibuerunt, hæc sibi mala accersisse.* Camden. *P. 2. pag. 328.*

Quid jus protimiseos, geranii &c? remissivè. quid capitatio?

(b) Grot. *d. l. §. 14. Sic vectigal equorum & neti, quæ Isthmum Syriæ transibant, accepit 1. Reg. X. 28. Rex Salomo. Adde Kulpis.* Coll. Grot. *p. 40. Hinc jura protimiseos, Stapulæ, Geranii, & similia.*

(c) *ut capitatio,* Grot. *II, 2, 14. tributi genus quod pendi solet, pro capite cujuscunque v. Tesmar. ad h. l. Cæterum de reliquis quæ communiter ad Res innoxiæ utilitatis referri solent videndus* Thomasius *Jurisprud. II, 6, 42. seqq. p. 208. sq. In Batavia pro viis & pontibus admodum vexantur peregrinantes.*

(d) *illæ autem terræ non omnino sunt vacuæ, quæ pascendis pecoribus & armentis inserviunt. Grot. II, 2, 17.*

XXVII.

An exteris feminarū copia faciendа?

Ejusmodi quoque Officii genus habetur, (a) *exteris feminarum copia destitutis copiam facere* matrimonia inter nos ambiendi. Existimant tamen Viri (b) insignes, causſam bello non præberi nisi fœminæ cum contumelia negentur. * Huc quo-

que

que pertinet Jus æquo ea pretio comparandi, quibus indigemus, demto, si à quibus petitur, ipsi ejus rei indigeant. Quomodo in summa penuria venditio frumenti prohibetur. (c) Posse tamen institui *monopolium* inter populũ de certo fructu ad vitam non adeo necessario (quo nomine non intelligimus alimenta, vestimenta, medicamenta) nulli dubitamus. (d) Hæc doctrina complectitur Jus commune ad aliquos actus apud nos exercendos, quæ facultas est vel absoluta vel ex suppositione. Illa est, quæ hominibus semper competit adactus tales, quibus comparantur, sine quibus vita duci nequit, ut alimenta, & quæ in parenthesi adduximus. Hæc autem, quando populus aliquis promiscuè permittit externis aliquos actus in suo territorio. e. gr. venari, piscari, aucupari. (e)

De Cœlibatu, Remissivè.

(a) Pufendorf. *de J. N. & G. III.* 3, 13. *non saltim, quia cœlibatus nonnisi excellentibus animis convenit, ut Grotius ait, II, 2, 21. sed & inprimis, quia durum foret, populum sine conjugibus non propagabilem extinguere velle.* Metellius *Numidicus ap. A. Gell. N. A. I, 6. si sine uxore possemus esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modo vivi possit; salúti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum est.*

(b) *Pufend. d. l. §. 13. p. 380.* C. Thomas. *II, 6, 45. Rationes, cur LL. Civilibus vel exterorum, sive diversi ordinis hominum connubia prohibeantur, in summam collegit* Pufendorf. *d. l. §. 13. p. 380. Exemplum Hebræorum, Benjaminitis connubii cum suis facultatem adimentium, in sacris unicum est; & prohibitio levis fuit ac citra judicium expressa Jud. XXI, 7, 16, 14. unde D. Osiander arbitratur, hoc exemplum non probare facultatem certam gentem à matrimonio cum nostris fœminis arcendi. Non tamen penitus negandum, posse certo casu Jus imperfectum in perfectum transire.*

* *aut etiam si fœminarum alibi copia non esset. Hinc malè Hercules ob negatas in laxa copia mulierum nuptias belli causam arripuit in Eurytum; Darius in Scythas.* Grotius *II, 22, 7.*

(c) Grot. *II. 2, 19.*

(d) Grot. *II, 2, 18, & 24. rationes occurrunt apud eundem II, 12, 16.*

quia non repugnat Juri naturæ, si is qui emit, paratus sit vendere æquo pretio, præprimis si populus sit in tutelam receptus, sumtusq; eo nomine à recipiente fieri debeant. Verbo: Nos de rebus loquimur, quæ necessariæ adeo non sunt, & quia peregrinæ, ideo corporibus noxiæ, ut inprimis patet ex mercibus, quibus unus utimur indicis. Pufendorf. *de J. N. & G. III, 3, 6.*

(c) *add.* Vitriar. *J. N. & G. II, 2. qu. 42. p. 92.*

XXVIII.

An detur actio ingrati?

Quæstio: *An detur actio ingrati?* facile resolvitur, si inter *ingratitudinem simplicem & prægnantem*, ut recte à C. Thomasio (a) factum, distinguatur. Ob istam enim, nisi eminens sit, (b) non conceditur. Unde & injustum fuit Romanorum bellum in Regem Cypri tanquam ingratum. Nam qui beneficium dedit, nullum habet jus ad reposcendam gratiam; alioqui contractus esset, non beneficium *. Cæterum beneficium vel *impensa* vel *opera* laboriosa constat, in hisque ab officiis humanitatis distinguitur (c). Multa etiam in beneficii nomen veniunt *ob tempus* quo dantur. (d)

(a) Jurispr. Div. *II, 6, 53, 56, 57.*

(b) *Simplex enim vel* eminens *est vel* vulgaris. *Ista etiam denegat officia humanitatis vulgaria, hæc beneficia.*

(c) Thomas. Einleitung zur Sitten-Lehre *VI, 65.*

(d) *ut, quæ Berzillajus Davidi obtulit, II. Sam. XVII. 29. quanti æstimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore balneum? ait Seneca de Benefic. VI. 15.*

* *Grot. II, 22, 16.*

XXIX.

Quid de artificio Jacobi censendum? atq; an is Socerum læserit?

An Jacobus artificio singulari (a) pleramque ac optimam gregis Labani partem sibi vindicans, læsisse Socerum dicendus sit; non abs re disquiritur. Quum id fecisse videatur, quod sibi fieri ipse noluisset; & Labanum artificii ignarum, prætextu simplicitatis induxerit. Sed ut taceam, *ex pacto*, eoque sæpius mutato hoc omne gestum esse; Divina ea benedictio erga Jacobum

cobum fuit, tot injurias contumeliasque perpeſſo, calamitatem iſtam uberrimè compenſans. (b)

(a) *Gen. XXX, 43.*

(b) *Gen. XXXI, 42, & 11, 12.* Danhauerus *Polit. Biblica p. 26. Jacobi in baculis philoſophiam naturalem, divinitus tamen patefactam ac inimitabilem vocat.*

XXX.

Indefinitè aliorum commoda promotum it, qui animam ac corpus probè excolit, curatque ut utile ſocietatis membrum evadat. Contra quod officium peccant, qui animam pro ſale habent, ne putreſcat. (a)

Quomodo indefinitè aliorum commoda promoveantur?

(a) *Philoſophi tamen per ſalem* animam *intelligunt, corporis conſervatricem, Varro, Philo, Porphyrius. add.* Grot. *ad Levit. II, 13.*

XXXI.

Sunt avari, mortalium omnium miſerrimi: *ſibi pauperes,* hæredibus autem divites, ſed quorum & ipſi ruinæ cauſſa plerumque exiſtunt. (a) Seneca in Proverb.

Contra avaritiam.

Avarus niſi cum moritur nil recte facit. (b)

Stolidum, iis adeo inhiare, quæ fluxa ſunt, (c) Dicta etiam Philoni φιλαργυρία κακίας μητρόπολις. (d)

(a) *Pulcrè* Ambroſ. *Off. I, 49. ſæpe quod avarus ſumma congeſſerat ſollicitudine, præcipiti diffuſione dilapidat hæres luxurioſus, & diu quæſita turpis belluo præſentium cæcus, futuri improvidus quadam abſorbet voragine. add. Sirac. XI, 20. XL, 12, 13, 15.*

(b) Diogenes *in Aximenem: Annon pudet, inquit, eum tam multa habere, qui ſeipſum non habet.* Juvenalis:

——— *Nonne eſt manifeſta phreneſis,*
Ut locuples moriaris egentis vivere fato.

(c) 1. *Tim. VI. 7.* οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Martialis:

Rape, congere, aude, poſſide, relinquendum eſt.

(d) *ut Paulo* ῥίζα πάντων τῶν κακῶν 1. *Tim. VI. 10. add. Phædr. I, 27. IV, 14, 20.*

XXXII.

Quæ beneficia simplicia?

Sunt quædam beneficia (*simplicia*) (a) quæ cœca manu spargenda sunt; quæ dantur si non homini, at (b) humanitati. De prægnantibus videndum cui benefacias. Nam, ut recte apud *Plautum*:

Benefactum male locatum, malefactum arbitror.

& Mimus: Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Cæterum beneficia hilari animo & absq; fastu exhibenda sunt (c)

(a) *add. Sir. XII, 1.*

(b) *non male Aristoteles, cum malo beneficium præstitisset:* non mores: *inquit,* sed hominem commiseratus sum.

(c) *Sir. XVIII. 18. Pleriquesunt, ut* Seneca *de benef. II, 4. queritur, qui beneficia asperitate verborum & supercilio in odium adducunt, eo sermone usi, & ea sapientia, ut impetrasse pœniteat. add. Sir. XXIX. 9.*

XXXIII.

De amicitia.

De *amicitia*, ejusque legibus & criteriis utilissima quoque institutio est. (a) Scripsit *Plutarchus* egregium libellum, quomodo discernendus ab amico sit adulator. Circumspectè etiam cum inimicis, quos in gratiam recepimus, agendum esse prudentes monuerunt. (b) In vera autem amicitia est omnium studiorum ac voluntatum summa consensio (c).

(a) Martialis:

Hunc, quem mensa tibi, quem cœna paravit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea: non te:
Tam bene si cœnem noster amicus erit.

add. Sir. VI, 10. seq. Cave ab amicis, non tamen ut inimicos fuge. Mensarum amici solo nomine tales. Euripides *de ejuscemodi:*

——— λόγῳ γὰρ ἤσαν οὐκ ἔργοις φίλοι.

(b) *purga æs, quantum velis, redibit ærugo. Reconciliare inimico pravi ingenii, iterum nocebit ubi poterit. Sir. XII, 11.* & eo Grotius: *add. denuo Sirac. XXXVII. 6.*

(c) *Cic. de amicitia. add. Sirac. XL. 23.*

XXXIV.

XXXIV.

An, si quis modum invenisset, è vili materia aurum conficiendi, eundem teneretur (a) propalare? itemque: an Princeps eidem propalatione interdicere posset? (b) quæstio est. Sed eam edictis decidunt Reges.

An salva humanitate occultari prohiberive artes possint?

(a) *videatur* Buddeus, *Dissertatione:* An Alchymistæ tolerandi in Republica? *Nos hoc nihil decidimus.*

(b) *multa artificia sunt, quæ Principum non tolerare interest. Refert celebris Mercator, Harlemii artifices esse, qui exili, quali textores utantur, instrumento & exigua ac fere infantili operâ unius hominis, levi id tractu lori moventis, XXXVI. portiones sive segmenta fasciarum valeant conficere. Unde eo loco hoc mercis genus vili pretio haberi posse. Sed apud Gallos hoc artificium instrumentumque esse prohibitum ea ex ratione, quod multi homines victu privarentur, si unus tam brevi compendio XXXVI. portiones conficeret. Itaque ex edicto Regis nonnisi simplici instrumento à quovis artifice laborandum, uti tot artificum quisque habeat, ex quo vivat.*

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO VII.

Summa.

Ad Lib. I. Cap. IX. X. XI. Præmittitur contextus connexionis in Auctore; & summa aliquot capitum analyticè proponitur. Laudata facili C. Thomasii in hoc argumento institutione. I. Quid pactum? Usus doctrinæ de pactis. Speciatim (*a*) de Pacto inter *DEUM & Hominem*, Legali & Evangelico. Imo inter *DEUM & Filium*. Quod pactum gratuitum & mutuum. II. An *pacta nuda* obligent? III. An pacta metu extorta vim habeant obligandi? IV. *Infans* an *Subjectum* promissionis? V. Regula Grotii de promisso *ex errore* facto. VI. An promissa perduellibus facta servari debeant? VII. An promissio *ob factum turpe* obliget? VIII. An juri promittentis aliquid decedat ante acceptationem promissarii? IX. Quotuplex *consensus*? X. Quid verba honoris? XI. Quid sermo? quis ejus usus? XII. Quid mendacium? XIII. Unde sermonis usus metiendus? XIV. Quid simulatio, dissimulatio, strategema & plura hujuscemodi? XIV. An promissis dolo elicitis standum sit? XV. Quid si dolus in ipso negotio intercesserit? XVI. Quid conditio? quotuplex? quæ obligatio chartarum purarum? XVII. Quid censendum de facto *Aodi*, Jud. III. 19. XVIII. & *Jaelis*, Judic. IV. 21. XIX. ac *Davidis* furorem simulantis, 1. Sam. XXI. XX. ejusdemque apud Achisum à simplicitate deflectentis? XXI. eique operam suam contra Israelitas addicentis. XXII. Demum de facto *Elisæi* 1. Reg. VI. 19. & VIII. 10. XXIII. An reus sit mendacii, qui delictum coram Magistratu negat? XXIV. Quid de Reservationibus mentalibus censendum? XXV. Quid *juramentum*? XXVI. Quæ ejus à voto differentia. XXVII. An à Judæo vel pagano posci possit? XXVIII An Josua juramentum Gibeonitis præstitum recte servaverit? XXIX. An juramentum vi extortum servari debeat? XXX. An perjurium commiserint *Israelitæ* raptum filiarum indulgentes, *Jud. XXI.* 18. XXXI. An juramentum obliget ad rem illicitam? XXXII Annon *Davides* juramenti, quod Simei præstiterat, sanctimoniam læserit? XXXIII. An in juramentis locum inveniat relaxatio? XXXIV. An juramenta novam inducant obligationem? XXXV. An Rex suamet juramenta irrita reddere possit? XXXVI. An M. Attilius Regulus in carcerem redire debuerit? XXXVII. An juramenta latè semper interpretanda? XXXVIII. An si res non illicita, majus tamen bonum impediat, jusjurandum valeat? XXXIX. Quis in universum sensus formularum jurisjurandi? XL. An, quod contra jusjurandum fit, illicitum tantum sit? aut an & irritum? XLI. An, si Atheus juret per DEUM

DEUM, quem nullum credit, verum dici posſit juramentum? XLII. Vom Angeloben an Eydes-ſtatt. XLIII. Singularis casus de juramento à Guilielmo III. præstito.

DE Connexione non est, cur magnopere simus solicíti; cum Auctor velut *intermedium* inter *absoluta & hypothetica* de Pactis ac fide servanda officium admittere videatur. Facilis interim *C. Thomasii* processus est; qui absoluta sic ordinat, ut supposito generali præcepto: (a) ALIUM Hominem tanquam æquè hominem tracta; congruente cum illo Servatoris: Dilige proximum sicut Te ipsum: vel, Quod Tibi non vis fieri alteri ne feceris; præcepta inde velut ex Ipso Statu humanitatis fluentia quatuor eliciat; *negativa* duo, Vita superbiam: (b) & (c) neminem læde: & duo *affirmantia*, Alterius utilitatem quantum commodè potes, promove: (d) & fidem in promissione datam, serva. (e)

(a) *II, 3, 20, 21. pag. 186.*
(b) *ne sine causa plus tibi quam aliis tribuas II, 4, 2.*
(c) *II, 5, 1.*
(d) *II, 6, 1. seq. p. 201.*
(e) *II, 7, 1. p. 212. Sic & Cl. Buddeus officium: Pacta servanda esse: absolutum vocat. Elem. I, 10. 8. p. 285. add. Grot. Proleg. §. XV. Obj. Annon & officia absoluta pactum quoddam, saltim universale, supponunt? Ergo per hoc ab hypotheticis non videntur distingui, ut vult Auctor, I, 9, 1. Sed* (I.) *nos de pactis specialibus loquimur, sub quibus & reliqua hypotheticorum officiorum fundamenta continentur. I, 6, 1.* (II.) *Pactum universale nondum probatum est. Equidem societas universalis negari nequit, sed ea ante* omne pactum humanum, *& in statu præcipuè naturali viget.*

I.

Generale (a) *pacti* nomen est, & fœdera, conventionesque quaslibet in se complectitur. Unde quam latè hujus doctrinæ usus *cum in vita civili* (b) in universum, *tum sacris* etiam ac divinis in rebus se diffundat, ii facile capiunt, qui Principum non saltem

Quis usus doctrinæ de pactis.

saltem sed & civium, hominumque non alio cæteroquin, quam humanitatis vinculo connexorum fœdera & pactiones, sed & salutis homini pro diverso Statu destinatæ Oeconomiam (c) uti par est, expendunt. Alias Pactum dividitur in gratuitum & mutuum (d). Necessitas autem pactorum patet, partim ex conditione ejus, qui alteri inservire debebat; partim hujus qui utilitatem expetit, partim rei, quæ desideratur; (e) partim ex Ipsa Socialitate.

(a) *unde & contractuum genus est. Auctor, de O. H. & C. I, 15, 1.*

(b) *pace nimirum belloque, ut est in contractibus* Pufend. *de O. H. & C. I, 15, 1. & fœderibus inter summos Imperantes initis, II, 17, 1. imò in ipsa Civitatis generatione II, 6, 7, 8, 9.*

An detur pactum inter Deum & homines?

(c) *Dari inter DEUM & homines Pactum ac Fœdus è sacris pandectis manifestum est; ut inter DEUM & hominem datur societas inæqualis.* Grot. *I, 1. 3. Nec obstat summa inter Creatorem & Creaturam disproportio, aut quod pacta regulam Justitiæ commutativæ sequantur; miramur potius Divinam συγκατάβασιν, & incomparabile Majestatis bonitatisque temperamentum; cui non repugnat Fœdus inæquale, quale est in societate quoque inæquali. conf.* Pufend. *O. H. & C. II, 17, 4. &* Grot. *II, 15, 7. Fit ideo in sacris mentio Fœderis Naturæ, sive Pacti Legalis cum primo Homine initi, Hos. VI, 7. quo loco* Adam *dicitur transgressus esse fœdus. conf.* Job. XXXI. *§ 3. quo in fœdere* aliquod hominis meritum *fuisset, sed non aliud quam ex pacto. Si nimirum (quæ ex parte hominis conditio erat) Legem exactè perfectèque implevisset, cum ratione graduum & partium, tum ratione perseverantiæ. Ac quemadmodum fœdera, communiter per Sacramenta roborari solita: sic & Arbor vitæ, hujus fœderis Sacramentum ac sigillum, simulque signum fuit expectandæ immortalitatis, & vim habuit vitam hominis conservandi ab omni infirmitate. Conf. è Nostris D. Jägeri, Prodr. Juris Fœderalis p. 61, 62, 63. ubi* & Pufendorfium, *arborem Scientiæ Boni & Mali pro Sacramento habentem, solidis argumentis adgreditur, eumque cum* Witsio *refutat. Sed & alterum fœdus, rupto veteri, in sacris commemoratur, &* Fœdus Gratiæ *audit, estque* Pactum *inter DEUM & hominem, in quo DEUS benignam de Hæreditate vitæ æternæ per Jesum Christum, serpentis contritorem, fide adprehensum omnibus danda & Sacra-*

Sacramentis tanquam sigillis obsignanda voluntatem testatur; quod tamen fœdus etiam testamenti rationem habet, & varia σχέσει ac Oeconomia propositum inculcatumque est. Διαθήκη εἰς χεῖρον, *illum monstrans, in eo tanquam basi stabilitum; Fœdus testamentarium in ejus sanguine præviso ac perpetim valente* προκεκυρώμενον *in Paradiso, ac Abrahamo confirmatum. Gal. III, 17. Quod ob Theologos, immo Christianos quosvis Lectores in disciplina universali monemus. Quid? quod & Pacti atque Contractus Christum inter & Patrem mentio fit? quæ phrasis jam D.* Scherzero *allubuit,* Brev. Hülsemann. *enucl. pag. 489. §. 20. provocanti ad* II. Cor. V. 19. *DEUS erat in Christo, (qui id mereri debuerat, & vi initi contractus cum DEO) mundum reconcilians sibi ipsi. Estque omnino hoc pactum inter Patrem & Filium fundamentum Fœderis Gratiæ, quando ab æterno satisfactionem pro Genere humano spopondit Filius, planè ad amussim Justitiæ commutativæ. Confer* Hebr. VII. 22. *ubi Christus* ἔγγυος, *Sponsor melioris dispositionis adpellatur, seu qui data quasi manu promiserit, in seque susceperit onus satisfaciendi pro hominibus; à quibus cum perfecta legis obedientia, tum plena satisfactio pro peccatis exigebatur, ille utrumque spopondit, & stipulatus est; ac Pater vicissim accepit sponsionem, quam Sponsor etiam perfectissimè numerisque omnibus adimplevit.*

Argumentum de Pacto inter DEUM & Christum, in gratiam Lectoris, è terminis Scripturæ exponitur.

(d) *Ita* Thomasius *fidem per actum* μονόπλευρον *datam vocat Pactum gratuitum, II, 7, 5. Auctor* promissum *gratuitum, qui* δίπλευρον *salvum Pacti nomine insignit.*

Quid pactū μονόπλευρον?

(e) *Pufend. O. H. & C. I, 9, 2.*

II.

Vexata quæstio est: *An pollicitationibus nudis,* (a) uti & nudis pactis, quamdiu intra terminos simplicis conventionis stant, nec ullum in se negotium aut συνάλλαγμα continent, *vis quædam insit obligandi?* Quæ tamen distinctione inter *obligationem naturalem* (b) *& civilem* facile resolvitur. *Grotius* necessitatem moralem nasci ait, * *Auctor* verò ex Lege magis veracitatis quam Justitiæ obligari dicit. (c) Solet de cætero Vir bonus polliceri pauca, dare multum. (d) Tertius autem gradus loquendi de rebus futuris, (e) quæ sunt in nostrâ potestate, est promissio perfecta.

An pacta nuda obligent?

* II, 11, 4.

(a) *Distinctis adeo ab assertionibus, quas vocant, simplicibus, quæ primus veluti gradus sunt loquendi de rebus futuris, quæ sunt in nostra potestate. Grot II, 11, 1. sub fin. & 2. ac nullam producant obligationem. Kulpis. ad h. l. p. 75.* Primus hic gradus est *assertio explicans de futuro animum, qui nunc est, ad quam non requiritur, ut in ea perseveretur. Quia animus humanus habet non solum naturalem potentiam mutandi voluntatem, sed & Jus.* Secundus gradus est, *cum voluntas seipsum pro futuro tempore determinat, cum signo sufficiente ad indicandam perseverandi necessitatem. Ubi obligatio est in nobis, nullum Jus in alio.* De tertio *in thesi diximus. lit. e.)*

Quot gradus loquendi de rebus futuris?

(b) *Naturalem enim non negavit* Connanus, *ut lis de vocabulo sit; quod præter Obrechtum observavit Kulpisius ad h. l. p. 75. Conf. Auctor O. M. L. III. c. V. §. 9. sq. ubi fuse quoque contra Connanum disputat.*

(c) *Grot. II, 11, 4. promissa autem servare ad immutabilem justitiam pertinet, quæ DEO & omnibus his, qui ratione utuntur, suo modo communis est. Unde sacra nos oracula docent, DEUM ipsum, qui nulla constituta Lege obstringi potest, contra naturam suam facturum, nisi promissa præstaret.* Nehem. IX, 8. Hebr. VI, 8.

(d) *add.* Gen. XVIII. 5. *ubi hospiti DEO* Abrahamus *buccellam panis offereus, plura esculenta proposuit.* Benjam. Priolus *de rebus Galliæ II. sub finem Mazarinum describens. Promissis largus, quibus multoties non stetit: aut si implevit, fastidio & mora diu libratum beneficium, improbè extortum elumbavit, longo voto consumens gaudia.*

(e) *l. 9. 6.*

III.

An pacta metu extorta obligent?

Gravior illa quæstio est: An pacta, ad quæ injusto quis metu à promissario, aut illo qui cum pactum init, injusta vi compellitur, obligent? Negativam ubique tuetur (a) Auctor; Affirmantem tenet Grotius (b) & cum eo Viri insignes magno numero. Nobis tamen prior videtur verior, non quidem ob defectum consensus, sed quod metum incutiens, (c) non habet Jus promissum acceptandi. Quod neque Cel. *Kulpisius* differi potest, quando promissarium teneri ad liberandum promissorem ait. At quæ vis illi pacto adscribi potest, quod in pro-

promissario obligationem in conscientia ad restitutionem rei extortæ infert?

(a) *h. l. §. 15. n. 3. & O. M. III, 6, 10, 11, 12. p. 498.*

(b) *II, XI, 7. quem & contra Pufendorfium defendit* Noster Dn. D. Zentgravius *de Jure & Justit. p. 355, 356. Add.* Kulpis. *p. 77. ubi ait teneri promittentem, sed ita ut promissarius ad eum liberandum teneatur.*

(c) *Hanc tamen rationem ita convellere conatur nonnemo; Obligationem non ex modo, sed natura promissi oriri, cui utique jus in promissario respondere videatur,* quippe in quem promissor Jus suum libens transtulerit, *vi cujus exigere possit obligationis impletionem poscere. Addit quoque Obrechtus:* Ubi sit consultatio, deliberatio & electio minoris mali præ majori, ibi esse actionem spontaneam. A. in promisso metu latronis dato. *Sed primo nulla est translatio Juris, ubi in altero non est Jus accipiendi. Igitur nullum erit pactum, quod effectu suo, hoc est Translatione Juris destituitur. Secundò, etiamsi promissor expressè Juri suo renunciasset, nulla tamen ex ista renunciatione* Obligatio *oriretur. Demum in* Obrechtiano argumento *minor simpliciter vera non est. Non datur electio minoris mali præ majori, quæ sit spontanea, in malo humana constantia major. Metus sanè mortis etiam constantissimum confundit, eique Lumen rationis elidit & voluntati nullum arbitrium relinquit. Jactura mercium huc non quadrat, quæ parvi imo nihili habetur ad salvandam in naufragio vitam. Quid quod Pufendorfius totum largiri argumentum videtur, connexionem tamen inde factam negat. Quoniam etsi actus terrefacti sit spontaneus, desit tamen in promissario Jus vindicandi. Alia ratio est metus ex Bello orti, qui pacta gentium non reddit irrita, quippe quæ quasi per compromissum, aleæ Belli, arbitrium commisere. Unde quod quis victus ab Hoste portionem v. c. terrarum in pacificatione ei concessit, ex caussa metus non adipiscitur Jus restituendi se in integrum, vel à contracta obligatione se absolvendi, ut recte monet* Zentgrav. *d. l. p. 356. adde* Pufend. *de O. H. & C. II, 10, 2. sub fin. Et nisi ita statueretur, bellis talibus, quæ valde sunt frequentia, nec finis, nec modus posset imponi: quod tamen fieri* INTEREST GENERIS HUMANI, *Grot. III, 19, 11.*

Objectio solvitur, & ad rationem *Ulrici Obrechti* respondetur.

IV.

An subjectum promissionis Infans?

Subjectum promissionis non est Infans, ob defectum rationis in exercitio; qua quando uti puer incipiat, ex quotidianis actibus aut moribus regionis desumendum est. (a)

(a) *apud Hebræos valebat promissio, quam fecisset adolescens, qui annum implesset XIIIum; puella quæ duodecimum.* Grot. II, XI, 5.

V.

An promissio ex errore facta obliget?

Circa promissionem ex errore factam monet *Grotius*, si ea fundata sit in præsumtione quadam facti, quod non ita se habeat, naturaliter nullam esse ejus vim; quia omnino promissor non consenserit in promissum, nisi sub quadam conditione, quæ reipsa non extitit. (a) Ubi tamen requiritur, ut ejus conditionis sive caussæ contrahendi in contractu facta sit mentio, (b) ac error ipse influat in essentiam contractus.

(a) *II. XI, 6. add.* Pufend. *de Offic. I, 9, 12. & quæ nos infra notabimus.*

(b) *Sic, etsi equum ideo emas, quia priorem amisisti: resilire tamen à contractu emtionis non potes, etiamsi amissum recuperaveris, si expressa conditio:* nisi equum priorem receperim: *contractui non fuerit inserta. Videatur* Jo. Barbeyracus, *ad h. l. I, 9, 12. §. 1.* Bien entendu &c. *& auctor ipse §. XII. n. 2.*

VI.

An promissa perduellibus data servari debeant?

Elegans quæstio est: *An promissa perduellibus data servari debeant?* Affirmat Grotius, quia promissum, vi Juris Naturalis, iis ut hominibus Jus tribuit, ac propter illud superior pœnam censetur remisisse; & nisi hoc admittatur, belli, aut dissensionum, nisi per vim finiendarum spes nulla est. (a)

Objectio solvitur.

(a) Grot. III. 19, 2, 3. sq. *Nec obstat, pœnam rebelli debitam. Igitur sub ratione pœnæ jus ipsi ex promisso datum posse revocari. Nam in ipsa pactione pœna jam censetur venisse. Neque recte urgetur: Summæ potestati, vi eminentis Imperii, Jus competere in omnia subditi Jura, E. & in hoc Jus rebellis. Nam supereminens istud dominium non promiscuè competit, sed quatenus communiter expedit in regimine,* Grot. III, 19, 7.

VII.

VII.

An promissio ob factum turpe obliget?

Promissio ob *factum turpe* non obligat. (a) Quia alias daretur salarium sceleri, quod absonum; & ejusmodi solutio esset peccati continuatio, quod impium. (b)

(a) *Aliter sentit Grot. II, 11, 9. Annon stuprator tenetur Meretrici dare dotem? & provocat ad exemplum Judæ, qui Thamari mercedem meretriciam, veluti debitam, persolvit. Genes. XXXVIII, 23. Non, inquit, quidquid vitiosè fit, effectu Juris caret, quod in prodiga donatione apparet. Atque non tam debiti agnitio, quàm annuli sigilliique receptio hanc ei promtitudinem excussit.*

An donatarius prodigio teneatur ad Restitutionem?

(b) Oſiand. *ad Grot. d. l. ubi etiam solvit objectionem Grotii, à donatione prodigi, & ostendit donatarium teneri restituere, quod per enormem prodigalitatem erat erogatum. Huc pertinet Lex forensis de pecunia vel mercede meretricia in sanctuarium non inferenda.* Deut. XXIII, 18. *ubi pretium canis conjungitur, seu, uti Calovio visum, quod Cinædo puerove meretricio datur, cum & alibi canes cum meretricibus jungantur, Apoc. XXII, 15.* Augustin. *de Civ. Dei IV. 10. Veneri Phœnices donum dabant, de prostitutione filiarum, antequam jungerent eas viris.* Justinus *de Insulanis, qui sine dubio Phœnicum coloni fuere. XVIII, 5. Mos erat Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere pro reliqua pudicitia libamenta Veneri solituras. Add.* Euseb. *Præp. Ev. IV. 16. & Jo. Cleric. ad Exod. XXXIV. 15.*

VIII.

An juri promittentis aliquid decedat ante acceptationem promissarii?

Ante acceptationem Promissarii, Juri promittentis nihil decedit; neque promissio & donatio vim habet, nisi ea prius facta sit. (a) Usus etiam in Theologicis est, ubi primus homo dicitur promissum DEI acceptasse. (b)

(a) *per tradita ab* Oſiand. *ad Grot. II, 11, 14. p. 911. ubi & argumenta contraria solvit: uti sunt, promissionem gratuitam obligare ante acceptationem: item donationes ad pias causas ante eam validas esse. Sunt, qui respondeant, requiri acceptationem vel expressam vel tacitam; In pluribus negotiis requiri expressam, quæ vel verbis vel facto fit; in quibusdam sufficere tacitam, quæ Legis est.*

(b) *add.* D. Jäger, *de pacto cum primo homine, edit. primæ p. 112, 113.*

IX.

Quotuplex consensus?

Cæterum, consensus tanquam causa proxima constituendi pactum* vel expressus est, vel tacitus, vel denique præsumtus, qui duo posteriores non debent confundi. Consensus enim tacitus in nullo subjecto est, nisi quoque per naturam locus sit expresso, (a) & qui suam voluntatem expresè declarare nequit, ille nec tacitè. (b)

* *Nulla enim propior obligationis in pactis est ratio, quàm quia ultro in id consensimus, quod evitare penes nos erat.* Pufend. *h. l.* §. 8.

(a) Kulpis. *Coll. Grot. p. 48.*

(b) C. Thomas. *Jurisprud. Div. II, 7, 24. pag. 215. Ita ex præsumto obligari possunt furiosi, sed non ex tacito. Et præsumtus est saltem impropriè talis, ex æquitate naturali conceptus, & Lege civili corroboratus. Non tamen evitavit utriusque consensus commixtionem* Pufend. *de J. N. & G. III, 6, 2. p. 403.*

X.

Quid verba honoris?

Verba honoris, (a) sive signa propensum benevolumque animum indefinitè testificantia, perfectam obligationem aut (b) Juris libertatisve nostræ diminutionem non important. (c)

(a) *de iis confer. Auct. h. l.* §. 6. & *O. M. III, 5, 10.* & *1. Reg. XX, 4.*

(b) *Sic Sabaudus, quum scripsisset Regi Galliæ urbes poscenti, quæ S. M. en étoit le Maitre, & ex his verbis Obligationem efficacem urgenti, respondit; que ce n'est qu'une expression extremement obligeante. Adde* D. Scheinemann. *de Verbis Honor.* §. *18. p. 22, 23. qui etiam de Complimentis, quam illa vitæ repugnent sociali, docet, quæ exposcit veras audire & reddere voces.*

quid Complimenta?

(c) *Obj. Q. serio promittitur, illud habet vim obligandi, A. verba honoris. Maj. prob. quia alias nuda assertio non produceret obligationem. Resp. neg. maj. & differt nuda assertio à pollicitatione. Grot. II, XI, 2. 2. neg. min. ex Autore* §. 6. *c.* IX. *ubi verba honoris distinguuntur à seriis dictis. Inst. Si verba honoris non proferuntur serio. E. ansam dant falsitati, quæ Viro honesto indigna. Resp. Si non serio tum ratione candoris integritatisque animi; tum ratione intentionis obligandi* neg. Minor; *Seriò promittuntur, ratione integritatis animi, non tamen ratione intentionis obligandi. Priori modo*

auctor

auctor τὸ serio concedit in O. M. 3. 5. 10. posteriori τῷ seriò opponit verba honoris in opere minori I, 9. 6. Cæterum etiam malis & irreligiosis fides data servanda est, quia non sunt extra humanam societatem & perfidiis alias bellisque omnia scaterent, omnisque prope humanitas everteretur. Multo verò magis, si Jujurandum, ipsis licet exigentibus acceſſerit, cujus violationem DEUS ut ſuam injuriam vindicat. Cæterum qui jure de re aliqua contrahere non possunt, iisdem etiam licet fidem (non frangere, quia hoc casu nunquam data est) sed declarare fuisse nullam, quod ἀδενότητ@ vitio laboraret. Sic Nabuchodonosoris datam fidem servare debebat Zedekias, cujus perfidiæ ultor DEUS extitit. II. Chron. XXXVI. 13. Ezech. XVII. 16, 18. & Grot. J. B. & P. II, 13, 15. III, 19, 2, 5, 13. add. Danh. Qu. Moral. p. 647, 648. *Fides enim, Cicerone definiente, nihil est aliud quam dictorum conventorumque constantia & veritas. Nota est clades Ladislai Hungariæ Regis, qui suasu Juliani Cardinalis pacto non stetit, autoritate ab eo Pontificiâ absolutus, quod prius Amurathi pignore dato firmaverat. Quem Amurathes, invocato prius contra fœdifragos Christi nomine, una cum Cardinali & exercitu delevit, A. C. M CCCC XLIV.*

An etiam malis fides ſervanda?

Quæ Ultio perfidiæ?

(b) *Sic si Evnuchus separetur à muliere, divortium non est, sed declaratio contractus conjugalis* ἀδενότητ@.

XI.

Ipse quidem sermo divinum, hominique (a) proprium beneficium est; linguæ tamen tam variæ, ac sermo tam discrepans ab humano, (b) eum instituto ortum (c) debere, ex argumentis ab Auctore allegatis non difficulter evincitur.

Quid ſermo? *Ad L. I, c. X.*

(a) *Quanquam subtilia sunt, quæ de Linguæ Hebraicæ & literarum in ea constructione velut ex Naturali Figura non aliter significare valente excogitavit Caspar. Neumannus in Lexico. Cui addendus Helmontius, qui labiorum, gutturis, dentium ac linguæ denique cum consonis conformationem exposuit. Cæterum Hebræa Lingua inops est. Ditissima ex adverso Arabica. Apud Arabas enim eruditi esse Leonis quingenta nomina, ensis plusquam mille, serpentis ducenta, mellis octoginta observant; Jo. Clericus Dissert. de Lingua Hebraica, qua probare contendit Hebræam non magis esse primævam, quam alias Orientales.*

De origine ſermonis.

(b) *Di-*

quid vox?

(b) *Distinguendum igitur inter vocem & sermonem. Bestiæ vocem edunt, non sermonem. Aut si mavis sermonem vocare, dices æquivocum. Adde tamen de Hyæna narrationem Busbequii Ep. I. p. 84. sqq.*

Conventio circa sermonem demonstratur.

(c) *Meretur conferri Babelicæ confusionis historia;* συνθήκη, *ut Aristoteles ait, hoc est, ubi sanè conventione opus fuit, ut socialem inter se vitam mortales degerent. Unde liquidum esse existimo, cur primi mortales inter se quibusque conditionibus convenerint? quos pacto suo cancellos circumscripserint? ut quærit B.* Oliand. ad Grot. *III, 1, 11. p. 1333. sqq. Distingue interim sermocinandi facultatem à sermone hoc vel illo, qui certè ex conventione oritur.*

XII.

Quid mendacium?

In doctrina *de Mendacio* * Grotianam fere Philosophiam sequutus Auctor est, qua cum qui facit, nimius non est, si *Obrechtum* audiamus. Cæterum vulgo mendaciorum nomine multa veniunt, quæ talia non sunt; ut prudentiæ sit ac sedula circumspectione indigeat, absque λογομαχίαις (a) in hoc argumento versari. Noster mendacium definit *Sermonem dolosè & contra animi sententiam conceptum, lædentem* Jus alterius. (b) Semper igitur mendacium est, quoties verum reticetur aut falsum dicitur, cum DEI honos, aut amor proximo debitus, aut reverentia adversus superiorem, aut rei, quæ agitur, natura exigunt, ut quod animo agitatur, omnino patefiat: sicut, e. c. *in contractibus* id aperiendum diximus, quod natura contractus intelligitur exigere. Cæterum non obstat nostræ sententiæ consensus Scholæ Augustino adhærentis, quippe cujus placita exceptionibus tacitis, nequidquam contradicente Augustino, abundant. (c) Cæterum diligenter heic distinguendum inter sermonem asserentem, & promittentem. Nam ex promissione (vi legis) Jus SPECIALE ac *novum* confertur ei, cui fit promissio. (d)

* *Habemus eruditam* Dan. Stahlii *Orationem de Mendacio, inter eas, quæ Regulis Philosophicis acutissimi Viri subjunctæ sunt, secundam.*

(a) *ut in distinctione mendacii in* jocosum, officiosum, pernicioſum *contingit. Ubi quoad priora consultius erat à mendacii nomine abstineri.*

(b) *idque*

(b) *idque cum perfectum, tum imperfectum. Unde concidunt, quæ contra movet* Brechtus, *ad* Grot. III, 1, 11. *Non licere inferre: Mendacium, quod non pugnat cum jure alterius, est licitum. Non enim est mendacium, quod non pugnet cum jure alterius,* (saltem imperfecto, *& ex Lege Naturali de Socialitate debito; Conf. de turpitudine mendacii, Sirac. in Panareto, XX. 26. seq. Notio igitur generalis mendacii est: Discrepantia à mente proferentis. Strictior autem & qua naturaliter illicitum est, mendacii differentia nulla alia videtur dari posse, quam REPUGNANTIA CUM JURE EXISTENTE ac manente ejus ad quem sermo aut nota dirigitur, Grot. III, 1, 11. Dico: existente: fieri enim potest, ut jus quidem fuerit, sed sublatum sit, aut* TOLLATUR EX ALIO JURE SUPERVENIENTE. *Est & qui mendacium haud malè sic definiat: quod sit voluntaria loquela, usitato significatu accepta, & rei disconvenientia, contra obligationem instituta. Ex quo patet, esse speciem injustitiæ, & falsiloquio accedere turpitudinem.*

quid mendacium?

(c) *Eadem schola, ait ὁ κακὸς, tam ab omni usu abhorrentes admittit interpretationes tacitas, ut dubitari possit, annon satius sit adversus quosdam* falsiloquium *admittere, quam ista à falsiloquio tam temerè eximere: ut cum dicunt: nescio, ut dicam: non habeo, intelligi posse, ut tibi dem: & id genus alia, quæ sensus communis repudiat, & quæ si admittantur, jam nihil obstabit, quo minus quidquid affirmat, id ipsum negare, qui negat, affirmare dicatur. Grot. III, 1, 17. fin.*

Contra Restrictiones Scholasticorum.

(d) *id quod etiam inter hostes, sine ulla hostilitatis jam existentis exceptione, locum habet, ut in colloquii postulatione. add.* Grot. III, 1, 18. *Cæterum quo moralitas sermonis, adversus vulgaria præjudicia, breviter intelligatur: nuperus ad Pufendorfium Annotator tres casus distinguendos censet. Vel enim adest (aut) obligatio ad dicendum veritatem; quo casu veritas est virtus: falsiloquium verò & silentium ad vitia pertinent. Vel (2) obligatio ad falsiloquium & silentium; tum res inverti, & utrumque pro virtute: veritas autem (ut vulgo adpellant) pro vitio haberi debet, & garrulitas potius dici. Vel (3) obligatio in nullam partem occurrit; tum veritas, falsiloquium & silentium sunt species prudentiæ & imprudentiæ. Itaque prout iis prudenter quis vel secus utitur, prudentis aut imprudentis nomen meretur. Quorsum virtutes* Peripateticorum *homileticas retuleris. Conf.* D. Titius, *ad h. l.*

Observationes nuperi Scriptoris de moralitate Sermonis.

XIII.

Unde Sermonis usus metiendus?

Grave elegansque sermonis encomium est, quando societatis humanæ *necessarium & utile Instrumentum* audit. (a) Uti verò natura ususque Instrumenti *ex Fine* æstimatur; sic finis sermonis est, promovere socialitatem: atque ut mutuas invicem operas conferendo pacem tranquillitatemque colamus. Igitur ex hoc fine sermo penitus æstimandus, in eumque usus illius dirigendus videtur. Dabitur igitur casus, quo sermo vel *planè* (b) *reticendus, vel* nisi societatem lædere velis, *recte temperandus* erit. (c) Cæterum studendum inprimis in sermone parcitati & constantiæ, ne sis velut *Luna mutabile Sidus*. (d)

(a) §. 1. *de* cura Linguæ, *graviter monent Sapientes. Sir. XXVIII, 28. sq. XX, 8.* & 20. *de silentio Sir. XIX, 10. Seneca: quod tacitum esse vis, nemini dixeris. Quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi ipse non præstas.*

Est & fideli tuta silentio
Merces.

Sapientes quid dicturi sint, prius intra se ad labellam exigunt: nihil dant, nisi coctum. *Fatuorum mens in lingua natat, sapientes linguam mente comprimunt. Sir. XXI, 28, 29. XXV. 11. Jac. III, 2. Chares:*

Γλώσσης μάλιστα παντὸς κρατεῖν χρεών.
Ὃς καὶ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει.

(b) *Simonides* homines infirmæ notæ *dicebat, qui secreta continere non possent. Sir. XXVII, 22. Laudat Maximus Sent. XX. Demosthenem: quod cuidam graveolentiam oris sibi exprobranti, responderit: Bene dicis: multa enim in eo secreta computruerunt.*

(c) *Confer* Dürrium, Instit. Ethic. *P. III. p. 200, 201. II, 9. 10.*

(d) *Sir. XXVII. 12.*

XIV.

Quid mendacii nomine veniat, vel non veniat?

Vidit hoc pro ingenii sui perspicacia, *ex nostris* etiam D. Osiander; cui proinde mendacium non est tentatio discipuli (a) aut fabula & apologus, veritatem eliciens, II. Sam. XII, 2. nec exploratio inquisitioque judicialis (b) nec solertia Medici: (c) * nec quæ ad figurandum quid in Comœdiis parabolisque proponuntur: (d) nec signa timoris pro recuperando

ex

do Jure ſuo: (e) nec occultatio, qualis erat Jeremiæ; (f) Quorſum ab aliis refertur diſſimulatio innocentis ab hoſte quæſiti; (quale fuit factum *Hypermneſtræ*, quæ hoc nomine laudari ſolet:

Splendide mendax & in omne virgo
Nobilis ævum,)

quem protegere Socialitas, ſive proximi dilectio & Gloria inprimis DEI jubeat, & Lingua recte ** adhibita ſine peccato poſſit. (g) Nec excludenda ab hoc cenſu arcanorum Reipubl. occultatio: nec ſtrategemata: (h) nec omnis ſimulatio: (i) nec hyperbole, (k) nec omne falſiloquium (l) nec parabolæ (m) aut ſi quis in prælio periclitanti ex falſo nuncio animum addat. (n)

accurata & intemerata Philoſophia Oſiandri.

(a) *Videtur enim communi omnium hominum conſenſu permiſſum eſſe:*
Ut puerorum ætas improvida ludificetur.
Obſervat. ad Grot, p. 1330. Addatur omnino Phil. Melanchton *To. III. Opp. f. 246. in catecheſi de Decalogo, ubi hæc ſolidè ſufficienterque explicantur.* (b) *d. l. p. 1344.*

(c) *p. 1330.* Audronicus Rhodius *de Medico apud ægrotum mentiente: Decipit quidem, ait, at deceptor non eſt. Non enim propoſitum ſibi habet ægrotum decipere, ſed ſervare. Grot. III, 1, 9.*

* Grotius *ad* præſumtam *voluntatem confugit. Volenti autem injuriam non fieri, III, 1, 14.*]

(d) *p. 1311. & in genere* Auguſtinus *de mendacio c. 5. quidquid figuratè fit ac dicitur, non eſt mendacium. Omnis enim enunciatio ad id, quod enunciat, referenda. Omne autem factum aut dictum, aut figuratum hoc enunciat, quod ſignificat iis quibus intelligendum propoſitum eſt.*

Ipſius *Auguſtini* conſenſus.

(e) *pag. 1312.*

(f) *cum detur tempus, quo tacendum juſto, Amos III, 10. pag. 1308. Chriſtus Luc. XXIV, 28. colloquens cum duobus diſcipulis, etiamſi non ita ſe oſtendit, ut mox agnoſceretur, tamen non negavit ſe eſſe eum, qui erat: Nec per iſtum corporis habitum, quo diſcedere velle Optimus Servator videbatur, animi aliquid ſinceritati deceſſit. Verè enim corpore ſe ita geſſit, ut mente erat animatus, ut Diſcipulos exploraret, quo in ipſum animo eſſent? Quæ eſt, ut aliorum Patrum, ſic Gregorii M. homil. in II. Fer. Paſchatos, & Zachariæ Chryſopolitani Lib. IV. in unum è quatuor, cap. CLXXVI. elegans & ſolida expoſitio.* Obſtetrices *Ægyptiæ non negarunt ſe ſervare*

Exemplũ Chriſti, inſtar abituri ſe gerentis, Luc. XXIV, 28.

De Obſtetricibus Ægyptiacis.

vare masculos, ed commemorarunt, Israeliticas mulieres obstetricandi pollere scientia, & prinsquam ipsæ ad eas veniant, peperisse. Calov. ad II. Reg. VI. 19. Hinc & Waltherus in Spong. Mosaic. ad Exod. I, 19. factum obstetricum refert ad licitas simulationes. Cæterum obstetrices illæ Hebraicæ dicuntur, & suo quoque nomine, Siphra & Puah insigniuntur, ac versu insuper 17. dicitur, obstetrices DEUM timuisse, adeoque præceptum superioris mandato inferioris antehabuisse. Exod. I, 15.

Quæ licita simulatio?

** Græci Patres eam simulationem sæpe vocant οἰκονομίαν; de qua egregia extat sententia Clementis Alexandrini, qui de viro bono agens sic ait: Φησὶ τὸν πλησίον ὠφελεῖσθαι μόνῃ πιθανῇ ὅτι σὺν ἀ σεμνῷ ὡς ἀληθῶς ἀνδρὶ προσχθείη, ob utilitatem proximi faciet quædam, quæ sponte alioquin non faceret. Grot. III, 1. 8.

(g) Curare tamen sedulò jubent, ne quis, nisi ob finem hunc summum, præter animi sensum quid agat dicatve. Multa licere per modum subsidii, ut ad Bellum aliquando deveniatur, custodiendæ societatis caussa, quæ sine eo pessumdaretur.

De Strategematis.

(h) De quibus peculiari Opere Polyenus, & Auctor infra II, 16, 5. adeoque adversus hostem fraude doloque uti licet, modò fides data non lædatur. Insigni strategemate adversus Gallos Kal. Febr. Anni præsentis M DC II. usus est Eugenius, Sabaudiæ Princeps, Cæsareani in Italia Exercitus Præfectus Supremus: qui fraude Sacerdotis cujusdam Cremonensis adjutus, per Canalem eam in urbem D. armatos de suo exercitu milites noctu immisit, qui Duce Mercio Comite portam S. Margaritæ adorti, paratos ante eam alios intromisere. Quo factum, ut Primus Gallorum Dux Villaregius abduceretur captivus; Cremona tamen, ob Vaudemontii Junioris impeditum per itineris molestias adventum relinqui hactenus in Gallorum potestate debuerit. Vix credet posteritas, in munitissimam & à XM. Gallis custod. tam urbem Cæsareanos sine obsidione penetrasse, ex eaque Primarium Ducem, aliosq; fortissimos in militia Gallicana Principes plurimos, duxisse captivos, urbe tamen haud occupata, pauciscque Cæsareanorum cæsis aut vulneratis. Exempla etiam Strategematum in sacris occurrunt, ut Josuæ divino mandato insidias ponentis, fugamque simulantis, Jos. VIII, 5, 6 15, 21. Omnia hæc confundunt Viri alias docti, sed solidæ huic philosophiæ non assueti. Quis ferat hodie scribentem insignem Theologum: Non adparet, qui falsiloquentia apud hostem à mendacio absolvi queat? (i) Ve-

(i) Veniam habet nuda decal. p. 460 post qu riosum: strategemati riam: ut v. c. t mæ potestatis adver exemplo Husai Ara salomum eximio cu deferebant, inquit, t nina non proderat, erant, reperire soler Eoque divinitus co Theologos Augustin pugnet, quis aut ex stomus: maximè Lau issent. add. Grot. III, (k) Ind. VII. 12. ubi ca biles, h. e. numerosissi probatur sententia B. mendacii, cum apertu ptura, tantum abest, VII. 5. p. 95.

(l) D. Hedinger. Cons logomenia Grotio est mum quasi explorat savit. III. 1, 15. An s rem pro Iacobo simu est, de eo fuisse merit Kilicer, eodemque pa pandæ facinus pensa tractu emtionis vend validò nonnulli hab Riveto, dubiis non ca Gen. XXVII. 19. Ego ut præcepisti, e. d. mendacia. I. Ego sum TIONE MEA. Una bat. venit מִרְמָה cu

(i) *Veniam habet nuda simulatio. Videndus omnino Danhauer. Coll. decal. p. 460 post quem Rudranffius distiuxit simulationem in injuriosam: strategematicam: exploratoriam seu tentatoriam: & correctoriam; ut v. c. in Parentibus, Medicis, amicis adstitit summæ potestatis adversus hostes, II. Samuel. XV, 34. XVI, 18, 19, exemplo Husai Arachitæ, Davidis jussu amicitiam adversus Absalomum eximio cum successu simulantis. Quorsum* H. Grotius: *Non deserebant, inquit, in tantis malis Davidem suæ artes: Sed ubi leonina non proderat, assumsit vulpinam, verè ἀγχίνους, & quæ ex usu erant, reperire solers. Quæ vulpina si de singulari prudentia, directoque divinitus consilio explicetur, à Calovio admittitur. Inter Theologos* Augustinus: *Cùm justum, ait, bellum suscipitur, vi aperta pugnet, quis aut ex insidiis, nihil ad justitiam interest. Et* Chrysostomus: *maximè laudari Imperatores, qui fraude victoriam, quæsissent. add. Grot. III, 1, 6.*

Quotuplex simulatio?

Character Davidis.

(k) *Jud. VII. 12. ubi cameli Midianitarum dicuntur fuisse innumerabiles; h. e. numerosissimi. Qua sub hyperbola verum continetur. Non probatur sententia B. Meisneri, omnem hyperbolem habere speciem mendacii, cum apertum sit hanc figuram sæpius occurrere in S. Scriptura; tantum abest, ut mendacii habeat speciem. Osiand. Coll. Syst. VII. 3. p. 95.*

Observatio B Osiandri de hyperbole.

(l) *D.* Hedinger. *Const. Ect. J. N. titul. XXIII. r. §. 20. p. 407. talis fallaciloquentia Grotio est in Josepho, qui regia vi e imperans fratres primum quasi exploratores, deinde quasi fures, non ita sentiens, accusavit. III. 1, 15. An & huc referendum* facinus Rebeccæ, *benedictionem pro Jacobo simulatione reportantis disquiritur. Id indubium est, de eo fuisse merito solicitam, quod Jacobo JURE perfecto, pacto scilicet, eodemque jurato Gen. XXV. 33. debebatur, cujusque occupandi facultas penes Jacobum omnimoda erat. Quidquid sit de contractu emtionis venditionis in casum eundem incidente, quem pro invalido nonnulli habent. Quanquam & eorum assertio, ipso fatente Riveto, dubiis non caret. Sed difficilior excusatio verborum Jacobi: Gen. XXVII. 19.* Ego sum Esau, *inquientis, Primogenitus Tuus, feci ut præcepisti, esce de venatione mea. Tria heic, inquit Bonfrerius, mendacia. I.* Ego sum Esau. II. Feci, ut præcepisti. III. *DE VENATIONE MEA. Unde & Isaacus ad Esavum: Frater Tuus, inquiebat, venit* בְּמִרְמָה *cum dolo, quasi ipse modum improbaret, salvo*

Facinus Rebeccæ & Jacobi examinatur.

tamen validoque quod obtinuerat Jure: Certè poterat Jus primogenituræ delinquendo amitti. Atqui erat ingens Esavi delictum, Jus tam sanctum contemnere: unde & profanus dicitur, Hebr. XII, 16. add. Gen. XLIX, 3, 4. 1. Paral. V. 1, 1. Reg. I. 25. sqq. Ecce, inquit, moriendum mihi utique est; quid ergo mihi primogenitura? quid profanius dici poterat? Accessit fides jurata, quam Jacobo dedit Esavus Gen. XXV. 33. Ipse Augustinus, ut à mendacii labe Rebeccam & Jacobum liberet, mysteria in textu quærit, & per hœdinas pelles peccata, per eum vero, qui eis se operuit, Christum aliena peccata portantem, significari existimat. Hoc certum est, Esavo injuriam factam non fuisse, cum quod Jus primogenituræ divino decreto ad Jacobum pertinuit, tum quod ipse in hanc ordinationem divinam consensit. De Isaaco sunt, qui ipsum Jure verum sciendi hoc in casu carnisse existimant, quia I. prius potiusq; fuerit Jus DEI, cujus promissione cum filio Rebecca nitebatur; quia II. ipse factum Conjugis non reprehenderit, sed velut ex divina dispositione profectum, tot argumentis convictus adprobaverit, inprimis quum videret, confusam hoc pacto Esavi securitatem, impletamque Jacobo promissionem esse. B. Lutherus post longam hac de re disputationem: Lex, inquit, & regula sanxit, ut Esau esset primogenitus. Sed DEUS cum sua prima tabula fecit translationem, imo mutavit illam legem, & sic decrevit: Esau nolui, Jacob volui. Proinde non peccarunt, sed piè & sanctè fecerunt Rebecca & Jacob, atque omni jure spoliarunt Esau, & rapuerunt fendum illud primogenituræ. Non potuerunt per vim obtinere, quia non poterat fieri sine seditione. — Ideo arte & ingenio & pulcherrima fallacia rem aggressa est Rebecca, idque secundum voluntatem DEI, qui felicem exitum largitur in re tam ardua, & plena ingentibus periculis.

(m) Christus per parabolarum ambages populum alloquitur, ne audientes ipsum intelligerent, nisi scilicet animi attentionem talem ac docilitatem adferrent, qualem afferri par erat, Grot. III. 1, 10. ab quo profane fabularum mentio facta est.

(n) quo incitatus victoriam & salutem sibi pariat, ac sic deceptus non capiatur. Clemens Alexandrinus hoc sensu concedit ψεύδεσθαι ἐν θεραπείας μέρει, mendacio uti pro remedio. Eundem in sensum ex Grotiana Versione Maximus Tyrius: Et medicus ægrotum, & Imperator exercitum, & Gubernator nautas decipit: Καὶ δεινὸν οὐδὲν. Et nihil

bil in hoc mali est. Tale illud apud Xenophontem: Socios jamjam adfore, & Quinctii Consulis, ut historiæ loquuntur, salubre mendacium, hostes ab altero cornu figere. Grot. III, 1, 4.

XIV.

Promissis, quatenus *dolo* (a) *elicita sunt*, nemo tenetor stare; quia promissa non aliam ob causam, quam propter consensum semel adhibitum obstringunt, cui quoniam dolus è diametro adversatur, nullitas ejusmodi promissionis evidenter adparet. (b) An promissis dolo elicitis standum?

(a) *Caussam contractui dante.*

(b) *etenim ut obligatio producatur, requiritur, ut negotium verè, & ut in se est, voluntati ab intellectu sistatur. Dolus autem intellectui obveniens efficit, ut intellectus rem non uti verè habet, sed falsa & fictitiâ specie exhibeat voluntati; cujus ex isto errore facta commotio CONSENSUS dici non potest, utpote qui scientiam tanquam sui fundamentum præsupponit.*

XV.

Si quis ultro quidem & liquida cum destinatione animi ad pacisendum accesserit, in ipso tamen negotio, puta circa objectum ejusque qualitates & æstimationem dolus intercesserit: hactenus pactum censetur (a) à nostro vitiosum, ut in arbitrio decepti sit illud penitus dissolvere, aut læsionis pensationem exigere. (b) Alias alter delicto alterius obstringeretur. Quid si dolus in ipso negotio intercesserit?

(a) *I, 9, 13, 3.*

(b) *Est tamen qui eo in casu contractum non dissolvi posse putat, quia negotium sponte sit institutum, & alias omnis commerciorum commoditas in ludibrio esset, si quilibet pro lubitu tacitam præsumtionem circa hanc illamve Objecti qualitatem fingere, atque à pacto resilire posset. Ei interim cui impositum fuit, experiri adversus alterum, ad damnum, quod dolo passus est, resarciendum fas esse arbitratur. Conf. si placet D. Wernher. de Modo obligationem hominum, qua talium, mutuam scientificè demonstrandi §. XX, XXI.*

XVI.

Conditiones quæ pactis & promissis adjiciuntur, vel *possibiles* sunt vel *impossibiles*. Illæ (a) sunt vel *potestativæ*, (b) vel *casuales*, Quid conditio? & quotuplex?

suales, (c) vel *mixtæ*. (d) Hæ sunt vel impossibiles physicè vel moraliter. (e)

(a) *quæ suspendunt obligationem ex eventu physicè aut moraliter possibili.*

(b) *arbitrariæ, quæ sunt penes eum CUI promittitur. Grotius tamen potestativam conditionem vocare videtur, quæ ut existat in potestate est promittentis, II, XI, 8.*

(c) *dependentes à casu, & voluntate etiam tertii nobis haud obnoxii.*

(d) *quarum impletio partim ab arbitrio ejus, in quem confertur promissio, partim à casu dependet. e. gr. Dabo Tibi decem, si Mæviam uxorem duxeris. Nam id non in tuo solum arbitrio est, cum & illa te sponsum repudiare, & ante nuptias fato fungi possit.*

(e) *etiam Lex civilis multa reddit impossibilia promissa, ut promissum futuri matrimonii factum ab eo cave, qui Conjugem nunc habeat, & non panca quæ à minoribus aut filiis familiarum fiunt.*

XVII.

Quæ obligatio chartarum purarum?

Non obligant *chartæ puræ*, (a) si quid eis deinceps inscriptum fuerit, quod à natura commissi negotii alienum est, & in quod consensisse præsumi non possumus.

(a) *add. Op. Maj. III, 9, 2.*

XVII.

Quid censendum de facto Aodi?

Celebre etiam in sacris est *Aodi* (a) Israelitarum Liberatoris facinus, qui Regem Moabitarum Eglonem peremturus, Verbum DEI, inquiebat, habeo ad Te Rex; in quo peccatum ab ipso formaliter fuisse, ex eo quidam conantur evincere, quod *falso asserto falsam intenderit* opinionem in audientis mentem imprimere, quasi revera oraculum adferret; & eo id quidem fine, ut Rex religionis objectum, velut verba DEI accepturus, adsurgeret, eaque ratione inferendo clanculum vulneri via eo certius pateret. Sed quùm DEI jussum interfuisse manifestum sit, & firmis è textu argumentis roboretur: (b) nondum quidem evictum arbitror, mentitum in eo Aodum fuisse, quando se Verbum DEI ad Regem habuisse professus est; quippe quod revera habuit, & cujus interiore efficacissimoque im-

impulsu actus fuit. Cæterum si quid interceſſit simu ationis, non id ſtatim in turpium claſſe cenſeri debet; cum ſtrategemata ejuscemodique generis ſimulationes nonniſi ab imperitioribus pro peccatis habeantur.

(a) *III, 9, 15, 19. ſq. & eò* Calovius, *qui Aodi factum peccato conſpurcatum exiſtimat.*

(b) Jud. III. 15, 28. *fuit enim à DEO, ſupremo ſuo & Siſſeræ Domino excitata, add.* Zentgrav. *Summ. J. D. c. ult, §. 11, p. 832.*

XVIII.

Eadem circa *Jaelem* (a) difficultas occurrit, cujus, quod Siſſeram interfecit, laudatur ab ipſo Spiritu diviniore facinus: (b) contra verò à mendacio abſolvi non poſſe videtur, quod pacto juncti Kenæi cum Jabine fuiſſe dicuntur, (c) & ea ſecurum nihilque timentem eſſe Siſſeram juſſit, quem tamen occidere induxerat animum. (d) Quæ & læſo Jutis in altero reſidentis & ſumma fraudulentia fuerit. Eſt tamen qui nodum ſic ſolvendum exiſtimet. Nempe Jaelem eo quidem, quo Siſſeram invitarit, tempore, facinus iſtud in animo nondum habuiſſe, ſed ſimplici candidoque dixiſſe animo: Intra ad me, Domine mi, intra, ne timeas. Quem poſtea demum, immiſſo divinitus ſopore ſepultum, arcano DEI inſtinctu (e) interfecerit. Nulla vero tam arcta vincula eſſe, quæ non, ubi divina intercedat obligatio, ſolvenda (f) ſint. Quid de facto Jaelis?

(a) Jud. IV. 21.

(b) Jud. V. 24. *Benedicta præ mulieribus Jael.*

(c) Jud. IV. 17.

(d) *addita etiam lacti, quod bibendum ei tradiderat, mandragora vel opio, ſi Vtro docto fides ſit, quam quidem ei conjecturam reliquimus.*

(e) *ab quo ſcilicet prædictum fuerat, Siſſeram in manum mulieris tradendum.* Jud. V. 9.

(f) *Ita* Bonfrerius, *ex eoque è noſtris* Calovius. *Ita de* Jehu II. Reg. IX. *cenſendum, quod DEUS Jure ſupremo in omnium hominum Jura pollens, illum ab obligatione Joramo debita abſolverit, & cen ju-*

dex ſupremus eidem ſupplicii, adverſus domum Achabi juſtè decreti, exequutionem juſtè præceperit. conf. D. Zentgr. Summ. Jur. Div. ſub finem §. 18.

XIX.

Quid de Davide, furorem ſimulante?

Quid de *Davide* furorem ſimulante, (a) ſuæque adeo vitæ conſulente (b) pronunciandum ſit, apud Moraliſtas disquiritur. Neque expeditum illius factum eſt, quod ſibi à Rege negotium commiſſum eſſe dixit, eoque Ahimelechum innocentiſſimum Sacerdotem fefellit. (c)

(a) *I. Sam. XXI, 13. ſq. Finxit ſe furere in manibus eorum, & pinxit in oſtiis portæ, veluti fatui digitis unguibusque pingere ac varias deſcribere ſolent lineas. Stultitiam ſimulare in loco, inquit ille, prudentia ſumma eſt.* Οἰκονομίαν *non fraudem aut* ἀπάτην *hæc talia adpellanda eſſe dicit* Chryſoſtomus *libro primo de Sacerdotio. add. Grot. III, 1, 8. in adnotatis.*

Paralleliſmus ſimulati à Davide aliisque furoris.

(b) *Fecerunt ita* Ulyſſes, *ne cogeretur ire militatum:* & Brutus *cum animo cogitaret patriæ liberationem:* & Solon, *ut ea loqueretur, quæ capitale erat loqui. Ulyſſem quidem laudare non ſuſtinet Cicero Off. III, 26, de Solone verò Diog. Laert. initio Solonis. L. I, Segm. 46. Cum de Salamine, inquit, ipſius patria inter Athenienſes & Megarenſes ferme usque ad internecionem dimicatum eſſet, multisque cladibus acceptis, capitale apud Athenienſes eſſe cœpiſſet, ſi quis Legem de vindicanda Inſula ferret: ſolicitus Solon ne vel tacendo parum Reipubl. conſuleret, vel conſulendo ſibi noceret, ſubitam ſibi dementiam ſimulat (cujus prætextu non dicturus modo, ſed & factaturus erat prohibita,* μαίνεσθαι προσποιησάμενος καὶ σκῆπτρον εἰς τὴν ἀγορὰν; *deformis habitu more inſanientium in publicum evolat, factoque concurſu hominum, cum carmine rem de Salamine comprehendiſſet, hoc per præconem lecto, ſuadere populo cœpit, quod vetabatur, omniumque ita animos cœpit, ut adverſus Megarenſes bellum extemplo decernerent, inſulaque devictis hoſtibus Athenienſium fieret. Quo facto qui peccaverit Solon, haud perſicio. De Davide pronunciat Calovius, niſi motus à DEO ſic ſe geſſiſſet, abſolvi à peccato non potuiſſe, adparere autem è Pſalm. XXXIV. quod DEUS ipſi hoc ſuggeſſerit conſilium, ob idque tam bilarem plenamque ſpei cautionem compoſuerit; Neſcio tamen cur ad vitæ conſer-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [304] - 294
PUBLIC DOMAIN

servationem apud Hostem furor simulari licitè non possit, quum & strategemata simulationes & alias omnia sanorũ confessione sint licitæ.

(c) 1. Sam. XXI, 2.

XX.

Quid de Davide varia apud Achisum simulante?

Sed & ejusdem *Davidis*, hospitio apud *Achisum* honorifico excepti, factum pensitari meretur. Ita enim ad Achisum de noxa, num Israelitis illata ab ipso esset, quærentem, direxit sermonem suum, ut Achisus crediderit, Davidem adversus Israelitas irrupisse, deprædatumque populares esse; Contra meridiem, inquiens, Judæ irrupimus, non ipsam Judæ regionem, sed terras ei conterminas intelligens, de quibus tamen Achisus haud quæsierat. (a) Ubi plus quidem deflexisse Davidem à simplicitate censent nonnulli, quam Virum bonum deceat. (b) Quemadmodum verò non omnis usurpatio locutionis, quæ scitur in alium sensum accipienda, est illicita; & mendacii, qua illicitum est, forma consistit in repugnantia cum Jure alterius: (c) sic & fictus hic aut perplexus Davidis sermo rationes habet, quibus videtur liberari à mendacio posse.

(a) 1. Sam. XXVII. 10. *unde & ne ejus rei quid experiretur Achisus, universas quas deprædabatur gentes delebat.*

(b) *ut Junius, Piscator, & inprimis Belgæ, qui infirmitati factum adscribunt.*

(c) *quæri enim posset, An Achisus habuerit jus sciendi? Cum hac inprimis dissimulatione tecta fuerit Davidis innocentia. Add.* Grot. *III, 1, 10, 11, 16.*

XXI.

Continuatio quæstionis?

Disputant etiam, quo candore *Davides* ad bellum contra Israelitas vocatus, operam suam Achisõ potuerit polliceri. Nunc scies, inquiens, quæ facturus est servus tuus. (a) Ubi quidem, de industria sua in exercitu Regis prodendo loquutum fuisse, neutiquam crediderim (b) sed consultò potius, ac divino dirigente proviso ita Virum sapientissimum eumque adflictissimum verba composuisse, ut neque Achisus de fide ipsius

dubitare haberet neceſſum, nec ipſe in Bellum contra fratres conſentiret, ſed eventui omnia commendaret. Quanquam & capitis cuſtodiam Regi ſalva conſcientia potuit polliceri. (c)

(a) 1. Sam. XXVIII. 2.

(b) *quam verbis hisce mentem adfinxit* Jo. Piſcator; *videndus apud Polum ad h. l.*

(c) *Videbis, inquiens, quid facturus ſit ſervus tuus, pro tuenda videlicet vita tua, quod & præſtare optimè de ſe merito Regi potuit. Cæterum admirandum hoc divinæ in Davidem providentiæ eſt, ne is Hebræo ſe ſanguine contaminaret, efficientis.* 1. *Sam.* XXIX. 4.

XXII.

Quid de factis Eliſæi?

Quid de *Eliſæi* exemplis, Syrios (a) ad urbem, quam intenderent, (b) ſe ducturum promittentis, & Haſaelem, ut Benhadado reſponderet: Convaleſces; inſtruentis, (c) cum tamen moriturum Benhadadum divino indicio cognoviſſet, ſtatuendum ſit? anquiritur.

(a) *1. Reg. VI, 19. & VIII, 10. ubi ad priorem locum Grotius, dolum in hoſtem licitum habitum eſſe iſto tempore. Quod rectè dixiſſet, modo poſtrema verba: iſto tempore: exeſſent. Fallere enim hoſtes etiam in Novo Teſtamento licitum eſt, quos interficere licitum eſt, ut rectè adnotavit Lucas Oſiander. Et compertæ eſt veritatis, hoſti nocendum ἢ δόλῳ ἢὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν ἢὲ κρυφηδὸν, ſive dolo, ſive vi manifeſta: clamve, palamve, ut Homerus dixit.*

Conſenſus memorabilis Auguſtini.

(b) *fuit illa prudens veritatis occultatio ad tempus, ut ait Auguſtinus, ſub aliqua diſſimulatione. Non eſt hæc via, qua videre Eliſæum poteritis, cum alium DEUS locum deſtinaverit, gloriæ ſuæ manifeſtandæ, vobisque confundendis. Ex quo Heliſæus tot dimiſit prædicatores, quot habuit hoſtes, tot relatores virtutum, quot homines hoſtium.*

(c) *Etſi Kethib habeat:* לֹא תִחְיֶה תִּחְיֶה *Non vivendo vives. Kri autem legit* לוֹ: *Dic Ei, vivendo vives. Uti & 6. Ζωῇ ζήσῃ & Joſephus,* τὸν μὲν Ἀζάηλον ἐκέλευσε μηδὲν ἀπαγγέλλειν τῷ Βασιλεῖ κακόν. *Quod quidam ſic explicant: Tu quidem o Hazael, Regi dices, quod convaliturus ſis, ſed aliud mihi oſtendit Dominus. Ipſe quidem morbus non erit lethalis, ſed morte tamen violenta decedes. Memorat enim Fla-*

Flavius, quod ab Hazaele regnum occupante die sequenti reti nvido in eum injecto suffocatus & strangulatus fuerit Benhadad, add. Grot. III, 1, 17. in notis.

XXIII.

An reus sit mendacii, qui delictũ coram Magistratu negat?

Reus mendacii est, qui delictum cujus insimulatur, negat, aut *coram Magistratu fictis eludere argumentis conatur.* (a) Ratio in promtu est, quia Magistratus habet *Jus quarendi*, cui in reo respondet obligatio verum (b) dicendi. Hinc & Superiorum obtestationes atque ἐξορκισμοὶ. (c)

(a) *Dissentit Auctor, ut omnino adparet ex discursu in Opere Majori IV, 1, 20. ubi simul tacitè J. L.* Praschii *rationes apud* Bœcler. *ad Grot. Dissertatione de Mendacio p. 45. convellere adgreditur. Certe mendacia tunc maximè cavenda sunt, ubi cum Magistratu res est. Quod Terentius dicit:*

Nam qui mentiri aut fallere instituit Patrem
Aut matrem tanto magis audebit cæteros.

Idem ad publicos Parentes non minus recte aptes. ἐν ἀγορᾷ ἀψεύδειν: *Lex erat Græca.* Grotius *Locum Levit. V. 1. si quæ anima peccaverit, ut audita adjuratione, cujus testis est, aut vidit, aut experta est, nec confessa est: ea reatum peccati contraxit: sic interpretatur. Si quis audiverit vocem adjurantis: i. e. si quis monitus, verum suppresserit. add. Matth. XXVI, 63.*

Responderetur ad rationes Pufendorfi.

(b) *conf. omnino* G. Thomas. *II, 7, 86. sqq. p. 250, 251. De* Rahabæ (an *caponariæ, ut Chaldæus & RR. an meretricis, ut LXX. & Paulus eam vocat Ebr. XI, 30.*) *facinore, Exploratores contra interdictum Regis sui dissimilantis, alibi disquiritur. Id certum est, exploratorum receptationem celebrari ut actum fidei, Ebr. XI, 31. autumi scilicet πολυθείαν abdicantis ob audita miracula. Videtur etiam Rahaba Grotio non fuisse ex septem populis, quia nupta fuit Salmoni Hebræo, ut apud Matthæum habemus, quod tamen argumentum apodicticum non est. Nec putem ad Grotii epicrisin recurrendum, qui ante Evangelium mendacium viris bonis salutare, culpæ non ductum esse. Etenim, ut supra monui, nullum propriè dictum Mendacium unquam ex licitis fuit. Itaque usa Rahaba est lingua, velut Instrumento ad procurandam salutem populi DEI; neq; enim (verba sunt Abr. Calovii) improba est occultatio sive verbis sive opere ipso facta explo-*

Factũ Rahabæ examinatur, explosa

Solutione Grotiana.

exploratoribus, quo adversarios hostesq; DEI panico jam, divinoque terrore perculsos agnoscebat Rahaba, v. g. Conf. omnino Jos. II, 9, 10. Neq; omnis dissimulatio veritatis pro mendacio habenda statim est; & aliud est non dicere veritatem, aliud mentiri: quum in mendacio dolus sit, qui non semper adest, ubi quis veritatem non dicit. Non habuit Rex Hierichunthius Jus sciendi veritatem; & novit Rahaba honorem, gloriam, & auctoritatem DEI Israelis *(cujus hi Legati erant) omni humanæ ἐξουσίᾳ anteferendam esse. Perperam igitur Abulensis statuit, qu. 30. in Josuam: Rahabam à DEO motam esse ad PECCATUM VENIALE, mendacium officiosum; cui refragatur Paulus Rom. III, 8.* & Cornelius à Lapide, *falsa illa, inquiens, & paradoxa sunt ab Abulensi adducta. DEUS enim nullius peccati potest esse auctor, cum sit summa puritas, veritas, & sanctitas. Durus est Augustinus, qui mendacium constanter vocat; ita tamen effatum temperans; Mirandum est, inquiens, quod uno tempore in una causa DEUS utrumque conspiciens, id est, FACTUM MISERICORDITER, FACTUMQUE FALLACITER,* & *bonum remunaeravit,* & *propter hoc Bonum, MALUM ILLUD IGNOVIT. Nobis consultius videtur, definitionem supra traditam ad casum præsentem adplicare,* & *solvitur, nisi fallimur, omnis difficultas. Pulcrè* Philipp. Melanchton, *Catechesi, quæ Tom. III. Operum habetur; Ubi, inquit, manifestatio spontanea peccatum esset, ibi concessæ sunt figuræ, quæ tegant negotia. Ut Rahab peccasset, si ultro prodidisset exploratores;* & *mulier II. Reg. XVII. peccasset, si ultro prodidisset nuncios Davidis. Chrysostomus de Rahabe:* ὦ καλὲ ψεῦδος, *O pulchrum mendacium. O laudabilem dolum, non prodentis res divinas, sed custodientis veram pietatem.* Grot. *ad III, 1, 16.*

(c) *conf.* 1. Sam. III. 17.

XXIV.

Quid reservationes mentales? Ulrici *Obrechti* de Jesuitis narratio.

Reservationes, sive *Restrictiones Mentales,* (a) quæ reservato interius sensu, verbisque ambiguis imponunt, Lojolitici inventum sunt cerebri & omnem justitiæ pietatisque vim elidunt. (b)

(a) *de iis videri meretur Obrechtus adhuc quidem Noster, ad Grot. III. 1, 17. ubi ait: Nemo nescit, quid hoc in genere faciant Jesuitæ, quibus istiusmodi retentiones mentales & interpretationes tacitæ communes sunt. Sic si quæras ex aliquo; An hanc vel illam rem habeat?* & *illo*

& ille habeat; respondeat verò se non habere, dicunt, non esse mendacium. Nam ita intelligendum, non habeo, scil. ut tibi dem. Plura vide ibid. in Notis Tesmarianæ Editioni annexis p. 1199.

(b) Docuere tamen jam olim Priscillianistæ; in corde retinendum esse, quod verum est, oreque ad alienos proferre falsum, mendacium non esse; si fides Augustino contra mendac. c. 2.

XXV.

Ad L. I. c. XI. Quid Juramentum?

Juramentum *, velut assertio religiosa & pars cultus DEI, neque rectæ rationi, nec ** Verbo DEI (a) repugnat; immo ob custodiam *** Societatis & Pacis aliquando necessarium est. De essentia ejus non sunt ritus, qui pro gentis aut religionis diversitate variant. (b) De usu verò inter Gentes præclarè Cicero de Legibus, Secundo. Cæterum recte definitur: *quod sit assertio religiosa*, (c) *qua divinæ misericordiæ renunciamus, aut divinam in nos pœnam deposcimus, nisi verum dicamus.*

* *Fuit juramentum ante natos homines, in conventione Patris cum filio in divinis, de reparando genere humano Psalm. CX. 4.* Præclarè Augustinus *Serm. XXVIII. de verbis Apostoli: Falsa juratio exitiosa est: Vera juratio periculosa est: nulla juratio secura est. add. Sir. XXXIII, 14.*

** *Expressum de Juramento deferendo mandatum est Exod. XXII, 11. Si quis à proximo de ablata vel neglecta pecude aliisve rebus accusetur, Res deferatur ad Juramentum coram Domino. Lutherus:* So soll mans unter ihnen auff einen Eyd bey dem HErrn kommen lassen/ *quippe quod præcidit controversias. add.* Pufend. *Off. I. X, 1. & præsumtio veritatis ideo in illa DEI testis vindicisque invocatione præcipiatur, quod nemo temerè tam impium credatur, ut ista petulantia gravissimam Numinis indignationem in se deposcere sit ausurus. Tanta de cætero in Juramentis veterum erat Religio, ut etiam quæ tacitè excepta intelligi debebant, nominatim exciperent. Sic ad Eleazarum Isaaci pronubum Abrahamus: Sin autem mulier noluerit* Exceptiones in juramentis. *sequi te, non teneberis Jure jurando Gen. XXIV. 8. Quod per se intellectum videri poterat. Est autem inter peccata monstrosissimum perjurium, & non absque stupore concipitur, dari bo-* quid perjurium? *mines,*

minus, qui data opera DEI vindictam exposcant. Cæterum, divino humanoque juri conveniens est, ne facile juretur. Unde variorum populorum legibus moribusque non solum juranti licentia restricta, sed aliis quoque signis vice jurisjurandi uti, datum est: ea vi, ut nisi impleatur promissio, promissor non minus detestabilis habeatur, quam si pejerasset. adde Kulpis. ad Grot. II, 13. p. 90. Talis est formula bey Fürstlichen/ Gräflichen/ Adelichen Treuen und Ehren. Cæterum non saltem Juramentum assertorium, sed & promissorium de futuro prohibitum à Christo non est; quia alias Civilis Societas solveretur, nec possent inter se unquam convenire Reges de futuris Pacis conditionibus, mutua atque jurata promissione constantibus, quod observandum adversus Grotium II, 13, 21. add. Danhau. Coll. Decal. & ex eo D. Jäger. de Juramentis art. 1. qu. 2 pag. 22. sq. Sed sententia Christi est interpretativa vanæ Pharisæorum glossæ; quæ triplex erat (1) non esse juramentum, si adpellatione creaturæ profanæ, non Nominis divini juraretur, & consequenter nec perjurium, si violetur juramentum. Matth XXIII, 16. (2) Esse juramentum, si per Creaturam sanctam juretur, per aurum, donum &c. Matth. XXIII, 16, 18. (3) Solam Ἐπιορκίαν seu perjurium prohiberi, quæ eadem Socinianorum in Legem calumnia est. Obj. Si juramenta nullum amplius habent usum, si finem non possunt facere controversiæ, E. melius esset abstinere à Juramentis. Antecedens manifestum est ex praxi Judiciorum nostrorum, ubi haud raro utraque pars litigans juramentum præstat, ubi à Juramento ad ulterius tribunal adpellatur, & novum Juramentum petitur. Resp. (1) Dolendum esse, eorem inter Christianos devenisse, ut Paganis videantur deteriores. (2) Curandum itaque foret, ut Remedium juramentis adferretur à Magistratibus. (3) Abusus non tollit usum. (4) Juramenta inprimis ob res minutiores vitanda.

An juramenta à Christo prohibita?

Solvitur Objectio.

(a) Verba Christi Matth. V. 34, 37. & Jacobi V. 12. explicat Osiander. Christus enim prohibitionem suam non Juramento, sed levitati Judæorum, & τῷ ἁπλοῦν, ei, quod à verborum simplicitate deviat, opponit. q. d. Sermonem nostrum levibus temerariisque Juramentis non consuercandum: & nostrum ETIAM debere esse ETIAM, nostrum NON debere esse NON; adeoque veritati respondere quod adfirmamus vel nepamus. Quorsum haud malè Plato: Τὸ παιδικὸν λόγον ἔχον ἕξω βέβαιον. Viri Justi sermo debet esse instar Juramenti. Nec

sufficit

sufficit expositio Grotii, *Christum prohibere Juramentum promissorium de futuro, quod tamen in V. T. fuerit licitum. Hæc enim si sententia quadraret, nullus pactis conventionibusque juratis locus esset.*
*** *Vide Casum* Exod. XXII, 10, 11. & Hebr. VI, 16.

(b) *vid.* Tetmar. *ad Grot. II, 13, 10. p. 453. Juramenta coram altari, factaque ara fieri apud omnes prope gentes in usu fuit. 1. Reg. VIII. 31. sumtis in manus altaribus, ait Justin. Lib. XXIV. & Juvenalis:*

tangens aramque fidemque.

de Juramentis *ad aras.*

(c) *Adeoque & omniscius ac omnipotens testis vindexque invocatur. Conf. illustrem locum* Gen. XXXI, 50. *Jos. XXII, 22. Judic. XI, 10. & de Jonatha DEUM invocante, 1. Sam. XX, 12, 13, ac testem vindicemque adpellante, ibid. vers. 23, 42. Jeremiæ sic juravit Sedekias Rex quam verè vivit Dominus, qui hanc nobis animam fecit. Jerem. XXXVIII, 16. Paulus* DEUM *invocavit testem super animam suam, II. Cor. I, 2.*

Invocatio DEI in juramentis, ejusque exempla.

XXVI.

Absurde Juramentum concipitur per Rem opinione Deitatis destitutam. (a) Differt à voto, quod est Obligatio sponte accersita adversus DEUM, (b) de Objecto Numini grato. (c) Invocatur in utroq; Deus ut testis etiam cordium ob omniscientiam: & ut vindex, ob omnipotentiam simul & ob justitiam. (d) In priori agnoscitur cognitio & cura DEI quam habet de rebus humanis, etiam cogitationibus: quod ipsum Jurisjurandi est fundamentum. (e)

Ut juramentum differat à voto?

(a) *Rationes vide §. 3. & meretur censuram Grotius, II, 13. 11. qui provocat ad exemplum Josephi per vitam Pharaonis, Eliæi per vitam Eliæ jurantis; & Christum Matth. V. juramenta per cœlum, altare &c. prohibuisse negat. Sed 1. Josephi verba non fuere juramentum, sed obtestatio. Idem de formula Eliæ sentio. Itaque Scriptura habet exempla creaturarum in Juramentis allegatarum; sed ita ut ratione creaturarii fuerint merè potius obtestationes, asseverationes q;, quam strictè dicta Juramenta. Sic 2. Cor. XI, 31. ait Paulus: Per nostram gloriam, quam habeo in Christo, quia morior quotidie. At non jurat, sed testatur se propter Corinthios periclitari, & illorum profectum animadvertere. Add.* Osiand. *Theol. Casual. P. II. pag.*

An Juramenta per Creaturas licita?

An Christus omnino sustulerit juramenta?

1032. sqq. *Christus verò ὅλως jurare prohibuit, eo nempe quo Judæi jurabant modo; quia DEUS jusserit, per suum tantùm nomen jurare; Unde cessaret miratio Viri docti, hæc si expenderet. Certè Paulus, interdicti Salvatoris optime gnarus, plus dixit quam:* Ita, ita. *confer & expende Galat. I, 20. & II. Corinth. I, 23. Nil clarius. Solebant Christiani non optimi per sanctos jurare, quos irridens Poeta paganus scribit:*

Per cineres Pauli, per cani limina Petri.

add. Sir. XXIII, 10.

quid votum?

(b) *Quo de argumento legendus Pufendorf. de J. N. & G. III, 6, 15. cujus quam arcta sit obligatio, docet Lex Mosaica Deut. XXIII, 21. Calovius eò definit votum: quod sit promissio religiosa DEO facta animo spontaneo de iis, quæ DEO grata sunt; ubi etiam monet hallucinatum esse Petrum Martyrem, qui adversus Smyttheum votum inter Christianos prorsus reprobavit: nisi forsan explicandus sit de votis ceremonialibus & Papisticis, opinione cultus factis & temerariis. Neque per* KORBAN *Matth. XV, 15. Juramentum, sed votum intelligitur; adde Ostand. ad Grot. II, 13, 7.*

An in N. T. penitus cesset?

(c) *Ex quo arguit* Grotius *Jiphtachum, cujus fides Hebr. XI, 32. prædicetur, filiam haud immolasse; unde verba Jud. XI, 30. sic transferenda esse: Erit Domino, aut adscendere faciam holocaustum; nempe si id animal holocausti sit capax. Quidsi asinus aut canis occurrisset, debueritne holocaustum fieri? non sane. Ergo nec humani generis quidquam; sed dedicandum id fuisse ad ea ministeria, quæ homines DEO exhibent, puta in sanctuario, si mas esset; si femina, ad preces, vini abstinentiam & vitam μονάζουσαν. Eandem sententiam tenent Brentius, Chytræus, Franzius. At immolatam Jiphtachi Filiam post Ebræos Christianosque veteres plerosque censet Lutherus, qui sic in Glossa:* Man will/ er habe sie nicht geopffert/ aber der Text stehet klar da. *Sunt, qui ad fabulam de Iphigenia, velut Jiphtigenia provocent, & quod in Sisimis incolæ sacrificium facere consueverint in nomen puellæ; conf. Epiphan. hæres. LXXVIII. qui eam fuisse filiam Jiphtachi existimat, in sacrificium olim oblatam. Saltem vovere immolationem filiæ non potuit, in quam Jus non habuit ad vitam necemque extensum: Deut. XII, 30. sqq. multo minus probandum, quod* Hieronymus *Epist. ad Julian. asserit, obtulisse Jephtem virginem filiam, & idcirco in Sanctorum enunciatione ab Apostolo positum esse.*

De Voto Jephtæ.

(d) Pufend.

(d) Pufend. *Off. I, 4, 7. lin.* 11. *ſq.*
(e) Grot. *II.* 20, 45.

XXVII.

An juramentum ab infideli exigere poſſit Chriſtianus?

De Juramentis, quæ *cum ab infidelibus* in univerſum, *tum à Iudæis* (a) præcipue exigi acceptarique ſolent, difficilior inſpectio videtur. Primum quidem, (b) *An fides ei Iuramento, quod Iudæus præſtitit, adhiberi poſſit?* Deinceps: (c) *An Chriſtianus Magiſtratus, absque conſcientiæ vulnere Iudæo juramentum injungere poſſit*, cujus religionem impiam, ac adverſus optimum Servatorem blasphemam eſſe novit? Non ſufficit, quod vir doctus ait, civile remedium Juramentum eſſe, adeoque nimis ſuperſtitioſum fore, ſi quis ab eo, qui falſam ſectatur religionem, Juramentum ſe ſalva conſcientia exigere non poſſe, arbitrari velit. Nam & *circa civilia remedia quari primo omnium debet, an conſcientiam non lædant.* Pertinet huc demum etiam quæſtio, quid *ſtatuendum de juramento per Deum & Evangelium?* Reprehenditur illud a *Balduino* in caſibus: videtur tamen admitti poſſe, ſi quis tangens evangelii librum obteſtetur ſe rem dicere, quemadmodum vera credit quæ in Evangelio leguntur. *

(a) *Proſtat hoc de argumento Viri Cl.* Dan. Guil. Molleri, *Profeſſoris Altorfienſis Diſſertatio, de Juramentorum Judaicorum, à Chriſtianis tàm exactorum quàm acceptorum Fide & Moralitate. Vidimus olim Hagæ Comitis ad Jannam Collegii,* der Gecommittirten von dem Raht von Holland/ *formulam Juramenti Judæis proponi ſoliti:* Ghy ſvart by den almachtigen ende lebendigen God, die hemel ende erd geſchapen heft, ende door Moſen ſyne wetten gegeſen: *& ſub finem addit Judæus, ſi in eo, quod juraverit, ulla ratione fefellerit, alitergue, ac juſſus eſſet, fecerit vel reſponderit, ſe obligatum eſſe, ut ſuſtineat plagas omnes, & maledictiones, quæ in Libris Moyſis, Levitico maxime & Deuteronomio præſcriptæ ſunt in omnes irreligioſos & quicquid eſt malorum hominum. Planè ut ejuſmodi formulam à* Pfeffercornio *propoſitam exſcripſit* Buxtorfius *in Synag. Judaica. In Ordinatione Politica* deß Freyen Kayſerl. Land-Gerichts in Schwaben/

Specimen formulæ Juramenti ab Judæis exacti.

ben/ *admonentur Judæi suæ sententiæ*, quod etiam infidelibus servanda sint juramenta, multo magis Christianis solum atque unicum DEUM omnipotentem colentibus.

(b) *Non dubitat Vir Clar.* ß. Wülferus, *affirmare in Observationibus ad Theriacam Judaicam Salomonis Zevi; putatque Judæis, si aliter statuatur, injuriam fieri, quidquid odiose cavillatur* Samuel Fridericus Brenz im abgestreifften Schlangenbalg/ & Jacobus Ayrer im Historischen *Processs. Quod posterior Synagogæ Judaicæ Editio agnoscere videtur, hoc in puncto à priori multum discrepans. Cæterum, in Judiciis quidem Christianorum, Judæis omnis æquivocatio his intercluditur verbis:* So ich unrecht oder betrüglich schwöre/ so sey ich beraubt aller Gnade deß ewigen Gottes.

(c) *Affirmant pii doctique Scriptores, posse Christianum ab illo accipere juramentum, quem scit per Idola juraturum. Adeoque* non tam ad id inducere, quam illo uti. *Conf. D.* Ohand. *Theol. Casual. P. I. p. 1030, 1031. & ad* Grot. *II, 13, 12. p. 985. sq. ex veteribus autem* Augustinum *Epist. 154. ad Publicolam. Nec ignotum est exemplum Jacobi, juramentum Labani per DEUM Nachori factum admittentis. Nec obstat, quod ita videatur tacite approbari cultus aliorum impius. Negatur enim sequela; quia à jurante nihil exigitur quàm fides; quod autem eam ex perverso animi sensu & præjudicio malè firmat, sibi est quod imputet. Deinceps cum Religio cogi non possit, consultum utique est, in rebus civilibus, ad veritatis indagationem uti Juramentis infidelium. Fac denique, nostra Juramenta à Judæis non haberi pro validis. Num eam ob rem nos in Socialitatem, quæ quemlibet sua religione citra vim gaudere jubet, delinquemus? Obligat autem Juramentum etiam per falsos Deos præstitum, quia ex dictamine conscientiæ, tametsi erroneæ; qui enim jurat, etiam falsum Deum pro VERO habet. Qui igitur jurat Deo ex sua* conscientia vero, *is obligatur. Non te audit lapis loquentem: sed punit DEUS fallentem.* Seneca *de benef. VII, 7. Punitur, quia tanquam DEO fecit. Opinio illum sua obligat pœnæ. add.* Sap. XIV, 31. Baldvin. *Cas. Conscient. L. II. c. IX. cas. 2. Molins B. Danban. Coll. Decalog. p. 509. & hæc formula in Transactione jam Passaviensi, debita cum explicatione, ut Verbo DEI non repugnans admissa fuit. Corf. Celeberrimus Noster* D. Schwederus, *Jur. Publ. P. Spec. Sect. I. c. II. § 19.*

Rationes, cur Christianus ab infideli juramentum exigere possit?

de formula juramenti per Evangelium.

XXVIII.

XXVIII.

De Juramento, quod Gibeonitis præſtitit Joſua.

Recte *Joſua* Juramentum *Gibeonitis* præſtitum (a) ſervavit, nec (b) ob dolum, * circa exteriorem tantum circumſtantiam, adhibitum, reſcindi potuit. Quin potius in tantum valuit, ut de eo violato poſtea pœnæ ſumtæ ſint graviſſimæ, Deo Auctore. (c) Potuiſſent ſane Iſraelitæ cum Gibeonitis inire pactum deditionis; at in eo decepti fuerunt, quod fœdus ſociale contraxere.

(a) Joſ. IX. per tot. & adde Grot. II, 13, 5. *qui hanc urget rationem, quod pacem petituræ genti non omnino denegari ea potuerit*, nec aliæ internecioni devotæ divinitus fuerint, quam quæ bello ſe oppoſuiſſent. *Joſ. XI. 19, 20. adeoque hoc Juramentum non fuiſſe contra Legem divinam, de perſeverantibus in impietate & ad primam denunciationem non parentibus, explicandam. conf. Deuter. XX, 10. qua cum benigna interpretatione etiam Leges Exod. XXII, 32, 33. & Deut. VII, 12. NI PARUERINT, intelligendas eſſe monuit ὁ πάνυ, ad Deut. XX, 10. & de J. B. & P. II, 13, 4. nec diſſentiunt* Moſes *inter quæ* Majmonides ac de Kozi *præcepto jubente decimo quinto. Conf. Joſuæ XI, 19, 20. qui locus longe eſt clariſſimus. & Seldenus VI, 13. Sed & Lex clara eſt: Si DEUS Dominus Tuus has gentes Tibi dabit, UT ILLAS PERCUTIAS (i. e. Jure victoriæ acquiras) tum eas pro anathemate habebis, Deut. VII. 2.*

Quæ gentes internecioni devotæ? & expoſitio neceſſaria Legis divinæ de earum excidio.

(b) *conf.* ſupra L. I. c. IX. §. 13. *Reg. 4. ex quo patet, non omne promiſſum, cui dolus acceſſit, eſſe nullum. Valet matrimonium cum fœmina, quam putas eſſe Hiſpanam, etſi ſit Gallicana. v.* Oſiand. *ad Grot. d. l. p. 969. 2. Non improbavit populus fœdus deditionis: ſed fœdus ſociale. Ceterum utique Dolus in ſubſtantia Rei annullat Juramentum,* Lauterb. *tr. Synopt. de Juram. §. 45.*

* *Itaque tametſi rem ipſam Gabaonitæ indicaſſent, quod præ metu non fecerunt, vitam tamen ſalvam ſub conditione parendi fuiſſent impetraturi. Grot. II, 13, 14. add. Schikard. Jur. Regii c. V. p. 117. ſqq. edit. ult. qui ſic ait: Ex Hevæis ſoli Gibenonitæ, poſtquam pacis conditiones primum ſpreverant, aſtu tandem vitam ſuam ſervarunt; lacero habitu iter longinquum ſimulantes. Quæ ſingularis reſponſio eſt.*

** *Estque in hoc bellicæ clementiæ auctor* DEUS, *quod Cananæis, eorumque populis longe flagitiosissimis* pacem offerri voluit, *quæ vitam ipsis sub tributaria conditione concederet.*

(c) *Cavillari utique hic aliqua potuissent Hebræi. Sed ut* Livii *ex libro tertio huc utar verbis, Nondum hæc quæ nunc tenet seculum negligentia* DEI *venerat, nec interpretando sibi quisque jusjurandum & leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad eas accommodabat.*

XXIX.

An Juramentum vi extortũ obliget?

Quæstio est, utramque in partem ventilata: *An vi injusta, v. g. Latronis, extortum* Juramentum servari debeat? Affirmativam (a) tenet *Grotius*, quod non sola *cui* juratur persona respiciatur, sed is, *qui* juratur, DEUS; & repudiandum *Ciceronem* dicit, perjurium esse negantem, si quis prædonibus pactum pro capite pretium non adferat (b) Est qui argumentum à Socialitate petat, quia nisi latronibus fides habeatur, indubia iis nece pereundum esset, qui in nefarias manus incidunt. Videant etiam qui fidem infideli datam non servandam ajunt, ne perjurio latebram quærant.

(a) *II, 13, 15, & incidenter II, 17, 19. quia obligatio Naturalis est, DEUM non facere falsitatis testem Conf. D.* Thummius *Tr. de Juram: Danhau. Coll. Decalog p. 515. Zentgrav. Dissert. peculiari de Obligatione Juramenti per vim extorti §. 11. ubi Pufendorfio IV, 2, 8. quod respondet; quia* DEUS *alias falsi testis invocaretur. Sic videmus Hebræos Reges & à Prophetis increpatos, & punitos à* DEO, *quod fidem juratam Babyloniis Regibus non servassent. Jerem. XXIX. 7. Nam quod affirmate quasi* DEO *teste promiseris, id tenendum est. ut cordatè* Cicero *Off III. 29. Allegat Grotius II, 13, 16, locum è Psalmo XV.* Juratus in damnum suum, non tamen mutat. *Non quidem iniquitatis vinculum juramentum est: at nec iniquum est, solvere pecuniam pro redimenda vita, & præstare hoc, ut jurisjurandi religione se exsolvat. atque vitam redimat jurans. Nec dat simpliciter, sed vitæ servandæ causa & intuitu Nominis divini ob temporale bonum non profanandi. Itaque adversus* DEUM *non*

est

est exceptio metus. Grot. III, 19, 5. Cl. tamen Thomasius *J. P. D. II, 9, 31. in not. ait ad hoc argumentum Grotii regeri posse: non præsumendum, quod DEUS tale Juramentum in favorem hominis nequaquam acceptaverit. Prorsus uti Cicero qui de Offic. III. 29. hoc argumentum habet. Si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium; cum hoc non fides esse debet, nec jusjurandum commune. Sed posset Ciceroni ex Cicerone, eodemque capite responderi, verbis quæ supra allegavimus. Nec verum est, quod Cicero sumit, nullam esse cum prædone Juris societatem, cum & illi depositum reddendum sit. Grot. II, 13, 15, III, 19, 3. Ipse Pufendorfius in Opere Majori agnoscit, posse conscientiæ scrupulos nasci; unde suadet erogare pecuniam in pauperes. Ais: hoc juramentum esse involuntarium E. non servandum. Resp. non invitum est simpliciter, sed secundum quid & instar actionis mixtæ, comparatione instituta inter jacturam vitæ & pecuniæ, quæ longè melior. Monet tamen Osiander, aliam esse quæstionem* de silentio, *latroni per Juramentum promisso; quod servandum non sit, quia illicitum sit de imminente periculo non admonere proximum, Matth. VII. 12. tum & quod hoc juramentum impediat majus bonum morale, nempe charitatem proximi. Nec abnuit Balduinus, qui tutius existimat silentium non præstare, sed latrones indicare Magistratui, quia justitiam impediat, proximo in discrimen incidendi occasionem præbeat; quanquam singulari hoc prudentia opus esse B. Osiander advertat, ne quid committatur, quod conscientiam possit inquietare.*

Argumentum Viri Clarissimi, *post Ciceronem*, expenditur.

An omne silentium latroni præstandum?

(b) *Difficilis objectio est: quod votum per metum factum non obliget. E. nec Juramentum. Sed in voto vel non constat de consensu ejus, cui fit Promissio, vel omnino dissensus innotuit. At in præsenti Juramento certum est, DEUM nolle nomen suum sumi in vanum. An immunis à perjurio Franciscus I. Rex Galliæ quod non rediisset in Hispaniam, qui tamen à Carolo V. in acie Pavicnsi captus, promiserat, si non staretur pacis conditionibus, se rediturum, sua sponte in carcerem. Fides, allegantibus apud Guicciardinum Lib. XVII. Gallis servata non fuit, quod I. non sit in Regis potestate obligare* sine Statuum consensu *ullam rem Regni. II. Quod non permittant Leges*

ges Christianorum, ut captivus sit in perpetuo carcere, hæcque pœna maneat facinorosos, non infelices. III. *Promissum fuerit ex metu, adeoque nullius momenti.* IV. *Præcesserit juramentum à Rege Remis præstitum, & quidem maximè solenne, contra quod alio juramento Rex venire non potuerit.* *Sed* Regulus, *etsi paganus, ut infra audiemus, rediit in carcerem, ut maximè is fuerit injustus. Conf.* Grot. *II*, 13, 14.

XXX.

An perjurium commiserint Israelitæ raptum filiarū indulgentes?

Perjurium non fuit, si Grotium audias, (a) quando Israelitæ non obstante juramento, quo se Benjaminitis filias in matrimonium non daturas, coram DEO testati erant, raptas tamen cum raptoribus vivere permiserunt. Quia nimirum, si juramentum sit in odium alterius, (b) *strictam Juramenti* interpretationem adhibere conveniat.

(a) *II*, 13, 5. *conf.* Jud. XXI, 18.

(b) *Quæ regula est Auctoris è Grotio petita, §. 8. qui non ultra receptum loquendi morem extendendam Juramenti significationem ait. II*, 13. §. 5. *Sed cavillatoria ista interpretatio fuisse videtur Celeb.* Thomasio, *quod ea saltem mente juraverint, cum jurarent, non convenerit. Quæ quidem speciosè dicta nemo non videt. II*, 9, 51. *& 55. Sunt, qui respondeant, Juramentum factum esse super Re illicita, eoque rescindendum, imò nullum. Non enim in arbitrio Gentis stetisse integram tribum exscindere. Nobis dicendum videtur*, utique convenire cum Juramenti mente, *eo in casu, quo integram tribum perire necesse foret, uxores non denegandas. Certè Lev. V.* 4 *patet,* DEUM *ipsum talia juramenta, quæ feruntur ad nocendum proximo, rata esse vetare. Ubi autem* DEUS *dispenset, ibi perjurium non esse. Addit* Cornelius à Lapide, *hoc juramentum, quia præposterum & illicitum, ideo nec obligatorium fuisse: per SIMPLICITATEM vero putasse Israelitas, se eo teneri. Etsi hoc non placeat* Calovio, *qui putat eos, qui consilium de Raptu dedere, perjurii reos haud fuisse, quod singuli tantum* PARTICULATIM *jurarint, se non daturos Benjaminitis proprias filias: non autem receperint,* NON DATUROS ALIORUM FILIAS COMMUNI DECRETO.

XXXI.

XXXI.

Contradictionem involvit, (a) *obligari ad rem illicitam.* Igitur nullas habebit vires juramentum super ea præstitum. An juramentum *Davidis* de Nabale exscindendo ex illicitorum genere fuerit; inter DD. non convenit. Nos *Grotio* adstipulari, & in affirmantem concedere non dubitamus; vel hoc solo argumento, quod Davides DEO, à truculenta vindicta se retrahenti, gratias egit. (b) Idem de Jurejurando Saulis dicendum, quod injustam in se atrocitatem continuit, & à cujus executione Jonatham populus non imperio quidem, attamen deprecando liberavit. (d) Neque David perjurus fuit, qui Sauli jurejurando se obstrinxerat, non perditurum se ejus posteritatem, qui tamen septem filios Saulis strangulandos dedit Gibeonitis. (e)

An juramentum obliget ad rem illicitam? Quid de juramento Davidis circa Nabalem censendum?

(a) *Testimonia DD. collegit* Grotius, *II, 13, 6.*

(b) *de stricto rigidoque Jure non quæritur, si dicamus Davidem neminî fuisse obnoxium, sed de Jure Conscientiæ, cui offendiculum dare potuisset, ut graviter monuit Abigail.* 1. *Sam. XXV.* 31. *conf. Osiand. ad Grot. II,* 13, 6. *p.* 973. *&* 1. *Sam. XXV.* 22. *&* 39. *ut & Tesmar. ad h. l. Grot. pag.* 451, *qui Augustinum allegat & hoc Juramentum temerarium, atque ex levitate militari profectum vocat. conf. Ant. O. M. p.* 500. *&* B. *Calov. ad Deut. XIII.* 21.

(c) 1. *Sam. XIV.* 24. *Maledictus inquiebat, vir, qui comederit Panem. Quod editum hominis & imperiosi & ἀνεπιτεύκτου imprudentiam arguit. Nam & diu pugnantibus opus cibo resici, & pœna gravior delicto.*

(d) *qui etiam liberari debebat, etsi Juramentum in justitia carnisset. Excipi enim ab obligatione debent ignorantes.*

(e) 1. Sam. XXIV. 22. *coll.* 2. *Sam. XXI.* 6. *quoniam scilicet in Davide non erat, vindicem* Dei *manum adstringere.* Gottes Allmacht ist allezeit *excipitt/ ut habet parœmia Germanorum. add.* Senec. *de Benef.* IV, 39.

XXXII.

Cur non obstante Juramento Davidis, de impunitate Simei præstito,)a) is tamen decessurus Salomoni mandaverit, ut ope-

Annon Davides juramenti, quod Si-

mei præstiterat, sanctimoniam læserit?

operam daret, ne incruento fato iste defungatur? (b) & num non sanctimonia Juramenti læsa nonnihil eo mandato fuerit, dubium videtur. Auctor negat, quia David saltem pro se juraverit, & juramentum hoc strictè interpretari potuerit, quod subjecta postularit materia, Simei scilicet ipse, homo nefarius, & qui novas facile res moliri potuisset. (c) Cæterum nihil à Solomone commissum, quod Juramentum patris læsisset, quum Legem sibi latam ipse Simei adprobaverit.

(a) *II. Sam. XIX. 23.*

(b) *I. Reg. II. 8.*

(c) de J. N. & G. IV, 2, 13, *conf.* Grot. *II*, 13, 5. *Nec præcepit David Filio, ut ipse Simei ob delictum plecteret: sed monebat duntaxat, ut hominem pravum ac familiæ suæ infestum cautè* observaret, *ne res novas moliretur, & si quid flagitii denuo committeret, in venia danda non adeo facilis esset. Hinc Salomon ipsi præcepit, ut Hierosolymis sub oculis Regis habitaret, nec rivum Cedron transiret;* ne adspiciendo locum, in quo Davidi tam fœde maledixerat, super impunitate sua gaudium conciperet. *Verum divina providentia ita disposuit, ut Leges tam faciles, ab sese quoque adprobatas, violaret: ut justa foret occasio condigno nequam hominem exitio tradendi. add. denno* Pufend. *de J. N. & G. VIII. 10, 3.*

XXXIII.

An in juramentis locum inveniat relaxatio?

Locum in Juramentis quandoque invenit *Relaxatio* sive dispensatio, quæ actus est, (a) quo superior juramentum ob defectum potestatis in jurante nullum fuisse declarat: (b) vel etiam ei, cui jurato promissum fuit, certis rationibus obligationem inde ortam juranti condonat. * Ne tamen præjudicium fiat Juri alterius. (c) Ratio hujus actus est, quia inferior, *qua inferior*, obstringere se non potuit, nisi quatenus superiori id placiturum esset, ampliorem enim non habebat potestatem. (d) & quia Juramentum obligare non potest in præjudicium tertii: item quia voluntas subditorum est imperfecta certis in casibus.

(a) C. Thomas. *d. l. §. 60. non igitur Papa, qui superioritatem mentitur;*

tur: & malè ab Ecclesiæ Præsidibus Ecclesiarum exercitæ ejusmodi absolutiones sunt. Notum est exemplum Eugenii IV. Ladislaum Pannon. Regem solventis, A. MCCCCXLIV.

(b) non peccat superior, quia suo Jure utitur. Quomodo Lege Hebræa mariti uxorum, Patres liberorum, qui sui nondum Juris erant, juramenta irrita faciebant. Num. XXX, 6, 9. ut & v. 13, de Juramento servi aut famulæ. Sic Sponsalia clandestina ipso jure nulla sunt, si sine consensu Parentum facta, etiamsi juramentum intervenerit. Num. XXX. 4, 5. Lauterb. Comp. Juris L. XXII. tit. 6. de Sponsal. Exempla Relaxationis vororum, & Juramentorum.

* His verbis differentiam Relaxationis à dispensatione ostendimus. Quibusdam enim dispensatio STRICTE dicitur, quando ad auferendum vinculum Juramenti solum spectatur potestas in personam Jurantis, cum causa ex parte ejus; Relaxatio autem, quando causa potissimum attenditur ex parte ejus, cui Juramentum factum est. Unde dispensationem propriè locum habere ajunt in Juramentis, quæ per modum voti SOLI DEO vel absolutè fiant; Relaxationem verò in Juramentis promissoriis homini factis. Declaratur autem voluntas superioris circa Juramentum vel antecedenter, irritum reddendo Juramentū: vel consequenter, vetando ne impleatur. Kulpis. ad Grot. II. 13. §. 5. p. m. 89 adde Regulam Generalem de votis & juramentis à Superiore Relaxabilibus Num. XXX, 14. Incidenter de relaxatione & dispensatione.

(c) Exemplum est in dispensatione Caroli V. quam examinat Obrechtus ad Grot. II. 13, 20, Cùm Landgravius se non vellet sistere, nisi fide interposita, illud fecerunt Electores duo, Mauritius atque Elector Brandeburgicus. Adventante igitur Landgravio quæsitum est: An non salva Electorum fide, contra Landgravium jure agi possit? Quod cum Consiliariis Carolus V. effecit, ita tamen ut nec ipsi neque illis laudi tribui possit; nam 1. Imperator quidem uti se sua potestate prætendit, & datam ab Electoribus fidem relaxare. Sed nullus est relaxationi locus, ubi ea cum periculo tertii conjuncta esset. 2. Deterius longe fuit, quod in formula promissi Landgravio dati verba hæc erant: Es solte sich der Land-Graf für versichert halten/ daß er ohne einige Gefängnis solte bey dem Kayser gehalten werden; quæ illi perverterunt, verbo ohne einige/ mutato in: ohne ewige. Factum, ait Obrechtus, Imperatore indignum, qui dicere cæteroquin sueverat: Fidem apud Imperatorem esse debere, etiamsi toto Orbe exularet. Excerpta Historica ex Obrechto.

(d) *Proponit Seneca de Benef. IV. 35. hanc quæstionem. Si Lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiseram? & solvit: Eadem Lex me defendit, quæ vetat.*

XXXIV.

An Juramenta novam inducant obligationem?

Etsi Juramenta novam per se obligationem haud producunt; (a) novum tamen & immutabile vinculum obligationi jam validæ superaddunt, remque, si Objectum Juramenti sit, mutari, ubi jurata est, haud permittunt. (b) Hinc & Kulpisius ad quæstionem: an heres ejus, qui juravit, teneatur? respondet, non teneri quoad vinculum Juramenti (quippe quod contractui v. c. accessorium) teneri tamen quoad efficaciam obligationis, ut præstare promissum obligatus sit; si non præstet, contra fidem quidem agat, perjurus autem non fiat. (c)

Res intricata distinctione expeditur,

(a) Pufend. *b. l. §. 6. quia DEUS, hominibus præsens, testis vindexque invocatur. Cujus rei egregium exemplum est. Gen. XXXI, 50, 54. Non est nova obligatio ratione substantiæ: quia obligatio est ex Lege: sed ratione gradus, qui per Juramentum augetur. Ipsa verò obligatio instrumentaliter à Lege oritur; quia nonnisi de re, ad quam vel evitandam vel conficiendam obligati sumus, juratur. Interim qui juramentum præstat, dicitur LIGARE animam Num. XXX, 3. 2. quia si Juramentum habet vim obligandi, sequeretur, quod obligaret ad rem omnem, etiam illicitam. Sed posterius est absonum. Puf. l. II, 6. 3. quia obligationi in se validæ tanquam accessorium vinculum supervenit. E. non producit novam* PER SE *obligationem.*

Locus Heb. VI, 16. de juramento ad illustrationem disciplinæ universalis adfertur,

(b) *Illustria de Juramentis* in Epistola ad Hebræos *loca sunt c. VI, 16. ubi homines, ob voluntatem facile mutabilem jurare ait; & quidem PER MAJOREM, DEUM nempe T. O. M. reverentiæ & immutabilitatis caussa; esseque Juramentum, esse certe debere Juramentum ritè interpositum. OMNIS CONTROVERSIÆ, quæ ipsos inter homines intercedit, Finem ad confirmationem, ita ut cogantur adquiescere, & litem contradictionemque finire, cum satis stabilita res sit, ac veritas per Dei immutabilitatem triumphatura tandem sit, quam DEUS in testem vindicemque vocatus non patietur temerè violari aut mutari. Idem divinus Auctor pro Sacerdotio Christi Melchisedekiano contra Leviticum sic arguit. Id Sacerdotium immutabile præ-*

præstantissimumq; haberi debet, quod mediante juramento sancitum fuit. Sed hoc quidem non de Levitico, sed de Christi Sacerdotio in sacris literis enunciatur. Igitur hoc solum immutabile est & optimum, id vero mutabile & interitui obnoxium. Sic nimirum ea quæ naturaliter in confesso sunt, diviniori instituto firmando adplicuit sanctus Scriptor. conf. Hebr. VII. 21. *& ad utrumque locum eruditam solidamque* Jo. Hentici Maj *Paraphrasin.*

(c) *Kulpis. ad Grot. II, 13. §. 4. p. 88. & ad II, 14. 2. p. 91. fin. Juramenta Rex sua potest irrita facere antecedenter.*

XXXV.

An Rex juramenta sua reddere *irrita* possit? Grotius respondet, posse antecedenter, i. e. si juramento priori seipsum plane privaverit potestate tale quid jurandi: (a) non posse consequenter, quia hic quoque personarum distinctio requiratur; cum talia habeant in se hanc exceptionem, nisi superior noluerit. Itaque Regem DEO obstringi, à cujus Jure se exsolvere non possit. (b)

An Rex juramenta sua irrita reddere possit?

(a) *Grot. II, 14, 3.*

(b) *Contra est* Vitriarius *II, 14, 8. qui ait, Juramentum posse rescindi sive antecedenter sive consequenter fiat; quia juramentum judicetur ex natura actus cui accedit. Si æquitas velit, ut iste actus rescindatur, juramentum quod huic actui accessit, quodcunque sit, rescindi posse. Nec requiri distinctas personas, sicut nec in restitutione in integrum, quam Rex ipse possit perficere. Præsumi autem justam causam ex qua fiat relaxatio.* Sed *æquissimum est, nomen DEI ob rem temporariam non sumi in vanum.*

XXXVI.

Casum *M. Attilij Reguli* diligenter excussit Cicero, (a) Scilicet, quia jusjurandum intercesserat, redire in carcerem debuit, ut maximè is fuerit injustus. (b) Hinc & Regulum laudans sic compellat Silius:

Qui longum semper fama glisCente per ævum
Infidis servasse fidem memorabere Pœnis. (c)

(a) *Offic. III. 27, 28.*
(b) *Grot. II. 13, 14.*
(c) *Grot. II, 13, 16.*

XXXVII.

An juramenta latè semper interpretanda?

Insignis est apud auctorem Regula: *Non latè semper, sed strictè quandoque Juramenta esse interpretanda*, siquidem subjecta materia id requirere videatur; puta, si juratum sit in odium alterius, & non tam promissioni, quam minis, juramentum sit adjectum. Grotius (a) in eundem sensum: non, inquit, ultra receptum loquendi morem extendenda est Juramenti significatio. Ideo, addit, perjuri non erant, qui cum jurassent non daturos se in matrimonium filias Benjaminitis, raptas cum raptoribus vivere permiserunt. (b) Referunt eo quoque Juramentum Davidis de impunitate Simei præstito.

(a) *II. 13. 5. addatur de Juramento Batavorum, de non constituendo amplius Gubernatore Oratio nostra, qua aliquot Problemata practica discussimus, Mense Septembri M D CCII.*
(b) *conf. dicta superius. §. XXX. & §. XXXII.*

XXXVIII.

An, si res non illicita, majus bonũ impediat, jusjurandum valeat?

Etiamsi res, quæ promittitur, non sit illicita, (a) sed majus bonum morale impediens, ex Grotii sententia, non valebit jusjurandum. Quia scilicet profectum in bono DEO debemus, ita ut ejus libertatem eripere nobis ipsis non valeamus. (b) „Refert eo Grotius Matth. XV. 5. Donum DEO dicatum sit, „(id enim esse קרבן Κορβᾶν) si quid unquam à me boni accepe„ris. Votum addita consecrationis pœna planè validum censebant Hebræorum Magistri, pessimi hac in parte Juris divini Interpretes, etiamsi adversus parentes factum esset; quod refellit Christus, in cujus verbis πμᾶν Grotio est benefacere. add. 1. Tim. V. 3. (c)

(a) *Pufend. h. l. §. 6.*
(c) *Grot. II, 13. 7.*
(c) *quanquam* Lightfootus *neget hic juramentum, sed votum intelligi.*

XXXIX.

XXXIX.

Forma Jurisjurandi verbis differt, re convenit. (a) Hunc enim sensum habere debet, ut DEUS invocetur, puta hoc modo, DEUS testis sit aut vindex. Ἰδὲ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὅτι ὐ ψευδομαι, En coram DEO, quod non mentior. (b) Duo autem debet jurans, primum ut verba animo congruant, quod ἀληθορκεῖν vocat Chrysippus: alterum ut factum congruat verbis, quod idem vocat εὐορκεῖν. Qui in illo peccat, ψευδορκεῖν; qui in hoc ἐπιορκεῖν eidem Chrysippo dicitur. (c)

Quis sensus formularum in jurejurando?

(a) *Grot. II. 13, 10.*

(b) *Gal. I, 20. add. Rachel. Instit. Jurisprud. L. IV. tit. XXIV. §. 11. p. 660. & hujus Exercit. §. 14.*

(c) *Grot. II. 13, 13.*

XL.

An quod contra Juramentum fit, illicitum sit tantum, an & irritum? quæritur. Grotius distinguendum ait, ut si sola fides sit obstricta, valeat actus contra juramentum factus, puta, testamentum, venditio: * non valeat autem, si ita conceptum sit jusjurandum, ut simul contineat abdicationem plenam potestatis ad actum. (a) e. gr. si quis juret, se nec posse, nec velle fœdus facere cum aliis; si contra faciat, non erit tantum perjurus, sed & fœdus erit irritum, propter defectum facultatis, quam à se abdicavit.

An, quod contra jusjurandum fit, illicitum tantum sit? aut an & irritum?

* *e. g. si quis heredi instituto juret, se non mutaturum testamentum, & postea mutet, erit perjurus tantum, sed testamenti mutatio valebit, quia facultatem mutandi testamentum retinuit. Vitriar. J. N. & G. II, 13. §. 27. p. 279. sq.*

(a) *Grot. J. B. & P. II. 13. 19.*

XLI.

An, si *Atheus juret, per Deum quem nullum credit, verum dici possit juramentum*? si quæratur, se responsurum pollicitus est vir doctus. (a) Negativa hoc argumento videtur niti, quod Juramentum non sit, (b) quod concipitur per rem opinione Divinitatis

De Juramento Athei.

nitatis deſtitutam; at talem eſſe in Athei mente, id quod nos toto animo colimus optimum ſanctiſſimumque NUMEN. Pro affirmante pugnat, quod *primo* Atheus non, credo, dabitur, qui citra animi reluctantiam & conſcientiæ contradictionem neget DEUM eſſe. Igitur juramentum ejus verum eſſe, ſaltem ob Principium connatum. Secundo, quia DEUS in illo juramento vindex ac Teſtis invocatur, qualis & manet ac erit DEUS, quidquid ſtultè ſentiat Atheus. Tertiò, quia is, qui ſpeciem juraturi præ ſe tulit, obligatur, quidquid demum in animo ſuo, dum jurat, agitaverit (c.) Quartò, quia ex hoc juramento DEO nihilominus tenetur, ob interpoſitam IPSIUS invocationem, cui nemo impunè illuſerit, neque quem aſtu quis deceperit. (d) Quemadmodum & contra Hobbeſium ſtatuimus, Atheum eſſe ſub Imperio divino, licet in id non conſentiat, quia obligatio homini adverſus Deum eſt conſiata.

(a) Kulpiſius *ad Grot, II, 13. p. m. 88.*

(b) Pufend. *Offic, I, 11, 3.*

(c) Pufend. *Offic, I, 11, 5.*

(d) Pufend. *Off. I, 11, 7. Demum, curioſa nimis videtur quæſtio. Nam vel conſtat Atheum eſſe, vel non conſtat. Si prius: Igitur ad juramentum non admittetur, ſed coercebitur. Pufend. l. 4, 2. & I, XI 4. ibi: Fruſtra quippe & q. ſ. Si poſterius: Juramentū erit, quippe in quo non quæritur de intentione interna, ſed, ut loquimur, externa. Puf. I, XI, 5. aſt qui ſpeciem.*

XLII.

Quid de aſſeveratione jurata cenſendū?

Aſſeveratio facta in locum Juramenti angeloben an Aydes ſtatt coram DEO æquipollet Juramento. Unde ejus frequentia, quæ paſſim invaluit, vehementer deteſtanda, plerisque hunc actum pro re nihili habentibus: (a) Differt tamen à formali Juramento quoad effectus Juridicos & Civiles, ut v. c. quemadmodum in Capitulo quodam dicit Pontifex, quis non poſſit declarari pro perjuro.

(a) me-

(2) *memoravit in Disputatione solenni magnus inter nos Jurisconsultus, puellam octodecennem, quæ talem coram Judice asseverationem præstiterat, rogatam quid fecerit? respondisse, se tribus digitis coli caput tangere debuisse.*

XLIII.

Cum Anno M DC LXXXIX. mense Februario è Scotia missi Legati *Guilielmum III. & Mariam*, Reges M. Britanniæ salutarent, Rex & Regina Scotis quoque, sublatis in cœlum, more Scotico, dextris, verba prælegente Comite Argatheliæ præstiterunt. Quo in actu id fuit memorabile, quod cùm ad ea jurisjurandi verba ventum esset: hæreticos exstirpare curabimus (we shall bee carefull to root out Heretiks) WILHELMUS dixerit (that he did not mean by these words, that he was under any obligation to become a persecutor) se haud existimare impositam sibi verbis hisce persecutionis necessitatem: quo audito responderunt Legati, nec juramenti hunc sensum esse, nec Leges Scotiæ persequutores ferre.

Singularis casus de *interpretatione* juramenti Regii apud Scotos.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ
AD
EXERCITATIONEM VII.

§. I.

Si nemini mortalium, qui cum pacta inivimus: igitur nec hæreticis fides neganda erit. Nec * obstant quæ regessit è junioribus Pontificiis nonnemo: I. quia ejusmodi contractus sit in præjudicium tertii, Romani scilicet Pontificis. Igitur nisi is consentiat, nullum esse. II. Tribunal inferius præjudicare non posse superiori. At *Ecclesiasticum Tribunal* esse superius seculari, ergo promissa circa res Ecclesiasticas posse Jure Superioritatis à Tribunali Ecclesiastico pro nullis declarari. III. Hæreticos esse perpetuos hostes. Hosti autem fidem non esse servandam, nisi personam hostis exuat. IV. Homicidæ, furi,

An fides hæreticis servanda? Argumenta nuperi Scriptoris *Romanensis* referuntur.

& malefico alii, cum Respublica periclitatur, frangi fidem posse, quia homicidium sit res per se illicita. Multo magis frangendam esse hæreticis animæ occisoribus. Prius exemplo Regis cujusdam Daniæ confirmari, qui latrones in regno suo, simulato bello & data fide impunitatis, omnes convocarit, convocatosque in salutem Reipubl. supplicio adfecerit, cum fides de re per se illicitâ data servanda non sit.

ad eaque respondetur.

* *Ad* primum *enim dicimus, nihil statui in præjudicium Pontificis, ubi* HOMINIBUS *pax tranquillitasque in Civitate conceditur. Inprimis si Civitatis jubeant Leges ac necessitates. In* altero supponitur, *quod falsissimum est. Non datur Ecclesiasticum Tribunal, nisi quod circa exteriora disponat, & ad Majestatem Civilem pertineat, quæ est summa ubique potestas, & de doctrinis quoque,* an societatem juvent lædantve? *judicat. Conf.* Pufend. *de O. H. & C. II, 7, 8. & quæ sint ecclesiæ actiones, idem docuit in de Habitu Relig. ad Remp. §. 30. simulque demonstravit, eam Ecclesiam,* quæ Status est, *& qua STATUS est, non esse à Christo. Nam ad Statum 1. requiri multitudinem, quæ ad vim arcendam apta sit. Atqui tres, ut Tertullianus dixit, faciunt Ecclesiam, quia inter eos medius est Christus. 2. Statum, postulare, ut introducatur in territorium, ubi sedem fortunatam figere Cives queant. Et qui in novum se statum conferre vult, necessum est, ut vel in alium locum commigret, aut præsens imperium loci, ubi agit, excutiat. Sicut Romulus novum Statum conditurus Regum Albanorum imperio renunciabat, & qui novo Statui accedere volebant, desertis suis oppidis Romam commigrabant. Atqui neque Christum, neque Apostolos Christianas gentes in alias sedes transtulisse, sed quemlibet sub imperio, cui hactenus subjectus fuerat, degere permisisse, prioris dominii Jure haudquidquam imminuto. Ad hæc Papæ nuspiam data est Jurisdictio, immo ejus antecessori Petro denegata, sicut & gladius Matth. XXVI. 52. & XX. 25. Ad* tertium *respondetur: hæreticos, qua tales non esse hostes vel Humanitatis vel Civitatis. De rebellibus, seditiosis, blasphemis non disputamus. Ais: hæreticum tamen hostem esse, qui pacem Ecclesiæ turbet. Regero, eum qua talem (de seditioso iterum non loquor) non frangere pacem publicam, sed pacem cum DEO. Videant, ne affecta* τοῖς κατὰ δόξαν *hæreticis contractuum civilium incapacitate, in se derivent notam*

tam

tam Bestiæ Apoc. XIII. 17. *Pufend. Off. II, 16. Est autem etiam Jus bellicum, fidesque jurisjurandi sæpe hosti servanda.* Cic. *Off. III, 29. ubi illud exponit:*

Fregistine fidem? neque dedi, neque do infideli cuiquam.

In quarto *nulla est sequelæ vis. Latroni non est servanda fides publica, quam fregit, & cujus vinculo alius ei ligari nequit. Hæreticus autem politicam fidem, cui Princeps præest, non fregit. Igitur quam fidem hæreticus non fregit, ejus revocatione nec punire Princeps hæreticum potest. Add. Danhauer. quæst. Moral. c. VI. fin. p. 654. sq.*

II.

Quæ ex pacto aut promisso perfecto debentur, ea quoniam per violentiam propriam aut superioris exigi possent, PERFECTO (a) Jure deberi dicuntur: imperfecto, quæ ex sola humanitate debentur. Distinxerunt ita Hebræi quoq; quemadmodum Majmonides, quæ non debentur, ait, venire benignitatis nomine, חסד, quam alii interpretes ad Prov. XX, 28. explicant פלגת הטובה abundantiam bonitatis: quæ debentur ex JURE STRICTO משפט Judicium Hebræis vocari: quæ ex honestate Justitiam, צדקה id est, æquitatem. (b) Cæterum quæ Jure imperfecto aut præcepto caritatis debentur, ad ea etiam, exigente ita Reipubl. necessitate, civis cogi à summo Imperio potest: ut in magna frumenti penuria cives cogi possunt, quod habent, in medium conferre. (c) Quo sensu etiam Grotius ait, innocentem, si ipse, quod ex caritate erga patriam debebat, detrectet, tradi hosti posse. (c) Sed & illud heic tenendum, latius patere Caritatis quam Juris regulas. Qui divitiis floret, immisericordiæ erit reus, si inopem debitorem omnibus reculis suis excutiat, ut ipse ultimum quadrantem conséquatur.

Quid pactũ promissumve perfectum, & imperfectum?

ex Hebræorum sanctiorumq; Legum disciplina.

(a) *conf. supra Exercit. III. §. 1. Dari jus perfectum & imperfectum cum ex rerum, in quas Jus nobis esse dicimus, diversitate patet, tum ex debendi modo atque origine. Res enim quod attinet, aliæ jam meæ sunt, & quanquam absunt & penes alterum existunt, meæ esse existimantur: aliæ autem ita meæ res nondum sunt, expectantur tamen*

Existentia Juris perfecti & imperfecti.

men à me, cen ex ratione aliqua Juris universalis & vinculi socialis, quod mortales continet, mihi debitæ. Unde etiam Jus illas positulandi mihi nascitur, non ex Justitiâ particulari, sed universali. Quod contra Feldenum, qui parum magnificè de hac distinctione sentit, observandum. add. Zentgrav. Summ. Jur. div. Sect. V. Art. I. p. 759. sqq. Debendi item varius est modus. Nam major est obligatio dandi ex Lege Justitiæ commutativæ, quam meræ humanitatis aut beneficentiæ. Cæterum datur etiam Jus perfectum in illis circa quæ Justitia distributiva versatur, si non quoad ea, quæ singuli à societate expectant, certè quoad ea, quæ societas à singulis vi pacti postulare potest; quando promiserunt, quod pro rata parte ferre velint onera, quæ ad societatem qua talem servandam faciunt. Add. denuo Zentgrav. d. l. §. 8. p. 770.

Vindiciæ huius distinctionis contra Feldenum.

(b) Grot. II, 14, 6.
(c) Grot. II, 25, 3.
(d) Grot. III, 13, 4.

III.

De promissione ex errore, supplementum.

Circa errorem, (a) qui consensum impedit, observandum est: ubi in promissione aliquid supposuerim, citra cujus intuitum promissurus non fueram, (b) naturaliter promissionis nullam esse vim. Conf. supra *Exercit. VII.* §. 5. p. 280.

(a) Per quem scil. contingit, ut intellectus à vero promissi passivè objecto aberret, adeoque voluntas revera in illud non consentiat. Sermo autem est de errore in promissionibus.

(b) v. c. si aliquo nuncio fuerim persuasus, mea negotia abs te bene fuisse gesta, eoque nomine tibi quid promiserim, non tenebor, ubi falsum id deprehendero. Venerat de morte militis cujusdam falsus ab exercitu domum nuncius, quo audito & credito, pater testamentum mutat, & quem sibi visum fuerat, hæredem facit, ac post moritur. Miles domum revertitur, ac post lege agit in hereditatem paternam. Causa ad centum viros defertur. Hic testamentum fuit fundatum in PERSUASIONE de morte filii, quæ cum falsa fuerit, & patris voluntatem nullam fuisse manifestum est. Cum constet illam solam fuisse rationem quare is mutaverit testamentum, & citra quam idem non fuerat mutaturus. Puf. de J. N. & G. III, 6, 6.

IV.

IV.

Usitata etiam de Pactis hæc Regula est: Ubi error contigerit circa ipsam rem, de qua convenitur, pactum vitiari non tam ob errorem, quam *quia Legibus* pacti non fuerit satisfactum. (a) quid Leges pacti?

(a) *Obscurum hoc Auctoris axioma dicit Scriptor Nonnemo, quum non constet, quid per Leges pacti intelligatur. Sed* Leges pacti vocat *Auctor, quas inter præcipua est, ut ipsa res, de qua convenitur, ejusque qualitates sint cognitæ, citra quam cognitionem liquidus consensus intelligi nequit, add. de O. H. & C. I, 15, 3, §. ad hanc autem æqualitatem.*

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO VIII.

Ad Lib. I. Cap. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Summa.

I. Quod fundamentum *Dominii humani* in res creatas? Oſtenditur, & de eſu carnium, pro neceſſitate argumenti, agitur. II. An fuerit communio primæva? III. Quid Dominium? quid internum & externum? quid utile? quid plenum, quid minus plenum? quid irrevocabile, quid revocabile? quid ſingulare, quid commune? IV. An & mare capax imperii ac dominii? V. Quid dominium eminens, quid vulgare? VI. Quod objectum dominii. VII. Quotuplex modus adquirendi dominium? Quid originarius? quid adprehenſio? quid acceſſio? quæ Res nullius? VIII. Quotuplex acceſſio? IX. De acceſſione agrorum. X. Qui modus derivativus? XI. Cur Auctor etiam de Jure ſervitutum egerit? XII. Quodnam fundamentum ſucceſſionis ab inteſtato? XIII. Succeſſio naturalis Liberorum. XIV. Quid Repræſentatio, ſive Succeſſio Vicaria? XV. Obſervatio de Succeſſionibus ex decoro Civitatis. XVI. Fundamentum adquiſitionis ex Jure Belli. XVII. An poſtliminium adverſus pactiones cum hoſtibus? XVIII. Quid uſusfructus? XIX. An Teſtamentum pertineat ad Jus Naturæ? XX. Ut tranſeat univerſitas bonorum? XXI. Quæ apud Hebræos cerimoniæ? XXII. Quid Jus Vacantiæ? quid Albinagii? XXIII. Quæ fundamenta Præſcriptionis? XXIV. An locum habeat inter Gentes Liberas? XXV. Quot modis oriatur obligatio ex Jure, quod in res competit? XXVI. Quid, ſi res non extent? XXVII. Ac, de reſtitutione fructuum. XXVIII. Quid paupertas, ex oppoſitione dominii? contra Monachos. XXIX. An res ſacræ veniant in commercium? XXX. Commendatio. § IV. in Capite Pufendorfii XIV. XXXI. Quid exæquatio? XXXII. Quod poteſtatis civilis hoc officium? XXXIII. Quid pretium? XXXIV. Quotuplex? XXXV. Specimen divinæ Providentiæ de rebus utiliſſimis pretio non magno parandis. XXXVI. Obſervatio de pecunia. XXXVII. Quod verum pretium? XXXVIII. Caſus de Frumentario Alexandrino ex Cicerone. XXXIX. Quid interpretium? XL. Quotuplex contractus? XLI. Quid monopolium? XLII. Quod jus uſurarum? XLIII. Quæ mordaces? XLIV. Quid hypotheca? quid pignus? XLV. Quod jus in contractu Societatis? XLVI. De Jure Ludi. XLVII. De olla fortunæ, Aſſecurationibus, & ludis Scenicis. LXVIII. De alea publica. XLIX. Quid contractus Mohatra? L. Quid Fidejuſſor? LI. An licita ſit Fidejuſſio Criminalis? LII. Quid Jus Retractus? ſpeciatim apud Hebræos. LIII. Summaria de Contractibus Regula. LIV. De occaſu dominii. LV. Quid accepilatio?

ptilatio. LVI. Quid interpretatio? Et cur *Pufendorfius* cap. XVII. agat de Interpretatione? LVII. Quotuplex interpretatio? LVIII. quid in pacti interpretatione respiciendum? LIX. Quæstio de favorabilibus. LX. An dentur verba ambigua? LXI. Quid declarativa interpretatio? LXII. Ubi locus sit conjecturis? LXIII. Quando sumantur ex effectibus? LXIV. Quando ex conjunctis? LXV. Quid Interpretatio extensiva? LXVI. Quid Restrictiva? LXVII. Quomodo restrictio oriatur ex defectu rationis? LXVIII. Quî ex defectu materiæ? LXIX. Quomodo ex casus emergentis repugnantia cum voluntate? LXX. Ex quibusnam porro signis aliis? Explicantur Regulæ de collisione Legum.

I.

Quod fundamentum dominii humani in res creatas?

QUoniam qui vult finem, (a) etiam media eidem obtinendo necessaria velle intelligitur; idcirco manifestum est, volente utique Numine, rebus creatis hominem cum ad necessitatem in (b) alimentis tegumentisque, tum ad commoditatem uti. * Imo & eas destruere. An vero & carnibus vesci DEUS primum hominem permiserit? ab Hebræis in dubium vocatur. Quin & aliæ gentes a carnium esu penitus abstinuerunt. Neque nos latent de sanguine, num eo vesci liceat (c) controversiæ. Sed de licito carnium post lapsum esu plana non modo sunt verba Deut. XII. 15. sed & accedit ratio, quod non exigua isto è cibi genere homini utilitas obtingit, & nullum insuper Jus hominibus Brutisque commune est, imo immanes quoque belluas proterere ipsa necessitas jubet, ne deteriore quam illas conditione, hominem (d) esse opporteat.

Speciatim, de Jure esus Carnium.

(a) *quæ efficax in moralibus illatio est.* Pufend. *de O. H. & C.* 1, 3, 11.

(b) *in quæ duo* Paulus *humanæ necessitatis objecta constringit*, 1. Timoth. VI, 8.

* *Gen. I, 28.*

(c) *Occasione* Act. XV. 20. *& varia eo suggerit argumenta Grotius, & nota sunt exempla Ludwelli JCti, Sauberti Theologi, Bartholini Medici: Prohibitus etiam Genti Israeliticæ adeps fuit, æquè ac sanguis, Levit. III, 16, 17. quam tamen Legem ad adipem ovis, bovis & capræ restrictam ex Levit. VII, 23. vult* Moses Majemonides, *de cibis*

De esu sanguinis, relativè.

cibis probibitis c. VII. sect. I. ubi sect. I. cap. VI. docet, ne quidem sanguinem omnem, v. c. piscium, locustarum, & his similium fuisse interdictum. Nam expressè DEUS sanguinem בהמה id est eorum, quæ super terram incedunt, & avium interdixit. Piscium non item, ut ait Grotius ad Lev. VII. 26. ob causam naturalem, quia piscium sanguis non æquè inflammet corpora. Adeps autem intelligitur DOMINO debitus in sacrificium, non qui carni immixtus, Lev. VII, 25. VIII, 16, 25. IX. 10 19, 20.

Rationes contra necem animalium, esumque carnium à Pythagoreis productæ expenduntur.

(d) Nec obstat, quod animantes vitam cum cruciatu linquant; quod sufficere homini opera utilitasque ex iis obveniens potuisset; quod is aliis cibis commodius alatur, & homini breves admodum junctique dentes sint, eorum animalium instar, qui herbis vescuntur; quod Pythagoras denique faciliorem victum ad sanitatem corporis & ingenii acumen conducere persuasit, hoc argumento carnes apud suos proscripserit. Aliud enim est carnibus ad temperationem ac sanitatem; aliud ad pingue pabulum uti; & abusum etiam brutorum esse, supra docuimus. Unde DEUS quietem septimæ diei expressè Brutis indulsit Exod. XX, 10. Ipsum verò discrimen Animalium purorum immundorumque antiquissimum est, Genes. VII, 8. coll. Levit. per tot. ubi sunt, qui cibos ejusmodi prohibitos pravi plerosque succi esse dicunt, à quibus naturali quoque instinctu ante Legem Patres abstinuerint, Israelitæ verò ea lata legalem demum immunditiem contraxerint. Criteria purorum dicuntur divisio unguiæ & ruminatio. Adde, si lubet, Grotium de Veritate Religionis Christianæ V, 9. & eò annotata. Cæterum Veteres Hebræorum Magistri apertè tradiderunt, Messiæ temporibus cessaturam Legem de cibis vetitis, & suillam non minus puram fore, quam bubulam. Quod Daniel à cibo regio abstinuit Dan. I, 8. factum ideo est, quod moris fuit istis gentibus, partem de pane & vino injicere in aram, aut si ara non adesset, in focum vice aræ, atque eo modo Diis suis consecrare totum illud, quod erant comesturi. conf. Gal. II, 12. Meretur etiam addi de Creaturarum destinatione insignis locus 1. Tim. IV. 3. quod DEUS creaturam condiderit εἰς μετάληψιν, id est, eo animo, ut eorum usum generi mortalium indulserit. Est enim μετάληψις nihil aliud quam μεταλαμβάνειν τροφῆς Act. II. 47. XXVII. 34. Cujus ergo μετάληψιν DEUS concessit ipse, cur prohibet Pontifex Romanus? S. Rom. Imperii Status in Gravaminibus Nationis Germanicæ,

De discrimine animantium purorum immundorumque.

Revelatio in subsidiū sumitur.

nicæ, in Comitiis Norimberg. *A. M D XXIII. oblatis: inter reliqua, inquiunt, onera, vel illud minimè postremo loco ponendum, quod constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo divino præcepto vel interdicta sunt vel imperata, quod genus sunt matrimonium, ciborum usus interdictus, quos DEUS ad hominis necessitatem creavit, ac in gratiarum actione promiscuè sumendos docuit Apostolus.* Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον. *Nihil est* חֹל *per se, & citra DEI Legem. Lex autem DEI hac de re gentibus neque unquam data est, & à Judæis per Christum ablata. add. Actor. X. 15.*

De prohibitione esus carnium in Papatu.

Diffitendum interim non est, præcipuos Scriptores arbitrari, ANTE DILUVIUM Jus quidem homini fuisse in animantia, ut scilicet lacte, lana, & mortuorum suo fato exuviis uteretur, non ut in cibum ea verte et; quemadmodum ante Grotium Chrysostomus, Theodoretus, Thomas, *Hugo, auctores Glossæ ordinariæ,* Lyranus, Abulensis, Brentius, Martyr, *& ex junioribus Gerhardus sensere; nixi Gen. I, 29. & IX, 3. quodque posteriore in loco dicatur,* quasi olera viventia dedi vobis, *velut hic sit sensus: hactenus vobis solum olera concessi, nunc perinde etiam animalium carnes vobis in cibum concedo. Vide, quæ ex omnibus historiis congessit* Hieronymus, *secundo adversus Jovinianum, & adde* Porphyrium *hujus argumenti Libro; inprimis tamen* Grotium *ad Gen. IX, 3, & de J. B. & P. II, 20, 9. Neque hunc finem* φύσει *inteatum inficiari videtur* D. Petrus, *bestias quasdam vocans ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, II. Petr. II, 12. ubi Latinus legit* Φύσει; *mota animantia, quæ per naturam in id destinata sunt, ut ab hominibus capiantur & interficiantur. Pro contraria verò sententia pugnat (1) quod probabile non videatur, animantium pellibus ad vestimenta concessis, carnes velut inutiles ante diluvium fuisse abjectas. (2) quod piscium vix alius sit usus quam esus. Quis autem numerosum animantium genus sine usu fuisse dixerit? (3) quia nisi ante diluvium esus carnium fuisset licitus, nulla Abeli ex eo laus fuisset, quod primogenitos pingues elegerit ad sacrificium. Ita Cajetanus, Cornelius à Lapide, & Rivetus. Ægyptiorum superstitio fuit, nullum animans occidere, unde Moyses ad Pharaonem Exod. VIII. 26. Abominationem Ægyptiorum immolabimus DEO nostro; id est, offeremus ea DEO, quæ occidi ac proinde DEO sacrificari nefas habent Ægyptii. add. Gen. XLIII, 32. ubi*

An carnium esus ante diluvium fuerit in usu?

Ratio cur vetitus sit, quorundam animalium esus.

quid garum?

tamen Grotius notat, quod Aben Esdra putet, omni animalium esu abstinuisse Ægyptios, nullum habere testem antiquum. Cæterum quæ ratio sit vetitorum ad esum certorum animalium disputant. Majmonides *ex eoque Grotius causas esse naturales ex bono malove alimento arbitratur. Vide Commentatores ad Levit. XI, 1. & per totum. Pisces, qui squammosi non essent, ne polluerentur, Lex Numæ apud Plinium Lib. XXXII. 2. In Festo quoque inter merces quas polluere liceat, pisces, quibus & squamma; præter scarum. Judæos tamen garum fecisse ex piscibus squamma carentibus, disco ex eodem Plinio, Lib. XXXI. versu 8. quid garum fuerit, seu potius quomodo præparari solitum, ignorari ait Cellarius. Saltem pretiosissimum embamma fuisse indubium est. Ex avibus quædam rapaces sunt, furaces, prædatrices: quædam cadaveribus victitant: quædam immundis in locis habitant: serpentibusque vescuntur: quædam voraces, replendæ ingluviei deditæ, quædam noctem solitudinemq; amant, lucemque & conspectum hominum fugiunt. Hæ omnes à DEO, ob* rationem haud dubiè symbolicam, *ad esum interdictæ.*

II.

An fuerit communio primæva?

In origine Dominii investiganda nec ad malitiam hominum & cessationem amoris, nec ad * *communionem* quandam recurrere proficuum necessumve est; quum proprietas rerum, Divina (a) concessione, sub orbis infantia Protoplasto, & post diluvium Noacho facta, cepisse sine difficultate intelligatur. Et communio *nec fuit unquam, nec est* ullibi talis; sunt etiam qui dicant, nunquam possibilem fuisse. Frustra etiam pro priori ad gentilium testimonia provocatur; *) Sacra enim Scriptura docet, Adamo dominium divinitus concessum, (α) & mox in domestica quoque societate privatum rerum dominium incepisse: ** & pro certissimo habent multi, filios Noachi divisisse gentes & insulas, adeoque dominia rerum constituisse. *** ut non dicamus de loco, quem Kulpisius urget, *Psal. VIII. 7.* nam nisi hominem integrum pro typo Christi intelligas, nihil probabit. Ibi enim Psaltes de Messia

Loca Scripturæ à *D. Kulpisio* producta expendunturex-

expresse loquitur, ...
Ebr. II, 5, 6, 7, 8. 1. C...
Calovius. Cæteru...
Ipseque divisit filie...
Quid clarius? Deu...
innocentiæ ajunt, ...
que latam etiam fi...
non in statu præle...
quæque adeo sine ...
ruralis Suum Cuiq...
nione viventibus co...
hæc debent, velut ...
enim societas, ibi ce...
hil juris, & nullam ...
tuunt esse cum civib...
tatem distrahunt C...
liberalitatis, humar...
in Christi disciplin...
nionem proprietat...
tis, quæ posterior i...
se bonorum suorun...
seere, ac tanquam ...
beat: cui integrum ...
nere, sed cui incum...
ad se non pertinen...
laxius dicta) præc...
***** Quidam vo...

* Ut factum à Grot...
& Lactantius ob...
nione accipi deb...
buit præside Sch...
(a) Communionem ...
minus res in ad...

expreſsè loquitur, cui omnia ſint ſubjecta, interprete Paulo Ebr. II, 5, 6, 7, 8. 1. Cor. XV. 27. quod contra Rivetum urget Calovius. Cæterum *hæreditatem diſtribuit Altiſſimus Gentibus*; Ipſeque diviſit filios Adami, ac ſtatuit terminos populorum? Quid clarius? Deut. XXXII. 8. Non poſſibilem fuiſſe in ſtatu innocentiæ ajunt, quem ordo omnium maxime decuerit, quique latam etiam ſibi habuerit Legem de abſtinentia alieni: (א) non in ſtatu præſenti, in quo regnat diſtinctio dominiorum, quæque adeo ſine injuria tolli non poſſet. adde, quod Lex Naturalis Suum Cuique tribuit. **** Contra, rara eſt in communione viventibus concordia. (ב) Cæterum, non tamen ita capi hæc debent, velut omnis proſcribenda communio eſſet; ubi enim ſocietas, ibi communio: & ſententia illorum, qui ſibi nihil juris, & nullam ſocietatem communis utilitatis cauſa ſtatuunt eſſe cum civibus, omnem, judice Cicerone, ***** ſocietatem diſtrahunt Civitatis. Manent, ſalvo Dominiorum Jure, liberalitatis, humanitatis & varia communicandi jura. Sed & in Chriſti diſciplina diſtinguendum utique eſt inter communionem proprietati oppoſitam, & eam, quæ vocatur charitatis, quæ poſterior in hoc conſiſtit, quod Chriſtianus quilibet ſe bonorum ſuorum poſſeſſorem velut uſufructuarium agnoſcere, ac tanquam fidelem eorum diſpenſatorem gerere debeat: cui integrum non ſit egente fratre ea tanquam ſua retinere, ſed cui incumbat, aliorum neceſſitatibus, iis velut bonis ad ſe non pertinentibus, ſubvenire. Quæ communio (tametſi laxius dicta) præceptis Naturæ & Chriſti conſentanea eſt. ****** Quidam vocant *proprietatem* reſtrictam ac temperatam. *******

Quæ adhuc ſit jure naturali Communio?

quæ jure chriſtiano?

* *Ut factum à Grotio, II, 1. add.* Euſeb. *Præp. Ev. XII, 13. quanquam* & Lactantius *obſervarit, loca Gentilium non de omnimoda communione accipi debere. Conf. Obrecht. Diſſert. quam valde Juvenis habuit præſide* Schalleto.

(a) *Communionem dividunt in poſitivam & negativam*, Poſitive *communis res iis adpellatur, quæ ad plures eodem modo pertinet, adeoque*

Quotuplex Communio?

que involvit socium possessionis, quem proprietas excludit. Negativè res communis dicitur, quæ ante factum humanum sive occupationem non magis ad hunc quàm ad illum pertinet, quia nemini adhuc assignata aut occupata fuit. Hoc sensu communes sunt Insulæ & terræ nondum occupatæ. In Turcia canes communes esse, nec proprios Dominos habere refert Busbequius, Epist. Turc. 3. p. 132.

An, & ex quo fundamento Adamus habuerit Dominium? speciatim,

An ex concessione divinâ?

a) Rex quippe fuit Adamus & Dominus divina Institutione, nec Dominium PER SE supponit factum humanum, ceu putat Vittiar. Instit. J. N. & G. L. II. c. 2. qu. 5. Nec mirum quod ad historica argumenta provocemus, quia hæc quæstio ipsa est historica. Sane nisi Adamus fuisset constitutus Dominus, nihil ipsi licuisset attingere, quod involasset dominium DEI. Refert etiam Josephus, quod Cainus terminos agris posuerit, iisque dominium suum definierit. Est de cætero optimus acquirendi titulus donum à Domino Rerum omnium, ut ipse alibi ait Grotius ad Gen. XV, 18. Neque adeo difficile fuerit, ad dissentientium argumenta respondere. Primum ajunt: Concessionem divinam tale Jus Adamo non tribuisse, vi cujus alios ab usu rerum concessarum excludere potuisset. Igitur per illam concessionem Dominium non fuisse introductum. Deinceps Jure Civili constare, quod Jure demum Gentium distincta fuerint dominia. Igitur Jure naturæ ante dominia obtinuisse omnium Rerum communionem. L. 5. ff. de J. & J. Sed merum, initio, postulatum est, quod formalis Dominii ratio in eo consistat, ut quis alios à rebus sub dominio existentibus possit excludere. Quod si firmum esset, sequeretur hoc absurdum: DEUS post mundum conditum ante creationem hominis nemini hominum ab usu rerum conditarum excludere potuit: aut post creationem hominis ab usu rerum mundanarum homines non excluſit: Ergo non est Supremus totius Orbis omniumq; ejus Rerum Dominus. Deinceps habuit Adamus eo, quo solus erat, tempore Jus & facultatem alios excludendi, licet actu destitutus fuerit secundo ob deficientes eo tempore alios homines. In altero, quod objicitur distinguendum censeo inter primævam dominii originem & ejusdem distinctionem. Posterior est saltim Juris Legumve à populis latarum; modi nempe derivandi res ab uno in alium iis introducti sunt: non ipsum dominium. Alias hoc sequeretur inconveniens, quod omnia quæ in plures dividuntur partes, in nullius antea dominio fuerint, quod quam sit absonum nemo non perspicit.

** Gen.

** *Gen. IV, 3, 4. Distinguit etiam* Bœclerus *inter dominium commune & privatum. DEUM utique protoplastis concessisse dominium commune, eo sensu, in quantum terram indivisim possedere: sed hoc non opponendum esse dominio privato.*

*** *Gen. X. & Bœcler. ad h. l. 2. p. 39, nec inficiari potest Grotius, II, 2, 2. antiquissimæ, inquiens, artes agricultura & pastura in primis fratribus apparuerunt:* non sine aliquâ rerum distributione. *add. tu. Thomas. Jurisprud. Div. II, 10, 115.*

א) gemein/ist selten ein. *Græci ita extulere:* ἰσοπλία μάχλου πλεῖ. *add.* Chrysost. *ad Ephes. IV.* & Hertius *de Paræmiis Juris, Opuscul. To. III. p. 434. Possibilitatem tamen propugnat Grotius II, 1, 2. neque is Status, inquiens, durare non potuit, si vixissent in mutua quadam eximia charitate.*

ב) *dissentit specioſe* C. Thomas. *Jurisprud. div. II, 10. 61. qui & ait: facultatem Adamo concessam nonnisi improprie dominium vocari. Tritum esse proverbium: Amicorum omnia sunt communia. Quo major igitur amicitia fuisset in Statu integro, eo major etiam arctiorque communio. §. 71. Ex hac quippe charitate sequutam etiam inter primos Christianos communionem. Porrò: Ubi sit æqualitas, ibi aptissimam esse communionem. Atqui in statu innocentiæ maximam fuisse futuram æqualitatem. Contra, ex distinctione dominiorum sequi discrimen hominum in divites & pauperes. Posset tamen hoc observari primò: communionem Amicorum esse inprimis animorum, & proprietati, in usus tamen aliorum dispensandæ, non opponendam. Posita enim omnimoda communione cessaret liberalitas & prolixa charitatis documenta ignorarentur.* Deinceps *non omnis* inæqualitas in Statu innocentiæ *cessasset; si inprimis* societatem nuptialem & *Paternam respiciamus.* Nec statim pauper est, *qui tantum non habet atque dives. Igitur admissâ dominiorum distinctione non tamen emersisset paupertas.*

An in Statu integro locum habuisset proprietas? Rationes Viri Clarissimi pro negativa.

**** *Ejusmodi tamen* Communionem *inter primos Christianos viguisse, objiciunt. Act. II, 44 omnia habebant communia. & comma te 45. vendebant bona sua, & distribuebant inter omnes, prout cuique necessum erat. Rursus c. IV, 34. Nemo inter illos inopiam patiebatur; nam quicunque ædes aut agros possidebant, eos vendebant, & allatam de bonis pecuniam ad pedes Apostolorum deponebant. Sed primò: non hæc probant necessitatem communionis, ut Anabaptistæ*

Quæ ratio fuerit communionis primorum Christianorum?

volnerunt; nam ipso monente Petro, poterat Ananias agrum pecuniamque servare, Act. V. 4. Deinceps: non omnimoda intelligitur communio, quasi nihil retinuissent proprii: habebant enim privatas domos, Actor. II, 46. ut inprimis de Maria refertur, c. XII, 12. sed quod qui abundarent, affatim pecunias conferrent, & à necessario illorum usu nemo indigens repelleretur; sive quis alias pauper esset, sive à Judæis cognatis suis odio veritatis expellereturr, aut vexaretur, sive etiam haberet laborandum in verbo. Tertio: fuit ista communicatio, quoad usum quantum necesse fuit, ut expressè in textu dicitur: pront cuique opus erat. Cæterum alibi locorum ne hæc quidem introducta fuit communio, sed collectæ eleemosynæ, 1. Corinth. XVI. 1, 2. & 2. Cor. VIII. 2, 7. Hierosolymis autem observata diversis de causis videtur. Primum enim opus erat bonorum prope omnium collatione, ut crescens indies Christianorum numerus nutriretur, Judæis exosus, omnique eorum ope privatus. Deinceps, uti Hierosolymas & exteri convenire soliti: sic in horum quoque subsidium à primis Christi cultoribus bona conferri necesse erat; quod eo haud dubiè factum ab iis libentius, quod Urbi, in qua ædes agrosque habebant, fatale excidium imminere ex prædicto Magistri Optimi cognovissent. Quid igitur magis consultum, immo quid dulcius, quam bona mox peritura in Christi gloriam & afflictorum ejus fratrum sustentationem convertere? Quid animos ipsorum ad lætum ex ista urbe egressum præparare poterat magis, quam iste propriarum possessionum beatus usus? Imo quid Ecclesiæ usibus erat convenientius, quam ea in urbe, velut schola Christianorum prima ac universali communibus ali sumtibus plurimos, qui, facta mox dispersione, Ecclesiam ingenti cum successu & alibi plantarunt? Act. VIII. 1. XI, 19, 20.

***** Add. Zentgrav. de Jure Gentium artic. IX. §. 8. p. 346. sq. & Cic. Off. III. & in hac communione naturalis exercetur charitas. add. omnino Obrecht. de Communione c. III. p. 13. sq.

****** Sic Jus ipsum naturæ docet, non nos nobis natos esse, sed nostri partem patriam vindicare, partem parentes, partem amicos, uti Cicero Off. primo ait. Vide eund. Off. I, 16. omnibus communicanda sunt, quæ sine detrimento possunt commodari. Idemque de Legibus primo: Ad hominum commoditates tantam rerum ubertatem Natura largita est, ut ea, quæ gignuntur donata nobis consulto, non nata fortuito videantur. Qualem communionem è Cicerone luculenta inqui-

quisitione demonstravit Obrechtus, habita sub Jacobo Schallero Dissertatione, Anno jam M DC LXIV. Addi potest è Theologis Nostratibus, B. Spenerus, Resolut. Dubiorum Grabii c. III. §. 98. & Consens. cum Augustana Confess. §. X. p. 277. sq.
******* conf. Kulpis. Coll. Grot. Exerc. III. p. 38. §. 5.

III.

Quid Dominium?

Dominii ut sic essentiam non ingreditur (a) potestas alienandi: sed Proprietas: (b) & PERTINENTIA AD NOS. Unde etiam Infanti (c) competit dominium, actu non primo saltem, sed & secundo. (d) Non frequens, utilis tamen est Distinctio dominii *in internum & externum*. Hoc adpellatur, quando quis judiciaria auctoritate ac manu pro Domino habetur ac defenditur. Qui tamen internum dominium non habet, ut is, qui bello injusto res hostis adquisivit. (e) Dominium etiam *utile* habere in illa bona dicimus, quorum ususfructus duntaxat est penes nos: directum penes alios, ut quæ tanquam *Emphyteutæ* possidemus. (f) Ab effectu dividitur in *plenum*, vel *minus plenum* sive restrictum. Estque hæc restrictio vel *indeterminata*, dum per Imperium Civile, pro utilitate Reip. dominium variè circumscribitur: vel *determinata*, quando privatis per conventiones similesve actus, intuitu rei nostræ aliquod Jus adquiritur, quod quidem diversum esse solet. Vel enim partem dominii consequuntur, quo casu oritur dominium directum & utile: vel aliud Jus rem ipsam afficiens, ut servitutem aut pignus accipiunt: vel Jus personale, vi cujus Dominum ad præstationem personalem adigere queant, sibi adquirunt. (g) Sed & à duratione Dominium dividitur in *revocabile*, & *irrevocabile*. Porro à subjecto in singulare & commune. Illud uni, hoc multis competit. (h) Sunt etiam Dominii capaces personæ Moales compositæ, uti Civitates, Municipia, Collegia, Ecclesiæ, Nosocomia. Et à Dominorum diversitate res quoque diversas accipiunt denominationes, ut communes, publicæ, universitatis, privatæ &c. dicantur.

quid externum? & internum?

quid directum & utile?

quid plenum & minus plenum?

quid revocabile?

quid singulare?

quid commune?

(a) Est

An dominium consistat in facultate rem abdicandi?

(a) *Est* DEUS *rerum omnium Dominus, quarum tamen ab se dominium abdicare non potest; quippe quod esset contra providentiam conservaque primæ dignitatem.* Osiand. *ad Grot. II, 3, 6.*

(b) *Dominium consideratur vel à priori vel ex consequenti. A priori dicit qualitatem Moralem vel habitudinem vel relationem ad Rem tanquam* MEAM. *Ex consequenti verò vel à posteriori dicit Jus & facultatem disponendi.*

(c) Gal. IV. 1. *quod judiciosè observat Osiander, quia actus secundus dominii non est penes tutorem, sed modus saltem exercendi per vicariam, quam præbet, operam. Quod etiam vidit Grotius, qui dicit Filium prima quoque ætate capacem esse dominii, licet EXERCITIUM IMPEDIATUR ob Judicii imperfectionem. II, 5, 2.*

(d) *Differt* à Jure in Re, *quia qui usum habet, Jus habet in re: non tamen Dominium.* Osiand. *d. l. p. 699.*

(e) Grot. *III. 16, 1.*

(f) Pufend. *Elem. Lib. I. def. 5. p. 33, 34.*

(g) *Cl.* Titius *Observat. ad* Pufend. *de O. H. & C. I, 12, 3. n. 282.*

(h) *Auctor I, 12, 3. sub fin.*

IV.

An mare sit objectū Dominii?

An *& Imperij ac Dominij capax* mare sit; prolixè disputatum est. (a) Auctor de eo sub ratione integri vastoque Oceano, magnis interjecto continentibus, (b) negat, quod ejus custodia uni populo moraliter sit impossibilis, quod etiam de Grotio, quoad statum controversiæ observandum. Namque is mare dominii objectum fatetur ipse, sub ratione partis *de J. B. & Pacis*, II, 2, 13. & quidem territorio inclusæ II, 3, 10. fatetur maris occupationem, docetque quid ea Juris ferat, II, 3, 12. fatetur Imperium maris ratione personarum & territorii, II, 3, 13. &, *vide eo annotata fusissima*, ostendit demum posse Gentes de Jure suo in mare per pacta decedere, II, 3, 15. Sed de vasto Oceano negant Grotius, Pufendorfius, Thomasius, *tum* ex ratione jam allata, & quod qui id imperium affectat, peccaret in officium hominis erga se ipsum, quod jubet supra vires non esse nitendum: *tum* quod natura sua omnibus præbeat usum citra periculum:

culum:

culum diſſidii ſufficientem: *tum*, quod, ut in mari libero * Grotius, ipſe Oceanus undique & undique navigabilis, & ventorum ſtati aut extraordinarii flatus, non ab eadem ſemper, & à nulla non aliquando regione ſpirantes ſignificant, ſatis conceſſum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum: *tum* quod univerſalem unius populi gentisve monarchiam univerſi prope Europæ Principes damnavere. ** Nobis, ut ipſe Grotius non parum limitavit, partim etiam ſupplevit diſputationem de mari libero cœptam, media incedendum via videtur, ut mare vaſtum non quidem abſolutè, in hypotheſi tamen Imperii Dominiique incapax dicendum ſit: Cæterum ratione partium ſub utroque cenſeri poſſe. *** De præcipuis verò partibus, (c) quin abire in Jus tàm dominii quàm imperii queant, non dubitamus, quùm uſui cedere huic illive populo ſpeciatim poſſit, & hiſtoria id ipſum ſufficienter evincat.

(a) *Legi meretur Böclerus ad Grot. II, 48. ſq.* & Grotii *eſt Mare liberum*: Seldeni *clauſum*.

(b) *§. 4. Sic tamen, ut Adamus revera ex conceſſione divina fuerit Dominus totius maris.*

* *Mar. Liberum c. 1.*

** *inclinat eo Böclerus ad II, 2. p. 58.*

*** *objecit in primis ὁ πάνυ, Mare non recipere Terminos; quia fluidum. Ergo non eſſe objectum habile Dominii. Sed nulla eſt connexio, quoniam alias nullus liquor venire in proprietatem poſſit. Deinceps, mare abſolutè non caret terminis, eſt enim littoribus terminatum; ut eſt apud Jobum XXXVIII. 9, 10. Deniq; Major ita limitanda eſt: Q. non recipit terminos* neque ex ſe, ſive è ſuo corpore, neque aliunde, id non eſt *habile objectum dominii. Sic negatur Minor, Nam mare, licet non ex ſe, aliunde tamen ſparſis ſcil. hinc inde Inſulis determinatur. Terminatur ſcil. ſcopulis brevibus, promontoriis, gradibus & circulis cœleſtibus atque lineis mathematicis. Obj. 2. Quod præbet uſum inexhauſtum, id commune debet eſſe omnibus. A. Mare. Sed reſpondent quidam: Etiam terram præbere uſum inexhauſtum, nec tamen eſſe individuabilem. 2. Uſus maris inexhauſtus eſt ratione navigationis innoxiæ: non autem in aliis, v. gr. in excoctione ſalis,*

Argumenta contra dominiũ in mare ſolvuntur.

in piſcatione, in inventione rerum pretioſarum, ut ſuccini ad mare Balthicum, *quod cedit Regi Pruſſiæ.* Ulric. Huberus *diſtinguit inter potentiam maris & dominium. Illam concedit ad tempus: hoc negat.* Quam eſt hoc λογομαχεῖν? *Mare claſſe inſidetur, difficiles aditus & arcta claustra habet; Hæc recludantur: Ergo dominio & Imperio ſubjicinatur.*

Jus piſcandi. Demiſſio Velorum.

(c) *Argumenta allegat* Be man. Polit. Medit. VI. 9. & Parall. VI. 5. *docetque quomodo Angli veniam piſcandi ſemper conceſſerint, honore ſibi reſervato. Quemadm dum & Imperii maritimi indicium dat Velorum demiſſio, indicans nos alieno in territorio agere.*

V.

Quid Dominium eminens? quid vulgare?

Dominium ut monuimus, eſt vel plenum vel diminutum, ſeu minusplenum. Illud eſt vel *Eminens* (a) *vel vulgare.* Diminutio dominii fit vel reſtringendo exercitium ſive adminiſtrationem: vel detrahendo aliquid aut de emolumento, aut de proprietate. Inde nata diviſio Dominii in directum (b) & utile, item quod ſtat intra actum primum vel etiam pertingit ad actum ſecundum. (c)

Illuſtratio *hiſtoriæ Achabi.*

(a) Pufend. *infrà II, 15, 4. ejus fundamentum eſt extrema neceſſitas & communis utilitas. Unde DEUS tantopere indignatus Achabo, 1. Reg. XXI. Nabothum rerum ſuarum dominum nulla neceſſitate in ſua poſſeſſione turbanti, eique vineam optimo ab ipſo Jure poſſeſſam eripienti.*

quid directum? utile?

(b) *Directum eſt dominium, alteri facultate fructus percipiendi & rem utiliter vindicandi conceſſa.* Das Grund-Eigenthum. *Uti e, eſt Jus fructus percipiendi cum poteſtate illam ipſam rem utiliter vindicandi.* B. Lauterb. *Diſp. de Theſaur. §. 19. quali gaudet Vaſallus in agro feudali.* Nutzbar-Eigenthum.

quid intra actum primum vel ſecundum?

(c) *Sic dominium infantum ſtat intra actum primum, id eſt, ad habendi non ad per ſe utendi Jus pertinet.* Gro. II, 3, 6. *quo ſenſu, eodem obſervante, Paulus dixit, pupillum quanquam rerum paternarum Dominum, dum ejus eſt ætatis, nihil differre à ſervis, exercitio dominii ſcilicet.* Gal. IV. 1.

VI.

Quod objectum Dominii?

Objectum *Imperij*, perſonæ: *Dominij* verò ſingularis ſunt Res,

Res, quarum usus omnibus non sufficit, & quarum custodia uni moraliter est impossibilis.

VII.

Quotuplex modus adquirendi Dominiũ?

Acquisitio ejus quod Nostrum propriumque est, duplici fit modo; (a) Originario uno, altero derivativo. Illo, quo dominium aut Jus simile primum nobis constituitur: hoc autem, quo jam constitutum in alterum transfertur. Originariè adquiruntur vel personæ vel res. Hinc duo sunt occupabilia, *imperium* & *dominium*, quatenus ab *imperio* distinguitur. Illud, sive Jus in personas oritur ex generatione, & consensu, (b) bonisve insignibus. In res verò Jus sive dominium originariè adquiritur per Apprehensionem & accessionem. * *Illa* (c) est modus dominium adquirendi per rei cum corpore nostro conjunctionem, animo illam adquirendi factam. Estque ratione objecti vel rerum nullius; vel alicujus. Apprehensio *rerum nullius* vel est ferarum bestiarum, & appellatur generaliter venatio, (d) specialius: Venatio in specie, aucupium & piscatio: (e) vel aliarum rerum, quæ præter feras bestias vel natura vel tempore vel facto sunt nullius. (f) *Apprehensio* verò rerum alicujus pertinet ad modos derivativos & fit vel per vim bellicam (g) vel per traditionem, ad minimum symbolicam. (h) Hæc verò est modus dominium adquirendi per auctum rei nostræ. Estque vel accessio naturalis vel artificialis (i) sive industrialis.

quid apprehensio?

quæ res nullius?

quid accessio? quotuplex?

(a) *Auct. h. l. §. 5. adeoque pacto vel expresso, ut est divisio: vel tacito, ut est occupatio.* Grot. II, 2. 2. *fin. v. c. puteorum, quos velut rem in regione siticulosa valde necessariam, nec multis sufficientem, occupando quemque suos fecisse ait ὁ πάνυ. Gen. XIII & XXI.* Grot. II, 2, 2. *post med. adde Gen. XXVI, 2* . *ubi sæpe repulsus à Philistæis Isaacus copiam denique aquarum nactus, fontes occupavit iisque Rebobot nomen imposuit vide denno Gen. XXVI, 32.*

(b) *huc enim & delictum pertinet.* Grot. II, 5, 1.

* *i. e. originarius modus est vel talis simpliciter, vel secundum quid.* § 5.

(c) *Sic Acanthos* Insula delecta *adjudicata fuit* Chalcidensibus, *qui*

priores intraverant, *non* Andriis, *qui priores jaculum immiserant.* Grot. II, 8, 6.

(d) *Auctor* §. 6. *per occupationem quoque adquiruntur feræ bestiæ &c.*

(e) *EJCtis Nostris, D. D.* Majer *ad Instit. II, 1.*

Jus *inventionis.*

(f) *quæ apprehensio dicitur* Inventio, *cujus verò titulus locum non habet, nisi in rebus* ἀδεσπότοις. *conf.* Deut. *XXII, 2.* Grot. *II, 10, 11.*

Res nullius quæ?

Natura nullius *dicuntur v. c. lapilli, nisi Regalium jure Principibus addicti. Tempore nullius est thesaurus, quem ei cujus erat ager, cessisse apud Hebræos, videtur colligi ex Matth. XIII.* Grot. II, 8, 7.

quid Jus *Warech?*

facto nullius dicuntur res pro derelictis habitæ. Cum quarum tamen Jure non miscendum, das Grundruherecht. *dictum alias JUS VARECH, sive rerum post naufragium littori adjectarum, quæ pluribus in locis, tanquam reditus maris, pro sumtibus in aggeres fisco factis adjudicantur. Nicetæ Choniati prorsus* ἀλογώτατον & *plusquam barbarum. In Imperio* Andronici, *conf.* Cassiodor. *IV, 7. adde Grot. de J. B. & P. II, 7, 1. in notis. Multo minus excusandi Ecclesiæ Ministri, si qui publicis in precibus orent:* daß GOtt das Strandrecht segnen wolle. C. Thomas. *de Jure Consuetudinis* §. 113.

(g) *Occupatio Bellica, Jure Belli, facta ex dispositione Legis. Kulpis. ad Grot. II, 8. p. 69. add.* Jos. *XVII, 15, 18.*

(h) *Add. Majer. d. l. 343. & Knipis. p. 61.*

(i) *Auct. §. 5. & 7.* Pufend. *O. M. IV, 6, 1.*

VIII.

quotuplex accessio?

Ut accessio est vel *naturalis* vel artificialis: sic illius (naturalis) variæ sunt species, ut alluvio, coalitio, insulæ in flumine productio, alvei destitutio. Præcipua autem ac fere intricata est quæstio, an mutato fluminis cursu, imperii etiam terminus mutetur? Ubi prius distinguunt inter agros limitatos,

quotuplices agri?

(a) seu circumscriptos limitibus manu factis, cum quibus, quantum ad præsens negotium, conveniunt agri *mensura* comprehensi, puta, per numerum jugerum designati; & inter arcifinios, qui terminos habent hostibus arcendis maximè idoneos, ut plurimum naturales, puta flumina aut montium supercilia. * Dein sic ajunt: (1) Nihil mutari, si uterque populus agros habeat limitatos certisque jugeribus definitos; etiamsi fluvius cursum

cursum mutaverit; cum nihil relictum sit spatii, quod non ad alterum pertineat. (2) sin terminus imperii habeat qualitatem arcifinii, & flumen paulatim mutetur, mutari etiam territorii fines; id est vel protendi vel arctari, quia particularum accessio vel decessio, aut talis mutatio, quæ toti veterem speciem relinquit, rem sinit eandem videri. (3) Si autem flumen alveum totum deserat, & aliâ penitus irrumpat, fines intelligi esse in medio deserti alvei. Alveum ideo lectum fluvii adpellari & ventrem, in quo is veluti cubet atque contineatur. Rationes producunt pro postremo asserto, quia 1. hoc in casu tota mutetur species; (b) 2. quia ut lapis usum termini præbeat non ut lapis, sed qua hoc loco positus est: ita & fluvius sit terminus populorum, non qua aqua est, ex certis fontibus, rivis aliisque fluminibus collectis, sed quatenus tali alveo fluit talibusque ripis continetur. 3. quia in hoc casu novum videtur flumen veteri extincto, adeoque terminus manebit in medietate alvei, quem flumen deseruit. Quæ tamen omnia vel contraria præsumtione fortiori elidi, vel expressis pactis aliter constitui possunt; inprimis si uni populo consultum videatur, etiam flumen mutato alveo terminum constituere.

Cur alveus dicatur *Lectus* & *Venter* fluvii?

(a) *Ita Grotius II, 3, 16. & Pufend. IV, 7, 11. etsi Gronovius in Grotiana finium expositione multa desideret. Arcisinium ait dictum, non quod finis hostibus arcendis idoneos haberet, sed quod arcuerint fines, vel non haberet fines, mensoria ratione comprehensos. add. Frontin. de re agraria in principio libelli. Flumina tamen imperii munimenta dixit Tacitus.*

quid arcifinius ager?

* *Vide Instrumentum Pacis Ottomanicæ.*

(b) *novum non est, interire flumen, quando sub terram cadit, licet mox resurgat. Justin. 42, 3. Curt. VI, 4. VII, 10.*

IX.

An quod cum agro privatorum coaluit, ad privatos pertineat, disquiritur. Dici posset, Jure stricto ad Principem pertinere *, cujus & ripa ** est, quique ea continetur, alveus; jure

Quod jus accessionis agrorum?

tamen humanitatis, & ob aleam cui qui flumini adjecta bona poſſidet, expoſitus eſt, ad privatum (a) deferri. Si verò à privati fundo aliquid decerptum alteriusque fundo per coalitionem adjectum fuerit: tum id à priore quidem Domino vindicari non poteſt, utilis tamen ad reſtituendum pretium vindicatio conceditur, ne quis cum alterius damno locupletetur. (b) Pro priore ſententia tamen militat, quod cujus juris eſt fluvius, ejus & inſula in flumine nata, per conſequens & novæ productio terræ. Atqui fluvius ad publicum pertinet. (c) Quanquam quibusdam in locis definitum ſit, ut prædia agrive perpetuo ad flumen pertingant, quo ipſo ad privatos Lege civili pertinet alluvio. Ut ante ſæcula aliquot judicatum eſſe de agris ad Moſam & Iſalam ſitis ait Grotius. (e) Non autem ſequitur, privatus ab amne incommoda patitur. E. & commoda accipit, quia commoda de proprio capi debent. (f) Demum accuratè diſtinguenda ſunt naturalia præcepta ab his, quæ pro certo ſtatu ſunt naturalia, ut recte monuit ὁ πάνυ. (g)

* *Ripa, i. e. pars extima alvei, i. e. quo naturaliter flumen excurrit.*

** *Grotius patrimonium publicum vocat, II, 8. 9.*

Jus acceſſionis in Patria.

(a) *Sic hoc in loco plurimum à Nicro præterfluente aucta nonnullorum bona ſunt, qui & auctus quiete, magna ſcilicet Principis indulgentia, poſſident.*

(b) *Majer. ad Inſtit. Lib. II. tit. 1. §. 21. p. 367.*

(c) *Grot. II, 8, 9. Contra eſt Obrechtus ad d. l. qui ripas ait bonis privatorum accenſeri. At conferri poteſt Noe Meurer de Jure aquarum. Ripam ſibi vindicat Rex Galliæ, & Grotius laudat la Sanction des Eaux & Foreſts.*

(e) *II, 8, 12. quo caſu ripæ dominium expreſsè privatis conceſſum eſt, ut notat Jo. Teſmarus. add. II, 8. 13.*

(f) *Grot. II, 8. 13.*

(g) *II, 8. 26.*

X.

qui modus derivativus?

Derivativus verò modus eſt, (a) quo dominium jam conſtitutum, ab uno homine derivatur in alium: ſive diſpoſitione Legis,

Legis,(b) sive facto prioris Domini. (c) An vero ad alienationem naturaliter necessaria sit Traditio? valde dissentiunt. Grotius (d) ut traditio requiratur, ait, ex Lege est Civili. A quo plurimi JCtorum ideo secedunt, quia, cum dominia cœperint à naturali possessione, justum sit, ut in transferendis illis quid accedat, per quod apprehendi queat possessio. Sub distinctione rem explicat Pufendorfius: considerari posse dominium, quatenus est qualitas quædam moralis, separata à possessione: vel quatenus cum ea est conjuncta. Priori modo cessare posse traditionem, non autem posteriori. Ubi etiam distinguit inter possessionem naturalem & civilem. (e) Obrechtus dicit traditionem præsentem non semper esse necessariam, sed sufficere traditionem in futurum, h. e. declarationem, do tibi hanc rem. (f)

An ad alienationem pertineat traditio?

(a) *adpellatur* Alienatio. *Kulpis. Coll. Grot. ad II, 6. p. 60.*

(b) *naturalis, ut in expletione Juris Auctor hoc loco, §. 14. in successione ab intestato. §. 10 in Bellis quoque ob consensum tacitum, §. 14. & eorum subjectum jure naturæ adprobatum. Kulpisius ad Legem Gentium refert p. 69. ibi ac civilis: & qua Jus Romanum Grot. II, 6, 7. & 8.*

(c) *vel mortis causa per testamentum §. 12. vel inter vivos, atque vel gratis vel interposito contractu §. 13. Sic Abrahamus ADHUC VIVUS de bonis inter liberos disposuisse legitur, Gen. XXV, 6. Isaaco in hereditatem destinato, reliquit, quos uxores secundariæ pepererant, dona accipientibus.*

Dispositio Abrahami.

(d) *II, 6, 1.*

(e) *J. N. & G. IV, 9, 5, 6, 7.*

(f) Lauterb. *Comp. L. XLI. p. 563.*

XI.

Etsi Cicero (a) de iis, quæ Legis sunt naturalis, disputans, se non confecturum libellos de stillicidiorum ac de parietum jure gloriatus est; quippe quæ & conscripta sint à multis diligenter, & humiliora quam illa, quæ abs se expectentur; placuit tamen Auctori nonnulla de hisce, quas Jure Romano vocant, ser-

Quod Jus servituti?

ſervitutibus, addere, ob uſum quem in vita communi præbent haud vulgarem, & quod ea ignorare, etſi quis Juri operam non dederit, haud debeat. (b)

(a) Cic. *de Legib. I, p.m. 273. edit. Camerar.*

quotuplices *Servitutes?*

(b) *conf. etiam Zentgr. de Jure Gent. p. 369, 370. Inquit Publii filius; ex patre audivi Pontificem bonum neminem eſſe, niſi qui ſus Civile cognoſcet. Cic. de Leg. II, 287. edit. Camer. Sunt autem* ſervitutes *vel* Perſonales *vel Reales. Perſonales ſunt uſusfructus, uſus, habitatio, operæ ſervorum. Reales ſunt vel* urbanæ, *ut ſervitus oneris ferendi, Luminum, ne luminibus officiatur, proſpectus, ſtillicidii recipiendi; vel* ruſticæ, *iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, ſervitus proſpectus, quæ dicit novi proſpectus acquiſitionem.*

XII.

Quod fundamentum ſucceſſionis ab inteſtato?

Fundamentum *Succeſſionis ab inteſtato* (a) Grotius ponit in conjectura voluntatis, ſeu, quod, ſi quis de ſuis bonis ipſe nihil diſpoſuiſſet, ejus bona devolvi æquum honeſtumque ſit ad eos, quos pro communi hominum aſſenſu cariſſimos habere judicatur. Is verò ordo eſt naturæ convenientiſſimus, ut pro gradu propinquitatis & neceſſitudinis dominium propagetur ac veluti continuetur. Conjecturam voluntatis adpellamus, quia Jure quis velle creditur, quod natura affectusque communis jubet ſuadetque. Hinc & Forenſes Legislationes hoc in caſu ex eo ſe commendare videas, ſi conſtituant ea, quæ Dominorum quisque velle, aut velle debuiſſe intelligitur. (b) Non igitur opponenda eſt conjectura voluntatis naturæ dictamini. (c) Facilimè ad ſocialitatem provocatur, quæ modum ſuccedendi præcipit diſceptationibus non obnoxium & paci procurandæ conſervandæque aptiſſimum. (d)

quid ſucceſſio ab inteſtato?

(a) *Eſt ea nihil aliud, quam tacitum Teſtamentum ex voluntatis conjectura, ſecundum regulas æquitatis boneſtatisque elicita, ac Jure naturæ confirmata. Kulpis. ad Grot. II, 7. §. 1. p. 64. & Grotius, cujus hæc eſt definitio II, 7, 10.*

(b) Num. XXVII, 8. ſqq. *ubi tamen hoc diſcrimen obſervatur, quod filiæ*

lie jubentur eo saltim in casu succedere, si filii deficerent, cum alias apud gentes plerasque filiæ cum filiis succedant. Nimirum revera terra Israelitica DEO feudi more devincta erat. Aliàs & filias in hereditatem successisse testatur antiquissima Jobi Historia sub finem. Cæterum Num. XXVII. comma nono hæc Lex habetur. Si filiam non habuerit, habebit successores Fratres suos. Ubi queri possit, cur patrem omittat LLator? Nimirum eam non negat, sed velut luctuosam & tristem, turbatoque mortalitatis ordine incidentem successionem præterit LLator. Plinius in Panegyrico: Sic quoque abunde misera res est, pater filio solus hæres. Lex Mosaica de Successionibus ab intestato, Num. XXVII. 8. seqq.

(c) *add.* Oſiand. *ad Grot. II, 7, 3. qui & ad 2. Cor. XII, 14. provocat. Est nimirum conjectura voluntatis causa propior, dictamen naturæ causa remotior. Obj. Si per querelam inofficiosi Testamenti potest expugnari voluntas. E. conjectura voluntatis non est causa successionis ab intestato. Sed respondit Grotius II, 7, 7. conjecturam voluntatis attendi, nisi adsit exceptio.* Causa successionis ab intestato.

(d) *est & hic modus succedendi planissimus. Conf.* Pufendorf. *O. H. & C. I, 12, 10 fin.*

XIII.

Sic naturaliter succedunt Parentibus Liberi, si debitum respiciamus, quod ii hos alere tenentur; cum qui causa est, ut homo existat, is, quantum in se est, & quantum necesse est, prospicere ei etiam debeat, de his quæ ad vitam humanam, i. e. naturalem ac socialem sunt necessaria: (a) Deinde, si & officium respiciamus, in quantum parentes creduntur id velle, ut liberis quam optime prospectum sit. (b) Quæ ratio naturalis successionis liberorum?

(a) *Grot. II, 7. 4.* (b) *Grot. II, 7, 5.*

XIV.

Repræsentatio, (a) Vicaria aliis successio dicitur, quando quis non suo, sed Patris v. c. nomine succedit (b) id est, quando liberi in locum defuncti sui parentis promoveri intelliguntur, ut ex majorum hæreditate idem capiant, quod Pater ipsorum capturus fuerat, si eo tempore adhuc viveret, utque adeò in stirpes succedant cum illis, qui cum Patre ipsorum æquo gradu fuerant. (c) Quid repræsentatio? quid Successio vicaria?

(a) Grot. II, 7. 6.
(b) Pufend. *Offic.* I, 12, 11.
(c) *proſtat liber* Jo. Seldeni *de Succeſſionibus ad LL. Hebræorum. Notat Obrechtus confundi à Grotio ſucceſſionem per ſtirpes cum ſucceſſione vicaria, quæ Jure civili differunt. Verum equidem eſt; quicunque ſuccedit Jure repræſentationis ſeu ſucceſſione vicaria, ſuccedit etiam in ſtirpes, ſed non contra. Succeſſio in ſtirpes opponitur ſucceſſioni in capita, & eſt illa, quando plures habentur pro uno, ut in hæreditate, quo plures partem unius accipiunt. v. c. ſi quis tres filios habeat, & unus moriatur relictis duobus nepotibus, diviſio hæreditatis non fit in V. partes, ſed in tres. Diviſio non fit in capita, ſed in ſtirpes, & illi duo nepotes partem tertiam Patri debitam accipiunt. Aliud autem eſt, ſi agatur de Repræſentationis Jure, aliud ſi de ſucceſſione in ſtirpes.*

quid Succeſſio in ſtirpes? quid in Capita?

XV.

Obſervatio de ſucceſſionibus ex decoro Civitatis. An heres teneatur promiſſis defuncti?

Cæterum in iſtis ſucceſſionibus multa ex uſu ac decore civitatis conſtituuntur. (a) Eſt e. g. ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt, ut apud Hebræos: eſt ubi inter ſe æquantur. Succeſſor ac heres omnium bonorum promiſſis tenetur defuncti; „nam ut pro debitis etiam perſonalibus bona defuncti obliga„ta ſint, IPSI RERUM DOMINIO COÆVUM EST, (b) & mero Jure Naturæ ex facto alieno nemo tenetur, niſi qui Bonorum Succeſſor eſt: ut enim cum oneribus bona ſimul tranſirent, cum dominiis rerum introductum eſt. (c)

(a) *recenſita fuſe Grotio II, 7, 11.*
(b) Grot. *II, 14, 10.*
(c) Grot. *III, 2, 1.*

XVI.

Quod fundamentum adquiſitionis ex Jure Belli?

Adquiſitio *quæ fit Jure Belli*, non tam Legi Gentium voluntariæ, quam Juri naturali adſcribenda eſt, quia qui aleam belli ſubit, in omnem eventum velut compromittit, & ex proprio conſenſu, qui utique naturalis obligandi modus eſt, obſtringitur. Adde, quod & per ſubſequentes pacis Tractatus omni prætenſioni in ſuas provincias renunciat. (a) Atque ita quivis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [352] - 342
PUBLIC DOMAIN

quivis in bello solenni sine fine modoque dominus fit eorum, quæ hosti eripit. Sine fine, inquiunt, Lege scilicet aut moribus gentium, quibus infamis non habetur, etiam qui ultra quam humanitas admiserit, grassatus est. (b) Ubi tamen justum seu licitum externum ab interno probè secernendum est, & licitum quandoque vocatur, quod publicum est, quemadmodum & consensere in aliquibus Jura peccato. (c) Quorsum Nicephori Gregoræ pertinet effatum: In pugna & acie quicquid feceris, excusationem habet: cum ratio oppressa jacet, & manus velut ebriæ mente non reguntur. (d) Cæterum, quia videmus, quot tricas dederit diversa Juris Gentium acceptio, (e) cur non cum Grotio objecta distinguimus, & quædam Juri Naturæ, quædam Legibus gentium civilibus adscribimus? Legem enim gentium omnium, Naturali prorsus contradistinctam, ægrè demonstrabis. Si consuetudinem intelligas rationabilem, non refragabor; * quæ gentes ex capite pudoris & humanitatis officii admonet, legaliter vero, ac velut ex communi consensu non obstringit. (f) Sic Cicero Jus Naturæ in de Officiis sæpius vocat Jus gentium, & Imperator §. 11. Inst. de rer. divis. ait: quarundam rerum dominium nanciscimur Jure naturali, quod (sicut diximus,) adpellatur Jus gentium. Quem locum quippe luculentissimum, aliis pensitandum relinquimus. (g)

Quid Tò, Sine Fine, in bello?

Incidenter de Jure gentium.

(a) Pufend. *Offic. I*, 12, 14. *II*, 10, 2. *Romani ad Volscos: Nos, inquiunt, optimum judicamus possessionis genus, quod belli jure captum quæsitumque est. Dionys. Halicarnassens. L. VII. add. Grot. III*, 6, 7. *Narrat Justinus ex Trogo, qui ante Ninum bella gesserant, non Imperium sibi sed gloriam quæsisse & contentos victoria abstinuisse Imperio: Ninum primum fuisse, qui fines Imperii proferret, aliosque populos bello subigeret.*

de acquisitione bellica, historice.

(b) *Ibid. II*, 16, 12.

(c) *ut ait* Cyprianus *allegatus Alberico Gentili de J. B. I*, 5.

(d) *conf. omninò Obrecht. de Rat. Belli II*, 1. p. 9.

(e) *Grot. II*, 8. 1.

* certè

* *certè Grotius non negat, posse populum quemque inter suos contra Jus gentium constituere, in materia de Jure Præd. III, 6, 13.*

(f) *add. JCtus Noster, D. D. Majer. ad Inst. L. I. Tit. 2 p. 58. & vide notas nostras ad Pufendorf. de Off. II, 16. ut & Ziegler. ad Grot. I, 1. 10.*

(g) *Instit. Lib. 2. tit. 1. lege 11. ubi Jus in naturale & civilia rotundè dividitur.*

XVII.

An postliminiū adversus pactiones cū hostibus?

Et adversus pactiones quidem cum hostibus factas non est POSTLIMINIUM. (a) Nisi quod expulsis hostibus, redeunt agri ad priores dominos (b) naves item longæ, (non lusoriæ) equi, quoniam hi sine culpa equiti proripere se potuerunt: (c) Provocat in materiam postliminii ad exemplum Abrahami, viri non pii tantum animi, sed & excelsi, Grotius, qui res captas omnes reduxerit, ac sibi nihil voluerit sumere, cæterum de rebus receptis quasi suo jure decumam DEO dederit. (d)

Illustratur exemplum Abrahami, prædam recusantis, Gen. XIV, 22, 23.

(a) *Grotius describit per Jus, quod nascitur ex reditu in limen, id est, fines publicos. III, 9, 2. III, 9 8.*

(b) *III, 9, 13. etsi sint, qui aliter docerent.*

(c) *III. 9, 14.*

(d) *Grot. III. 16, 3.*

XVIII.

quid usus-fructus? quid Lidolaip?

Ususfructus antiquioribus quoque Germanis fuit in usu, & voce Germanica Lidolaip expressius, quasi **leihen zu Leib/** ut sit beneficium sub usufructuario vel ad victualem necessitatem vitæ concessum. (a) Cæterum servitus Luminum respicit novam Luminum acquisitionem: Servitus verò ne Luminibus officiatur, Luminum Conservationem. (b) **Daß man einem nicht darff das Licht verbauen.** Servitus denique prospectus dicit novi prospectus constitutionem. Pertinet huc contractus emphyteuticus, qui fit de utili rei immobilis Dominio transferendo, sub lege meliorationis & certæ pensionis annuæ in recognitionem dominii directi solvendæ. (c)

(a) *Legi meretur Kulpis. de Consolidatione p. 12, 13. §. 12.*

(b) *Majer. ad Instit. II, 3. p. m. 401, med.*

(c) *sic*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [354] - 344
PUBLIC DOMAIN

(c) *sic quintam proventuum partem exegit Pharao in recognitionem dominii ab se adquisiti, Gen. XLVII, 24, 26.*

Exemplũ emphyteuseos è sacris,

XIX.

Testamentum * rigorose loquendo ad Jus Naturæ non pertinet: (a) reductive tamen eo spectare facile intelligitur. (b) Quod id ** conjecturæ naturali maxime sit consentaneum, non tamen Jure naturali necessarium sit. Dividitur autem in solenne & minus solenne, ob varietatem modi, quem ex Lege cujusque Civitatis sortitur. Illud vel scriptum est (c) vel nuncupativum. (d) Hoc alias Privilegiatum adpellatur. (e) Quale est Militis: Paternum item (f) ut & tempore pestis factum: item Testamentum Rusticum, & quod ad pias Causas vocant. Cæterum solebant veteres ante obitum bona distribuere, & bona filiis, præcipue primogenitis assignare. (g)

An Testamentum pertineat ad Jus Naturæ?

** Grot. II. 7, 11. quotuplex testamẽtum? quid privilegiatum?

* *eum heredem designans, quem habemus carissimum, uti Abrahamus, si sine liberis discessisset, res suas Eliezero relicturus fuerat, ut diserte indicat locus Gen. XV. 3. Sic & apud Græcos fuisse vetustissimum testandi morem patet ex Sophocle, Euripide, Homero. add. Grot. de J. B. & P. II, 6. quam potestatem Lex Hebræis non ademerat omnem, sed terminis quibusdam inclusérat. Deuter. XXI, 16. Sirac. XXXIII, 15.*

Exemplũ Testamenti ab Abrahamo conditi?

(a) *ob deficientem necessarium cum socialitate nexum. Non enim necessariò desineret humana societas, etsi patri v. c. non liceret testari.*

(b) *Pusend. de J. N. & G. II, 3, 22. quod evidentem socialitati utilitatem adferunt, adeoque è generalibus rationibus defendi possunt. Cicero, cum de affectione erga propinquos egisset: Ex hac, inquit, animorum affectione Testamenta commendationesque morientium natæ sunt. Off. 1.*

(c) *quod inscriptis solenniter conficitur. D. Majer. ad Inst. II, 10, 3. p. 486. unde quæ solennitates requirantur, Civem nosse oportet.*

(d) *quod per nuncupationem heredis solennem fit. Maj. d. l. p. 495.*

(e) *quæ absque solennitatibus istis Civilibus perficiuntur. Instit. L. II. tit. 11.*

(f) *D. Majer. d. l. p. 505, 508, 509, 510.*

(g) *Gen. XXVII, 37.*

XX.

Iterum de successione ab intestato.

Universitas bonorum Lege transit per mortem Domini in successionibus ab intestato, de quibus Illustris extat Lex Mosaica, (a) occasione filiarum Zelaphechadi promulgata.

(a) *Num. XXVII. adde* Pithoeum *Collat. Leg. Mos. & Rom. Tit. XVI. p. 78. sq. & in Notis p. 204. & quæ* supra *§. XIII. lit. b. diximus.*

XXI.

Quæ ceremoniæ circa translationem dominii?

Habuere etiam, habentque adhuc nonnullæ Gentes circa Dominii translaaionem cerimonias, ipsam quidem Juris cessionem eleganter adumbrantes. Talis erat solutio traditioque calcei apud Ebræos. (a)

(a) Ruth. IV. 7. *q. d. Habes calceum meum, quo agrum hactenus calcavi, eum uti tu deinceps calcei. Adde doctiss. Bynæum de Calceis Ebræorum.*

XXII.

Quid Jus Vacantiæ? Quid Jus Albinagii?

Jus Vacantiæ (a) Juri naturæ non repugnat: sed Albinagii, (b) quod in Gallis obtinet, cum eodem ægrè conciliabitur; quoniam (si alia transeamus) etiam peregrinis testamenta faciendi facultatem relinquere æquissimum est. (c) Id verò jus ab illa videtur venisse ætate, qua externi pro hostibus habebantur. Itaque apud moratiores populos merito exolevit. (d)

Definitio juris *vacantiæ.*

(a) *est id potestas defuncti civis bona, deficiente herede legitimo occupandi, inque usus Reip. convertendi. Dn.* Müller. *Instit. Polit. P. I. c. VII. §. 145. p. 259. add.* Grot. *II, 3, 19. si quid Domino particulari carere incipit, non fit occupantis, sed ad universitatem aut Dominum superiorem redit. Inde olim* κηρωσαι, *magistratus, qui bona sine liberis decedentium administrabat.*

(b) *quod est Jus* albinatus, *Gallis* aubeine *vocatur, vi cujus bona albinorum sive peregrinorum defunctorum, nisi forte privilegium naturalisationis ante mortem impetraverint, Regis fisco cedunt, nec vel testamentarii vel legitimi successores admittuntur. Quod durum est, quia Justis peregrinorum hereditibus bona aufert.*

(c) *eamque ob causam in Imperio receptum. D. Majer. ad Instit. II, 12. p. 514.*

(d) Grot. *J. B. & P. II, 6, 14.*

XXIII.

XXIII.

Poteſt omnino diuturna aliqua, * nec interrupta poſſeſſio validum dominii vel Imperii titulum fundare. ** Nec inconvenienter hanc in rem urgeri exiſtimaverim exemplum Jiphtachi. (a) Quæ enim ſocietatem humanam adjuvant etiam conjecturæ, favorabiles putandæ ſunt. (b) Ratio etiam peti poteſt à natura ſocietatis humanæ, quæ vult actibus ſufficienter indicatis fidem haberi. Si itaque qui longo tempore rem ſuam non repetit, ſatis oſtendit eam ab ipſo haberi pro derelicta: juſtè ei habebitur fides, & poſſeſſio alterius roborabitur. Adde quod *magna* eſt *temporis* vis, & memoriam ſi excedat, infinitum habetur moraliter. (c)

Accedit ad argumentum de *Præſcriptione.*

* *vocatur* præſcriptio & uſucapio *promiſcuè. Illa tamen* ſpecialiter *eſt exceptio, quæ opponitur illi, qui rem adquiſivit: Uſucapio eſt Jus poſitivum.* Præſcriptio *eſt via negandi, qui nos in judicio petit. In genere uſucapionem definimus, quod ſit modus adquirendi ſingularis (derivativus) quo is, qui rei alienæ poſſeſſionem bona fide juſtoque titulo adeptus eſt, eamque per tantum temporis ſpatium, quantum priori Domino ad rem ſuam inveſtigandam & perſequendam videbatur ſufficere, illius rei dominium & proprietatem adquirit.*

quid præſcriptio & uſucapio?

** *Juris naturalis eſſe nonnulli dicunt ob ſocialitatem, quia lites præſcindit, & alias humana ſocietas perpetuis Bellis involvenda eſſet. vide tamen* Oſiand. *ad Grot. II, 4.*

(a) Jud. XI. 26. *ad CCC annorum poſſeſſionem provocantis, eamque Ammonitarum Regi, veteres inter Arnonem & Jabokum Provincias vindicaturo,* præter Jus Victoriæ, *objicientis. add. Grot. III. 6, 7.* Τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινὰς ἣν ὑπογένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσιν, *ajunt Lacones apud Iſocratem Archidamo.*

Exemplũ Jephtæ ad *præſcriptionem* provocantis.

(b) *Grot. II, 1, 2, 3. conf.* Puſend. *Rer. Brandeb. XVIII. 61. Abſurda eſt Præſcriptio, quam Dogmatum ſuorum antiquitati prætexunt Pontificii, ab* Hülſemanno *fortiter profligata.*

Non habet in dogmatibus locũ præſcriptio.

(c) Grot. II, 4, §. 5, 6. *Obj. nullam eſſe vim temporis. E. malè à tempore Jus quæri. Reſp. eſſe utique vim moralem, circa conciliandum poſſeſſori favorem. 2.) ſi enim non eſſe factum aliquod, ſed meram*

Objectiones.

contra Jus Præscri. ptionis solvuntur.

ram omissionem. Igitur non fundare Jus. Resp. sub factis etiam comprehendi moraliter non facta. vel sermo nobis est de silente scienter, certisque cum circumstantiis. Grot. II. 4, 5. *Obj. 3) nondum natos non consensisse in derelictionem, cum nondum fuerint. R. ipsis nihil posse decedere, ne quidem per consensum tacitum. Ubi enim locus non est consensui expresso, ibi nec tacito. R. ad antecedens: sed nondum natos neque Jus habuisse. 2. Loqui nos de Jure naturali. Civili enim Lege non insolens est, ut Lex personam nondum existentium repræsentet. Grot. II, 4, 10. 4) objicit* G. Amesius *de Conse. V, 41, 19. Si bona fides hoc loco nil aliud est quam falsa persuasio possidentis: Ergo talis possessio ex præscriptione erit injusta, & adversus Legem Naturæ. Rursus: Quod Jus fovet possessionem rei alienæ, id injustum est. A. Jus usucapionis. Sed Responderi posset α) in priori argumento antecedens esse falsum. Non est falsa persuasio formata, id est, imputabilis vel culpabilis, quæ bona fide nititur. Etenim non est humanæ facultatis dominiorum justitiam examinare, sed sufficit credere, eum à quo rem habeo, Dominum fuisse, donec probetur contrarium. add.* Pufendorf. *de Off. H. & C. II, 14, 4. 2. in altero minor pariter est falsa. Res enim sic possessa, ab alio derelicta, pro aliena non haberi potest; nec quæ justo titulo, puta emtione, donatione & similibus ac bona fide possidetur. 3. Collisio videtur esse præceptorum:* Res Domino invito non est auferenda: *& illius:* Reipublicæ interest, dominia in certo collocari. *Sed hoc* vincit posterius, *quia dominia non sunt introducta turbandæ, sed tranquillandæ ergo societatis.*

XXIV.

An Præscriptio locú habeat inter Gentes liberas?

Sufficiens, & præcipua inter omnes pro justitia usucapionis ratio est, à Socialitate, (a) quoniam sine ea nullus litium controversiarumque finis esset. (b) Altioris est indaginis quæstio: *An Præscriptio locum habeat inter Gentes liberas?* Adfirmat Grotius, (c) & diuturnam aliquam possessionem validum Dominii vel Imperii titulum Gentibus liberis earumque Rectoribus tribuere posse ostendit. Ubi (d) eruditè admodum incedit, & priusquam veros & maximè genuinos decidendi fontes aperiat, viam ad illos præparat: gravibus in utramque partem dubitandi

- bitandi

dubitandi rationibus, sed quæ aliquo modo etiam ad decisionem faciant, præmissis. Initio contra usucapionis inter liberas gentes usum insigne momentum profert ex Cl. JCto Hispanico, *Fernando Vasquio*: quia præscriptioni ex solo Jure civili origo, inter eos, qui juri civili non subsunt, eam valere non posse; firmatque Vasquii rationem eo fundamento, quod tempus ex suapte natura, nullam habeat efficaciam, adeoque solus temporis lapsus Jus alterius extinguere, aut dominium cuiquam naturaliter parere non possit. Mox probata quodammodo Vasquii sententia, in partem alteram, cur simpliciter admitti nequeat, validam dubitandi rationem (quæ porro ad penitiorem rei decisionem deducat) §. *atqui si id admittimus*, promit. Fore enim si nulli temporum lapsus inter summos Principes liberosque populos valeant, controversias de Regnis regnorumque limitibus immortales. Quod & bellis perpetuum fomitem suggerat, & communi gentium consensui repugnet. Prius illud per se manifestum, &, quæ civilis inter privatos usucapionum juris vel primaria utilitas est, ut litium finis sit, eo magis inter diversos populos locum habet, quia inter hos nullus communis Judex, & armis omnia, ubi amice res componi nequit, disceptanda. Posterius secundo paragrapho exemplis & auctoritatibus firmat. Inter quæ memorabile est exemplum Jephtæ, superius jam laudatum; & præter alia in Grotio obvia, multa occurrunt in scripto Gonzagæ apud Thuanum. (d) Egregius est in Pufendorfii Rebus Brandeburgicis locus, ubi, qui Jura Imperii contra Gallos deduxerunt Anno MDCLXXX, animose non minus ac ex vero ad immemorialem possessionem provocarunt: Longè (ajunt) iniquius esse (plura parum æquitati congrua præcesserant) Status immemoriali, quin plurium seculorum possessione nixos ad editionem suorum titulorum CONTRA OMNIA JURA cogere. Hoc enim modo omnes totius orbis possessiones & dominia incerta redditum iri. (e) Sane vero si privato jure usucapio

Rationes Grotianæ pro Præscriptione inter Gentes Liberas.

Ubi & Analysis Cap. IV. Libri II. de J.B. & P.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [359] - 349
PUBLIC DOMAIN

capio bono publico introducta est, ne quarundam rerum diu & fere semper incerta dominia essent: quidni ad Respublicas tam salutaris Juris ratio quadret? (f) Sunt, qui cum (g) Grotio ad Jus quoque Gentium provocent, à quo neque Pufendorfius, tametsi parum alias juri gentium voluntario favens, videri alienus poterat: (h) Usucapionem, inquiens, prout abstrahit à punctis temporum per Leges civiles designatis, esse velut appendicem & consectarium dominii rerum, adeoq; cum dominia introducerentur, id quoque PACIS caussa placuisse, ut qui aliquid, neque vi, neque clam, neque precario, suo nomine possideret, tantisper Dominus præsumeretur, quoad ab altero contrarium probaretur; qui autem per longissimum temporis spatium, per quod nemo mediocriter diligens rem suam negligere creditur, quid bona fide possederit, rerum petitorem plane possit repellere, quia non citius rem suam vindicatum iverit. (i)

(a) *nec opponenda sunt, quæ videntur opponi apud Virum Illustrem, qui aliam haud dubiè mentem habuit.* Coll. Grot. *ad II, 4. §. 2. p. 44.*

(b) *conf.* Pufend. *Elem. I, 5. 24. p. m. 75. ubi hoc argumentum inprimis urget.*

(c) *II, 4, 4.*

(d) *est hæc observatio eximia Celeberrimi Viri* Jo. Wetlhofii, *Vindiciis Grotiani Dogmatis de Præscriptione inter gentes liberas §. 9. Ubi plura videri possunt.*

(e) Pufend. *de Reb. gestis Friderici Wilhelmi XVIII, 15. p. 1399.*

(f) Silhon *dans le Ministre d'Etat L. 1. diss. 11.* autrement certes la condition de tous les Princes seroit miserable; ils ne seroient jamais asseurés en leurs E'tats.

(g) *II, 4, 9.*

(h) *IV. 12, 7, 9.*

Rationes P. Puteani.

(i) *non obstant quæ* Petrus Puteanus *(du Puy) Regi Gallarum quondam à consiliis & Bibliothecis ex pharetra Vasquii L. II, 51, 28. qq. III. desumta objicit.* (1) *Usucapionem Lege civili inventam. Et Reges populosque liberos non stringere.* (2) *Jus naturæ poscere, ut suum quilibet Jus illibatum perpetuoque servet. Igitur præscriptionem*

nem Jus non dare. 3) Si præscriptio licita sit, fore une espece de peine que la loy inflige aux negligens. At pœnam inter Principes populosq; liberos locum non habere. 4) Reges esse tantum usufructuarios. Ideoque populo nihil posse in præjudicium derelinquere. Sic bona Coronæ Franciæ decreto Francisci I. de A. M D XXXIX. esse inalienabilia; quod decretum sit à prioribus jam Regibus propositum. 5) excipi potest: Quod ab initio non valet, ex postfacto convalescere non potest. Sed derelictio præsumta & eam sequuta apprehensio sine tractu temporis ab initio non valet. E. post tempus aliquod convalescere non potest. Sed ad 1. Resp. prim absolutè non verum esse. Usucapionem enim pax ac vita socialis exposcit. Igitur Jure naturali nititur, quod & summos imperantes stringit. Ad 2. negne antecedens absolutè & citra restrictionem verum esse. Nam & altera Lex naturæ est, ut dominia sint certa, ac in tuto collocentur. Huic igitur ob pacem Lex prior cedit. Sed & alia est Lex, ut voluntas Domini Jure suo cedentis valeat: Ergò & præscriptio adversus eum valet, qui rem suam longo silentio dereliquit, eamque ab se pro sua non haberi ostendit. In III. minor est falsa, quidquid videatur Puteano & Hugoni de Roy. Non enim est scopus præscriptionis multare negligentes, sed perturbationes Reipublicæ cavere, & paci consulere. Ad IV. Decreta Galliæ Regum non obesse Principibus exteris. Et quam ineptum est, uni Regno ejusmodi privilegium asserere, ut ipsum quidem aliis sua eripere possit, sed quæ semel arripuerit, nunquam ullo modo ab eodem iterum separari queant. Pufend. J. N. & G. VIII, 5, 9. 2. Velim explicari solidè ex principiis Puteani, quo Jure Coronam Gallicam in Carolinam stirpem Pipinus, in Capetinos Hugo transmiserit si nunquam legitimis Regibus interversa potestas in Jus verum transivit? Ad V. Resp. imitat Grotius Majorem: nisi causa nova interceserit, quæ jus parere idonea sit. 2. Malè illa regula huc applicatur, quia agit de illis, quæ ab initio vitiosa sunt; sed hic agitur de re, quæ est inefficax tantum, non quæ vitiosa est. Præscriptio non statim valet initio, valet tamen debito tempore. Frustra demum receptæ inter DD. Juris Naturalis sententiæ de Præscriptione inter gentes liberas vetustum illud: ADVERSUS HOSTEM ÆTERNA auctoritas esto, opposuit Marchio Hospitalius. Quippe, quod nihil aliud vult, quàm eum, qui non sit Civis Romanus, sed hostis, id est, veteri illo XII. Tabul. flylo peregrinus, quantumvis

Contrà Præscript ionem inter Gentes liberas solvuntur.

rem alienam possideat, idque continuè & longo satis tempore: tamen usu, id est, possessione, auctoritatem, id est, dominium adquirere non posse, sed Civi perpetuam fore vindicandi facultatem. Quæ quidem Civilis Legislatio Principes Civitatesq́, in Statu ad se invicem Naturali existentes nentiquam concernit.

XXV.

Quot modis oriatur obligatio ex jure, quod in res competit?

Ex jure quod in res competit, duobus modis oriri obligationem ait Grotius: uno, *è rebus extantibus*, altero *ex non extantibus*. Priori quidem modo obligatio hæc nascitur, qua tenetur is, qui REM NOSTRAM habet in potestate sua, efficere, quantum in se est, ut in nostram potestatem veniat. (a) Ratio est, quia Jus naturæ vult, ut suum cuique tribuamus, & quemlibet pati debemus quiete rebus suis frui. (b) Quod officium contractibus etiam particularibus præponderat, iisque exceptionem dat. v. c. si fur apud me, inscium furti rem furtivam deposuerit, & post verus ejusdem Dominus adparuerit, huic, non furi, eadem erit restituenda. (c) Grotius ad contractum universalem provocat, qui omnes homines teneat, & jus quoddam Domino pariat, rem SUAM vindicandi; (d) quem tamen fictitium censet Kulpisius, (e) nisi velis Grotium benigne interpretari, qui *tanquam* ex contractu universali derivat obligationem, cum uno utique ac perpetuo consensu Natura humana in Legem de abstinentia alieni consenserit. Proxima, ut dixi, ratio est Lex naturæ, de non lædendis aliis, (f) quæ obligatio dici aliàs connata solet, omnesque homines adversus quoslibet qua tales stringit, per quam invicem jus naturæ usurpare, socialemque vitam agere debent. (g) Vocatur etiam communis, qua Creator omnes homines ut Tales inter se devinctos voluit. (h)

Expositio Auctoris l. 13, 2. & seqq.

quæ obligatio communis?

(a) Grot. II, 10. 1.
(b) Pufendorf. *Off.* I, 13, 1.
(c) Pufend. *d. l.* I, 13, 2.
(d) de J. B. & P. II, 10. 1,
(e) ad h. l. Grotii *Exerc. VI. p.* 74. *conf.* Ciceronem *de Off.* III, 17.

(f) Pu-

(f) Pufend. *Offic. I, 6, 3. & I, 7, 2. obligatio.*
(g) Pufend. *Elem. I. defin. 12. n. 1. p. 114.*
(h) Pufend. *Off. I, 6, 1.*

XXVI.

Quid, si res non extet?

Posteriori modo, atque circa res non extantes, ea est obligatio, ut si res aliena, bona fide parta, sit consumta, tantum restituamus Domino, quantum facti sumus locupletiores; quia, ut Cicero ait, contra naturam est, ex hominis incommodo suum augere commodum (a) imo magis contra naturam, quam mors. (b) Vexata quæstio est: An is, qui rem alienam emit, possit eam restituere venditori, ut pretium servet? Negat Grotius, quia ex quo res in ejus fuit potestate, jam cœperit obligatio restituendi (c) Ergo furi non posse restitui. Objicit tamen *Zieglerus*, (d) obligationem restituendi non excludere charitatem, quæ incipit à se ipsa. (2) nihil interesse Domini, à possessore vel venditore rem recipiat. 3. quia hoc pacto emptor facilius recipiat pretium. (e)

An, qui rem alienam emit, eam possit restituere Venditori? Rationes *Ziegleri* pro affirmante

(a) Cic. Off. III, 5.
(b) *ibid. III, 5. ex quo, inquit, efficitur, hominem homini nocere NON*
(c) *II, 10, 10.* [*POSSE.*
(d) *ad Grot. II, 10, 10.*
[e] *Responderi posset, utique venditori dari posse, si Domini nihil interfit: alias secus, quia, ut habet Grotii ratio, ex quo res mea est in alterius potestate, cœpit obligatio reddendi. Præceptum Legis Naturalis est: neminem lædendum, neminique quod suum est, ullo pacto subtrahendum.* Pufend. *Off. I, 6, 3. 2. Amor incipit à se ipso, sed & nemini nocet. At vero nocerem alteri, tradendo rem suam furi quod utique injustum est. Speciosè objicit Dicastillo. Qui contractus est dolo malo initus, ille potest ac debet rescindi. Atqui rescissio non aliter ac melius fieri potest, quam si res furtiva reddatur venditori. Sed Resp. Majorem de contractu intelligi, ubi in utroque ad contractum accedendi jus est. At heic venditor nullum plane Jus vendendi habet. 2. Rescissio hoc modo fieri non potest, quia si præsens esset Dominus, utique ne ex adversariorum quidem sententia venditori res dari posset, sed necessario redderetur Domino.* solvuntur.

XXVII.

Quid præcipiat Lex Naturalis circa restitutionem fructuum?

Circa *Restitutionem rei* alienæ possessori Bonæ fidei impetratam id inprimis advertendum est; (a) An possit recuperare id, quod sibi re evicta (b) decedit ab eo, abs quo rem oneroso titulo accepit. Nisi enim hoc sit, non tenetur ad restitutionem fructuum consumtorum, quia eo casu non est factus locupletior, qui restitutæ abs se rei alienæ pretium ab Auctore suo recuperare nequit.

(a) Pufend. *O. M. IV*, 13, 9. *p. 661.*

quid evictio & ex Cicerone.

(b) *quodsi enim Venditor non sit Dominus, Emptor evictionis nomine venditorem obligat. Add.* Greg. Tholosan. *Syntagm. Juris Universi XXV*, 22, 145. *Est etiam casus evictionis à Cicerone laudatus, Off. III, 16. p. m. 135. ubi & de arbitrio: quid sibi ea de re facere oporteret ex FIDE BONA?*

XXVIII.

Quid paupertas, ex oppositione Dominii?

Dominium ut sic non (a) dicit Independentiam liberam; *paupertas* verò est (b) indigentia externarum rerum sive Instrumentorum ad (c) necessitatem & commoditatem hujus vitæ requisitarum. (d)

(a) *Contra Monachos mendicantes D. Schaller. de Paupertate Monachorum Disputationes singulares edidit.*

Contra paupertatem *Monachorum.*

(b) *non tamen dicit omnimodam abdicationem.* Schaller. §. 7. *Cic. in fragmentis l. 1. de Oecon. Paupertas certissima est, cum alicujus indigeas.*

(c) *quis potest pauper esse, qui non eget? Minuc. Felix, non procul à fine. At Monachi non egent.*

(d) *Paupertas vel est Oeconomica vel Politica. Illa est egestas contrariorum. Hæc judicata à censis. Exemplum dat Schallerus* von den drey-Schilling-Burgern zu Straßburg/ *qui saltem 3. asses quotannis pendunt. Quot Proprietarii fame in bello mortui sunt, at de Franciscanis tale nihil legimus.*

XXIX.

An res sacræ veniant in commercium?

Inter ea quæ Lex divina (a) humanaque in commercium venire vetuit, res eminent sacræ; cui interdicto oppositum peccatum (b) Simonia appellatur. (c)

(a) *Auct.*

(a) *Auct. §. 3. med. & sub fin. de Simonia.*

(b) *quam communiter definiunt, quod sit studiosa voluntas emendi vel vendendi pretio temporali aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Conf.* Osiand. *Theol. Casual. P. ult. c. 2. p. 40. Dist. tamen inter acceptionem pretii temporalis pro re spirituali, & acceptionem Stipendii pro labore. Luc. X, 7. quia operarius est dignus mercede sua. De honorario post absolutionem* Beicht-Pfenning / *vide Osiand. d. l. p. 61. Gratiæ tamen DEO agendæ, si Ministri iis gaudeant salariis, ut his non indigeant.* quid Simonia?

(c) *sumta nomenclatione à Simone Mago Act. VIII, 20. seq.* Lutherus *in cap. 21. Gen. Totus Papatus substantialiter plenus est Simonia, ut si tuleris Simoniam ex Papatu, jam Solem inde tulisti. Huc pertinet Historia Indulgentiarum, quam vide apud Sleidanum & Sekendorfium. Ut recte scripserit Mantuanus:*

— — — venalia Romæ
Templa, Sacerdotes, Altaria sacra, Coronæ,
Ignis, thura, preces, cœlum est venale DEUSque.

Videndus omnino Pufendorfius de Monarchia Pontificis Romani. Huc pertinet, quod ajunt Hominem esse DOMINUM suorum bonorum operum, quæ possit aliis communicare. Bannez. de Dominio q. 2. §. 4. Cur non & vendere?

XXX.

Commendatio §. 4. capitis XIV. & §. 8. ac Locus de Numismatica & itinerariis huc refertur.

Commendari in hoc cap. XIV. Paragraphus quartus inprimis meretur, quod ad eundem quidquid rarum (a) pretiosumque sive in naturalibus, quæ infinita sunt, sive in (b) artificiabus possides, aut apud exteros vidisti, vel in Patria nosti, referre, de illiusque pretio ordinatè disquirere potes. Sed & ad Octavum Doctrina Numismatica, quæ elapso nuper Seculo in tantum evecta fastigium est, reduci debet. Conf. Rol. Maresii Epistolas, n. XXII. p. 352. ubi Scriptores recenset, quibus addendus Patinus, & Mediobarbus, itemque Ezechiel Spanhemius & Laurentius Begerus. Hubertus *Golzius* de Græcorum Nummis, & Rhodio nominatim. Seldenus de J.N. & G. II, 8. de Nummo Mosis facie & nomine insignito Schikard. in Tarich * p. 34. Pertinent huc Itineraria, & è nuperis Maximiliani Missoni per Belgium,

gium, Germaniam & Italiam peregrinationes, Germanicè editæ Lipsiæ apud Tho. Fritschium M D CCI. ubi e. c. pag. 148. sqq. Museum Comitis Mascardi Veronensis.

(a) *raritas inprimis pretium auget. Quanti taxaretur nummus Othonis æreus (nam aurei reperiuntur:) si posset undecunque erui? quærit* Böclerus, *Dissert. Volumine novissimo p. 907. add.* Chifflet. *de Obsonibus æreis.*

(b) *Adde Plin. H. N. L. XXXIII, 1, 11, 12. XXXIV, 2, 7, 8. & de pictoribus plastisque XXXV, 8. XXXVI, 5. XXXVII, 1.*

* *qualem* Lansiano *simillimum & Seldeno laudatum apud nos pronum est ostendere.*

XXXI.

Quid exæquatio? qui ejus faciendæ modi? Ut pretia rerum augeantur?

Ubi res diversi generis commercio permutari debent, comparatione & exæquatione earum opus est, (a) ne alter plus habeat, alter minus; cujus quidem exæquationis modum rationesque pridem excussit Aristoteles, indigentiam appellans mensuram istam, in cujus locum ex instituto successerit Nummus, στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀνταγῆς, elementum & *terminus* (b) sive Instrumentum commutationis rerum. Non tamen hæc unica est mensura, sed hominum sæpe voluntas, & complura alia. (c) Justa inprimis causa est negotiationis ratio, (d) pluribus paucioribusve Impendiis constantis. Accedit ars: Opinio de rebus eximiis decori futuris habenti: cupiditas item rem habendi, & competitorum concertatio, ut est in auctionibus: tempus: quia etiam dies est pars pretii casus fortuiti.

[a] *Talis exæquatio facta est Abrahamo pelunce duplicis Ephroni & CCCC Siclorum.* Gen. XXXIII, 15.

Nummus, quid?

(b) Nicom. *V*, 5. *Nummus enim non tam definit pretium, quàm est pretium, neque adeo tam mensura rerum commutandarum, quàm Instrumentum commutationis ex constituto. Aliquando penuriâ pecuniæ ad permutandi consuetudinem reditum est, ut de Flandris in illorum annalibus notavit* Mejerus. *Usitata est moneta, quæ vocatur* עובר לסוחר *jam Abrahami tempore, Gen. XXIII, 16. ubi Anglus:* Currant, *plane ut nos* Current-Geld/ *seu nummus, qui inter Mercatores, in expendendo numismatum pretio quam maximè diligentes, translatitius receptusque est.* (c) Grot,

(c) Grot. *il*, 12, 14. & Auctor §. 3. & *inprimis* 4.

(d) Böcler. *de Mensura pretii*, in Volum. Dissert. noviss. *p.* 904. *huc refer pericula, discrimina, labores.* Seneca *de Benef. VI.* 15.

XXXII.

Quoniam justitiæ pudorisque, ubi metus abest, postrema fere apud vulgus ratio habetur, fierique eam ob rem haud raro solet, ut emptor, iniquæ venditoris voluntati, necessitate inopiaque pressus succumbat; ideo civilis potestatis est, inæqualitatem in pretio rerum vinculis Legum coercere, magistratuum (a) auctoritate moderari, judiciis emendare.

Quod officium potestatis Civilis in definiendo pretio?

(a) *Hinc apud* Suidam ἀγορανόμοι, οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες; *Magistratus, qui res in foro venales administrant, excepto frumento. Nam hi* σιτοφύλακες *adpellabantur. Hinc distinctio pretii in vulgare & legitimum §. 5. Hoc consistit in puncto. Illud in quadam latitudine, §. 6. init. & differt à vulgari illo generalius dicto in rebus actionibusque ut talibus conspicuo, quatenus opponitur Nummo. Sed hoc vulgare etiam in nummo est.*

Fundamentum *divisionis pretii* apud Auctorem.

XXXIII.

Pretium est *valor* quantitasque rerum, (a) humana conventione illis imposita. Est tamen & valor actionum, (b) quatenus in commercium veniunt: quemadmodum & personarum, quatenus illæ rebus æquiparantur. (c) Inde Jus lytri, & pretium Redemtionis, quod Suidæ est ὑπερεχόμενον πρὸς ἐλάθειαν (d) Seu quod scholæ terminis eodem redit: quantitas moralis, sive valor ex pacto tacito sive expresso (d) assignatus captivo, quique vel propria, vel aliena impensa solvitur hosti capienti, ut is ex hujus potestate dimittatur, pristinæque libertati restituatur. (e)

Quid pretium? quod ejus objectum? quid pretii redemtionis?

(*) *Pretium hominis, voto consecrati, nummoque exæquandi DEUS constituit, Lev. XXVII, 3, 4, 5, 6, 7. Masculus enim à pueritia quinquenni ad annum vigesimum æstimatus XX. Fœmina verò ejus ætatis X. siclis. Masculus annorum XX. usque ad LX. pendere jussus L. Fœmina XXX. siclos. Senex denique plusquam sexagenarius XV. fœmina verò decrepita aut sexaginta annis major X. siclis æstimabatur. Itaque majus pretium viris quam pueris aut fœminis imposi-*

Lex divina de pretio devotorũ exponitur, Lev. XXVII. &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [367] - 357
PUBLIC DOMAIN

proportio observatur.

situm: minoris etiam habitus fuit senex juvene, & ad illius pretium decrepitæ æstimatio propius accessit, cum alias in juventa duplo major esset viri quam fœminæ æstimatio.

(b) *Alias enim quantitates in actionibus sunt fundamentum præmiorum aut pœnarum.* Pufend. O. H. & C. II, 13, 16.

Unde Ranzion?

(c) *Germanis audit Löse, Geld vel Ranzion, quæ vox à Latino Redemptio, adsumptô tradvce Gallicô vel Italicô Rançon vel Ranzone, descendere videtur. Nisi magis arrideat derivatio* Jo. Loccenii *à* Rân *vel* Ran, *rapina, &* sona *vel* suna, *pacare vel placare aut redimere; unde majoribus nostris* Suonboch *dicta charta placationis. Quo sensu* Ranson *idem fuerit ac compositionis redemptionisque pretium pro rapto vel adducto captivo.* Talungam *etiam in chartâ Ottonis, Imperatoris, adpellari, observat* Hertius, *à vocabulo* zahlen, *solvere, quòd pretium solvatur. Latini redemptionis libertatisque pretium dixere. Græci* λύτρον, *quod idem sonat: ac apud septuaginta Interpretes, ipsosque Novi Testamenti Scriptores in sublimi argumento solenne est, quo Salvatorem Optimum, DEI Marieque Filium, soluto pro universis singulisque hominibus* λύτρῳ, πολλῷ αἵματι, *ac universæ obedientiæ pretio, genus humanum è Diaboli captivitate liberâsse, credimus, alienumque, quo nos constringebamur, debitum perfectissimè, ac intrinsecô perpetuôque valore satisfactorum persolvisse. Tractant id argumentum Theologi. Præclare tamen de eo in Moralibus egit Vir doctissimus,* Ulricus Huberus. *Miratur, non paucos Paulinæ definitionis oblivisci, qui Lytrum describat* τιμὴν ἢ ἠγορασθησαν, pretium, *quo redemti sunt peccatores. Quibus atque verbis æqualitas satisfactionis EXPLETRICIS mirificè declaratur; quemadmodum etiam, quidquid ad veritatem fidemque plenæ satisfactionis demonstrandam pertinet, enixè retinendum est. Namque & homines vendi posse, videlicet servos, nec aliter atque res Nostras tractari manifestum est. Pulcre* Basilius *in hoc articulo: homil. in Psalm. XLVIII,* εὑρέθη ἐν ὑμῖν πάντων ἀντάξιον, ὃ ἐδόθη εἰς τιμὴν λυτρώσεως τῆς ψυχῆς ἡμῶν. *Una, inquit, res inventa est, omnibus dignitate æqualis, quæ data est in PRETIUM REDEMTIONIS animarum Nostrarum. Nec non* Augustinus *in Ps. XCV Tenebantur, ait, homines captivi sub diabolo, & dæmonibus serviebant. Sed REDEMTI sunt è captivitate: Vendere enim se potuerunt. Venit REDEMTOR, & DEDIT Pretium, fudit sanguinem suum, & EMIT OR-*

quid λύτρον? Speciatim in disciplina sanctiore.

Definitio *Lytri* Paulina, ab Ulr. Hubero repetita. 1. Cor. VI, 20.

ORBEM TERRARUM. Quæritis, QUID EMERIT? Videte, quid dederit, & invenite, quid emerit. Sanguis Christi PRETIUM est. TANTI QUID VALET? QUID? NISI TOTUS ORBIS; QUID NISI OMNES GENTES? Conferatur Ulr. Huberus de Jure Civitatis, L. I. Sect. IV. cap. VII. quod de Redemtione agit.

(d) *Ut in pactis ob lubrica belli initiis, quæ* Chartels *vel* Cartels *appellantur. Hujus generis conventiones aliquot recitat* Pufendorfius *in Rebus Suecicis ad A. MDCXLII. & sequentem. Recentius idque insigne exemplum prostat in pacto sive tractatu Cæsareo-Gallicano, Basileæ 11. Maj. MDCXCII. inito, quo summum pretium Generali Locumtenenti assignatum 50000. Librarum: multi etiam militum menstruo taxantur stipendio. Si pactum desit, naturaliter penes capientem est, quantum volnerit, pretium poscere; additò tamen, ob naturalem æqualitatem, TEMPERAMENTO humanitatis. Si pactum inter capientem & captum supplicem interceſſerit, id utiq; servandum est.* Quid Cartels?

(e) *Magna etiam urgensque ratio est, quòd ob desperationem Lytri, ac ubi fugæ deditionique omnis præclusa via est, nimium sanguinis funditur, & par reponitur pari, donec ad morem redeatur. „ Cujus „ rei singulare exemplum refert* Everhardus Reydanus, *Belgicorum „ Annalium conditor, Albanum neque capere quenquam, neque ca„ ptos redimi passum esse, sed laqueo universos & exquisitis tormen„ torum doloribus enecâsse. Verum ut eandem Hispanorum fortunam „ viderit, cùm nullum Fœderati redimi paterentur, sed sine discri„ mine nobiles, ignobiles, & in illis Paiecum, sanguine Albano „ junctum, tollerent in patibulum: diligentiùs servare jura belli & TANQUAM CUM HOSTIBUS agere cœpisse.* Necessitas ejusmodi pactorum.

XXXIV.

Pretium est vel *virtuale*, quod ipsis rebus ex naturali sua conditione ineſt, semota etiam omni humana impositione; vel *formale*, quod formam determinationemque ab humana voluntate sortitur. *Formale* pretium subdividitur in *vulgare* & *Eminens*. Illud spectatur in rebus operisque in commercium venientibus: hoc in nummo, in quo pretium rerum omnium eminenter velut in se continere concipitur, ac omnium rerum pretiis æquale fieri potest. Porro pretium vel in Statu consi- Quotuplex pretium? quid virtuale? quid formale? quid vulgare? quid eminens?

deratur *Naturali*, vel in *Civili*. Ibi pretium dependet à Libertate: heic ab Imperio Civili. Atque in Civitate quidem rursus duplex est vel legitimum vel vulgare: Illud dependet ex Lege per communem Imperantem lata, hoc ex usu fori. (a) Illud alii vocant legale, hoc conventionale, cum vulgare pretium alio jam sensu fuerit nuncupatum. Differunt hæc duo, cum ratione certitudinis, quoniam illud in puncto velut consistit, adeoque minimus excessus invitum lædit; hoc autem quandam habet latitudinem: tum ratione durationis, quia illud est constans, nec ad momentaneam pretii virtualis variationem mutari statim solet: hoc verò est inconstans, ac variationem perpetuo sequitur, adeo ut juxta dies, imo horas, Rerum variare pretia soleant.

quid pretium legitimum? quid vulgare civile?

* *Primus hujus usus memoratur in sepulcri emtione*, Gen. XXIII. 15, 16.

(a) Pufendorf. *O. H. & C.* I, 15, 3. I, 12. 5.

XXXV.

Insignis & in publicos usus directa *Observatio* Auctoris est, ad singularia divinæ Providentiæ humanis necessitatibus prospicientis munera hoc referentis, (a) quod pretio non magno res omnium utilissimæ & maximè necessariæ parantur. Quanquam nonnulla est (b) utilitatis in pretio faciendo æstimatio.

Ut in pretio conspicua Providentia Numinis?

(a) §. 4. *conf.* Böcl. *de Mensura Pretii, Dissert. Edit. novissima p.* 902.

(b) *Sic quo majores sunt ex ædibus reditus, eo majus illarum pretium.*

XXXVI.

Non vane ad Grotium (a) monuit nonnemo; magnam pecuniæ factam commutationem, ex quo Seculo XVI. Rex Hispaniarum ex Americanis Insulis tantum auri argentique invexerit. Crescente enim pecunia in quantitate, decrevit in pretio. Hinc est, quod pretia rerum aucta sunt, & per totam Europam quater tanti ematur, quanti prius, quadruploque creverint pretia.

Unde pecuniæ commutatio, ratiõe pretii?

(a) *II*, 12, 17. Graswinckelius, *apud Böcler. d. l.*

XXXVII.

Quoniam in voto lucrandi facile ineſſe (a) vitium poteſt: igitur juſtum verumque pretium id haberi ſolum debet, quod pro tempore locoque vulgo uſitatum & cum ratione receptum habetur, aut ex rei æſtimandæ conditione vel eventu peculiari, viri boni ac prudentis judicio e. c. Principis, aut Magiſtratus aut arbitri definitur ita, ut neutra pars plus minusve habere, quoad ejus fieri poteſt, videatur. (b)

Quod verum pretium?

(a) Syr. XXVII. 2. *Mercatores Rex* Theodoricus *deſcribit, genus hominum, quod lucris vivit.*

(b) Iniquum ergo pretium *eſt, quod majore minoreve menſura, quam conditio rei, loci, temporis poſtulat, taxatur, & eò tendit, ut alter plus æquo, alter minus habeat. Conf.* Böcler. *Diſſertat. de Menſura pretii, quæ Obſervationibus quoque Grotianis adjecta eſt. p. 75. ſq.*

XXXVIII.

Juſtumne id fuerit pretium, quod mercator Alexandrinus frumento ſuo, cujus magnam mox copiam Rhodum delatum iri novit, veluti iſta annonæ caritas duratura porrò eſſet, ſtatuit, apud *Ciceronem* (a) diſputatur. Cicero Antipatrum laudat, iniquum id facinus fuiſſe contendentem. Sed Grotius officioſum quidem fuiſſe ac laudabile dicit, ſi naves mox affuturas indicaſſet; non tamen injuſtum, (b) i. e. non pugnans cum jure mentis, quod reticuerit.

Quid de frumentario Alexandrino cenſendum?

(a) Off. III. 12. & III. 17. *ubi, video, inquit, propter depravationem conſuetudinis, neque more turpe aliquid haberi neque aut lege ſanciri, aut Jure civili: TAMEN NATURÆ LEGE ſanctum eſt.*

(b) Grot. II, 12, 9. *ut tamen Antipatri ſententiam accuſare non audeat. v. denuo* Bœcler. *de Menſura pretii, quæ Obſervationibus ab Grotium ſubnexa eſt, p. 80. ſq. & comparant hunc exemplum mercatoris mercem vendentis, cujus uſum mox interdicendum novit; Saltem eum abſe non abſolvi poſſe dicit Böclerus, qui alicui ſolvit nummos, quorum pretium mox minuendum novit, altero ignorante. Conf. Ciceronem ipſum: Hoc, inquientem, celandi genus quale ſit, & cujus hominis, quis non videt? Certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui,*

An nummos expendere liceat, pretio mox minuendos?

non justi, non viri boni Off. III, 13. Varia etiam pro Grotio *argumenta habet* Pufend. *de J. N. & G. V, 3, 4. Saltim hoc velim observari, quod Auctor I, 15, 4. inculcat, inæqualitatem quam nulla dissimulatio præcessit, nihilominus corrigendam esse. Si verò inæqualitas corrigi debet, quæ nullam habuit dissimulationem præviam, utique illa multo magis erit corrigenda, quæ orta est ex dissimulatione, ut v. c. apud Rhodios, quos decepit Frumentarius.*

XXXIX.

quid interpretium?

Pertinet huc INTERPRETIUM, Græcis παράλογον, quo de ad Ammianum Marcellinum (a) observant viri docti, id de lucro & de damno dici; ut quanto pluris aut minoris vendideris rem quàm emeras, id quod priori pretio accessit aut decessit, INTERPRETIUM sit.

(a) *XXVIII. 5. de Hymetio.*

Ad Libr. I. c. XV.

XL.

Quotuplex contractus.

Contractus * *ratione Principij* dividitur (a) in voluntarium & involuntarium; ratione (b) *Objecti* in nominatum & innominatum. in beneficium & oneroſum (c) μονόπλευρον item ſeu unilaterem, & δίπλευρον ſeu bilaterem; (d) diremtorium, (e) ubi facta utrinque impletione, partibus nihil negotii intercedit, v. c. emtio venditio, & Commutatorium, quo adhuc aliquid negotii intercedit.

quid diremtorius?

quid commutatorio?

* *Græci communiter vocant* συναλλαγμα. *Siracides more Helleniſtico* δόσιν καὶ λήψιν, *XLII, 8. XLI, 23.*

(a) *Veteri utique diſtinctione, pro qua laudatur* Ariſtoteles *Nicom. V, 5.* Jac. Thomaſ. *Tab. XXIII. lin. 30.*

quid nominatus?

quid innominatus?

(b) *Ille eſt, qui circa objectum certæ ſpeciei celebratur, eoque proprio ac ſpecifico contractus nomine gaudet; ut emtio, venditio, locatio, conductio & ſimiles determinatum nomen agnoſcentes. Hic, qui circa objectum determinatæ ſpeciei non celebratur, eoque proprium nomen non habet, cauſam tamen habet, nempe dationem vel factum. Ut eſt 1. contractus,* Do ut des, *quando res datur pro re, v. c. permutatio operoſa ſic dicta, hic equus pro hoc equo; pecunia pro pecunia, qui contractus nunc eſt cambii; uſus rei pro re, velut uſus equi mei ad aliquot dies pro hoc libro. 2.* Facio, ut facias; *quando factum ac*

opera

opera præſtatur, ut ab altero viciſſim illud præſtetur; qui contractus Ammiano Marcellino pactum reddendæ viciſſitudinis dicitur. Quorſum pertinere videtur contractus inter Vaſallum & Dominum, vi cujus ille protectionem & tutelam, hic viciſſim ſervitia militaria promittit. 3. Do, ut facias, in iis eſt contractibus, ubi aliquid ut aliud fiat, datur, modo non in propriam formam tranſeant, alioqui ejus potius quam generalis venient nomine. Ita ſi do v. c. pecuniam, ut facias, & factum eſt hujusmodi, ut locari ſoleat, erit contractus nominatus, qui dicitur locatio; quod ſi verò factum ejus eſt naturæ, ut locari nequeat, quamvis pro eo detur pecunia, non erit locatio, ſed contractus anonymus. 4. Ad: Facio, ut des: Omnes illi referuntur contractus, quibus factum quodcunque præſtatur, ut ab altero detur res aut uſus rei. Sed iſthæc diſcrimina prorſus ignorat Jus Naturæ. Grot. II. 12, 3. med.

quid contracto mixtus?

(c) Auctor I, 15. 3. Imo & mixti Matth. XX, 3. ſi alicui ſalarium amplius conſtituo, ac ejus eſt opera, ubi miſto contractui eſt liberalitas.

quid μονόμλαγον?

(d) Vocabulum bilatetis habet noſter, I, 2, 14. ſub fin. & de J. N. & G. V, 2, 5. quibus addit contractus mixtæ naturæ. Illorum, qui ab initio ex uno tantum latere ad aliquid præſtandum obligant, nec ex poſtfacto conditionem mutant: exemplum dat mutuum & ſtipulationem. Iſtorum, qui ultro citroque ad aliquid præſtandum obligant, & in quibus par utriusque contrahentis in obligatione conſtituenda eſt ratio, emtionem & venditionem, locationem, conductionem &c. Hos ait natura comparatos eſſe ad unum tantùm obligandum; ubi tamen ex poſtfacto fiat, ut & alter obligetur. Puta ſi accipiens impenſas fecerit, quas reſarciri æquum ſit.

quid δίμλαγον?

(e) Dn. Jo. Jac. Müller, Inſtit. Etb. II, 19, 18.

XLI.

Circa Contractum *Emtionis Venditionis* de Jure quoque Monopoliorum disquiritur. Nos ea, (a) ubi Mercatores aut alii inſignem rerum copiam facta conſpiratione corradunt, eamque donec pretium creverit ſupprimunt, iniqua cenſemus, in fraudem quippe ac damnum aliorum inſtituta. (b) De prudentia rectoria circa conceſſionem monopoliorum conſulendus omnino eſt Auctor. (c)

quid Jus monopolii?

(a) non

(a) *non intelligitur monopolium, si civis v. c. sciat solus hanc illamve rem conficere, aut si populus quidam rem suæ terræ quasi propriam contineat; sed privatum.*

(b) *unde & imperatoriis Legibus, Caroli inprimis V. sub pœna confiscationis interdicta.*

(c) *de J. N. & G. V, 5, 7. p. 731, 732. ubi monet pro Monopoliis à Grotio II, 12, 16. male allegari exemplum Josephi, cum Rex non interdixerit emtionem frumenti.*

XLII.

Quod Jus Usurarum?

Usuræ (non mordaces) (a) lucro, quod alter ex re nostra facit, respondentes, Legi Naturali non repugnant. Alias ego dispendium paterer, altero lucrum è Re mea captante, (b) quod æqualitati, etiam ab Apostolo commendatæ, repugnat. & si Legi Naturæ essent adversæ, DEUS eas ne in peregrinos quidem permisisset, quod factum tamen à sapientissimo Legislatore, Deuteronomii capite supra vigesimum tertio. v. 19, 20. Cæterum orta in Belgio de Trapezitis vulgo *Longobardis* (c) controversia hanc rem egregiè illustravit. (d)

(a) *Lege* Pufend. *de J. N. & G. V. 7, 8. Dicta Patrum & Conciliorum adversus usuras colligit* Antonius Thysius, *Prof. Theolog. apud Leidenses in tr. posthumo de Usura & Fœnore, quem ob controversiam de fœnore trapezitico ediderunt cum aliis suorum testimoniis Theologi Ultrajectini A. 1658.*

Deductio Juris usuræ à sacris.

(b) *contra Regulam ab* Apostolo *quoque probatam* II. Cor. VIII v. 13. Kulpis *Coll. Grot. pag. 83. conf.* Spener. *de Offic. I, 289, 290. &* Osiand. *ad Grot. II, 12, 20. p. 938. ut &* Calov. *omnino ad Deut. XXIII, 19. ubi usuram compensatoriam, quæ intra modum publicis Legibus definitum consistit, non esse injustam, multis argumentis probat.*

(c) *qui connivente Magistratu populum & inprimis pauperes usuris gravissimis rodunt, instituentes officinas, in quibus cuilibet petenti mutuo dant accepto pignore, quo non tantùm de sorte securi sint, sed etiam de immodica usura.*

(d) *Belgicam quidem è Longobardia insedere fœneratores. Nunc eam qui artem profitentur, Longobardi audiunt. Conf. de Usuris Gerh. L. de Mag. Polit. §. 239. &* Petrum Guenojum *in la grande Conference*

rence T. I. L. 4. tit. 7. fol. 622. ubi de Philippo IV. Franciæ Rege refert, quod is, cum prohibuisset usurarum speciem quamlibet, addiderit tamen: Verum per hoc non tollimus, quo minus Creditor quilibet impune intereſſe legitimum, præter ſortem, ſibi debitum poſſit exigere. Et Preſixius *dans l'Hiſtoire de la vie de Henry IV. diſtinguit inter Uſures & Rentes. Illas Henricus M. prohibuit, has ordinavit. Sic etiam interpretandus* Rec. Imperii *de Anno 1592. ubi, cum petiiſſent Ordines, wie es zu verſtehen ſeye/ daß die wucherlichen Contracten ſollen abgeſchafft ſeyn? Reſpondet Elector Moguntinus:* immodicam tantum uſurarum quantitatem reſtrictam eſſe. *Conf. Grot. II, 12, 20, qui Chriſtianos Lege Moſaica teneri ait, quippe vocatos ad majora virtutum Spectmina. Sed videndus ad iſtum §. Oſiander, ac falſum eſt, notionem* proximi *in N. T. latius eſſe extenſam, quam in V. T. Nam & in hoc omnem hominem ſignificavit. Neque Chriſtus legem EXTENDIT, ſed EXPLICAVIT.*

In Grotium de uſuris *utriusq; Oeconomiæ* animadverſio.

XLIII.

Uſuræ autem mordaces ſunt non eæ ſolum (a) quæ majori in quantitate capiuntur; ſed & ratione perſonarum negotiorumque tales adpellantur. (b) Cæterum quod uſuræ Iſraelitis penitus fuere prohibitæ, conditioni terræ, quam inhabitabant, & velut Feudum à Domino tenebant, (c) adprime congruebat. Nam & proventus illius, qui ex tritico maximam partem conſtabat, & negata fundum alienandi aut perpetuo obligandi facultas, uſuram non conceſſere. Quæ ſi Juri naturæ repugnaret, DEUS Sanctiſſimus ejus adverſus peregrinos exercitium diſerta Lege haud conceſſiſſet. (d)

Quæ uſuræ, mordaces? Cur uſuræ apud Iſraelitas prohibitæ?

(a) *e. g. ſi XII. pro C. acciptantur, ut olim apud Romanos.*

(b) *ſi quis pauperi det vel ſeni, aut ægrotanti & uſuras ab eo extorqueat, apud quos tamen, ut Chriſtiane §. 11. monet Auctor, mutuum vicem eleemoſynæ ſubire debebat* Matth. V, 42. Luc. VI, 34.

(c) *Levit. XXV, 23. non vendetis terram in perpetuum, nam Terra mea eſt. Hic effectus eſt Juris feudalis, quod feudum vendi nequit.*

(d) Deut. XXIII. 19, 20.

XLIV.

Differt *hypotheca* à *pignore*, quod hoc conſtituatur rei tra-

Quomodo hypotheca

ditione,

differat à pignore?

ditione, illa autem re non tradita constet nuda assignatione rei inprimis immobilis. Jubet autem æquitas humanitasque naturalis, ne ea in pignus sumantur, quæ quotidianæ vitæ instrumenta sunt; eo enim in casu quod mutuum datur, eleemosynæ locum subit.

(a) Deut. XXIV. 6. *Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam. Quâ ratione à Romanis vetitum pignoris caussa abstrahere boves aratorios vel instrumentum aratorium.*

XLV.

Quod Jus in contractu societatis?

In *contractu societatis* pro rata damni lucrique instituendæ est partitio. Quod etiam in societate naturali observatur, unde Lex nata Rhodia, & Jus Avariæ, illiusque cum communis tum grossæ. (a)

quid Jus Avariæ?

(a) *add.* Kulpis. *ad Grot. II, 12. Exerc. VI. Sect. III. §. 7. p. 85. est autem avaria contributio ob ejectas merces, & quidem æquissima ob jacturam rerum ex una parte, & conservationem ex altera. conf.* Schüz. *Comp. Lauterbachiano L. XIV. Tit. 2. p. m. 239.* & Pufend. *de O. H.* & *C. I. 5. ult.*

XLVI.

Quid circa Jus Ludi, tenendum?

Salutari utique consilio monitum ab Auctore est, Rectori Civitatis incumbere, (a) ut quousque permittendi Ludi sint, dispiciat, quum ejusmodi conventionibus, bonis facile suis exui quis possit, & præter jacturam temporis, jurgia quoque & cædes evenire inde soleant. (b)

(a) Leopoldus Augustus *per Archiducatum Austriæ Ludos Bassette & Trenta Quaranta omnibus prohibuit, additis pœnis extra ordinem severis. Conf. Edictum Anni MDC XCVI. XII. Octobris editum ab Abasvero Fritschio, Cancellario Svartzburgico,* in der Christlichen Gesellschafft wider die leyder allzugemeine drey Laster deß Fluchens / Vollsauffens und Lohnspihlens. *Conf. Auct. c. XV. §. 13.*

(b) *Tragicum Exemplum ab eodem recensetur de Comite ab Hallweil, Consiliarii Imperialis Intimi filio, ab Lusitano Ablegato miserè trucidato.*

XLVII.

XLVII.

Alea ludus, si sublevandæ cumprimis aliorum egestati destinatus sit, improbari nequit. (a) Contractus verò Assecurationis ut antiquus, sic hodie usitatissimus, nec repudiandus est. (b) Quod Jus aleæ & assecurationum?

(a) *conf. omninò* Dn. Omeis. *de Ludis, qui Aleam continent.*

(b) *quia sit citra labem usurariam aut fraudem. Conf. Grot. II, 12, 23.*

XLVIII.

Cæterum *Alea* hoc loco notat incertum eventum, qui lucrũ damnumve adferre queat; in quem utraq; pars indefinitè consentit, omnemque querendi caussam excludit. Ejusmodi aleam continet olla fortunæ, quæ vel Regia ac Principalis, vel communis ac plebeja. Regia, Principis ac Summi Imperantis auspicio instituitur, ac pro formæ modique ratione vehementer variat. Ejus nuper exemplum instituit Serenissimus Princeps Wirtembergicus; ubi in olla collocari jussit XII. mille schedas, quarum vilissima pro decem florenis usuram XXX. Cruciferorum assignat. Alea autem in eo potissimum consistit, quod interesse in scheda assignatum quotannis percipitur, sed cum morte creditoris cessat. Unde vocatur **Leib-Renten.** Deinceps quod cui fortuna favet, usuram CC florenorum pro Capitali decem florenorum accipere quotannis queat. (a) Solent à nonnullis Rebuspubl. ollæ ejusmodi pandi, quo exteri, quibus imperari nequit, vel potentiores Cives, quibus tributum alias solvere molestum esset, spe lucri alliciantur, ac in usus publicos aliquid conferant. (b) De ALEA PUBLICA.

(a) *Prostat Scriptum*: Nachricht von der Fürstl. Würtembergischen Hof-*Banco* zu Stuttgard; *& Rescriptum Serenissimi prodiit quinto Januarii* MDCCIV.

(b) *add.* Dn. Titius *ad Pufendorf. de O. H. & C. I, 15, 13. Observat. 390. p. 934.*

XLIX.

Contractum MOHATRA Schola Romana, & in hac Jesuitæ Quid Contractus Mohatra?

Jesuitæ cumprimis propugnarunt. Eum definiunt, quando quis egens pecunia, emit pecunia credita à Mercatore merces summo pretio, & statim ei pecuniâ numeratâ precio infimo revendit. (a)

(a) C. Ziegler. *de* Mohatra §. 30, 33. *sed quando quis merces emit à Mercatore pecunia credita, easque statim non eidem Mercatori, sed aliis vendit, Hispani* Barattam *dicunt. Huc pertinet etiam tractatio de Montibus* PIETATIS, *quos depinxit* Zimmermannus.

quid Baratta? quid Montes pietatis?

L.

quid fidejussor?

Fidejussor (a) pro alterius principaliter obligati debito rogatus intercedit; manente tamen in debitore obligatione; (b) quam omnem in se suscipit *Expromissor*.

quid expromissor?

[a] *Auctor* § 14.

(b) *Etiam in Theologicis hæc novisse necessarium est. Sunt, qui existiment,* Christum *non fuisse* Expromissorem, *sed tantum Fidejussorem; quia ad rationem* EXPRO MISSIONIS *pertineat, ut Expromissor non pro alio sed pro* SE *solvat; utpote qui jam pro* SE *obligatus sit. Sed licet Expromissio Christi non omni modo par sit expromissioni Morali vel juridicæ, similis tamen est; quia Christus, ut Expromissor, debitum plenè suscepit in se; & quia primus debitor, in Ordine & τάξει salutis constitutus, non amplius potest conveniri.* Ro. VIII, 34, 35. *Neque saltim fidejussor esse potest ex eo, quia Fidejussor* SUBSIDIARIUS TANTUM *est* DEBITOR. Pufend. *de J. N. & G. L. V. c. X.*

LI.

An licita sit fidejussio Criminalis?

Circa *Fidejussionem* quæritur: An ea * etiam in *criminis pœna corporali* locum habeat? sive, An quis vitam suam pro alterius vita interponere eo cum effectu possit, ut de ipso, Reo non comparente, sumi supplicium possit? Affirmantem tenuere veterum quidam, ut è notissima Pythagoræorum Amicorum Damonis & Pythiæ Historia constat, quorum alter pro alterius, morti addicti, reditu vadem se Dionysio Tyranno dare non dubitavit. Negativa (a) tamen verior potiorque est, quia nemini ** in vitam potestas competit, ut eam sibi ipse adimere aut adimendam obligare possit. (b)

* Equi-

* *Equidem etiam de fidejussione civili ambitandum videbatur. Quod in* Novella Justiniani *vetantur* ἐπιχειρασμοὶ, *id est, pignorationes pro aliis, addita causa, quod rationem non habeat alium quidem esse debitorem, alium verò exigi, unde & hæ exactiones odiosæ appellantur.* Grot. III, 2, 1. *Sed est nimirum hoc Jus exigente necessitate introductum, & humanis utilitatibus admodum inservit.*

(a) Grot. *II, 21, 11. Hos vades Græci* ἀνταψύχους *adpellarunt. Tale quid* Gen. XLII, 37. *adparet in Rubenis ad patrem verbis. Conf.* Cicero de Offic. III, 10.

** *Præter quam soli Filio DEI, qui vitam à Se habet ipso, eoque pro nobis criminaliter spondere potuit, ipse provocans ad hoc jus,* Jo. X, 18.

Quis solus spondere criminaliter potuerit?

(b) *Interdicta ergo Jure Naturali omnis mors vicaria. Nisi forte vas ideo se interposuerit, ut eo melior occasio esset subterfugiendi supplici, ubi vas pro sua culpa pœnæ subjicitur, vel criminali, vel arbitrariæ.*

LII.

Singulare fuit inter Hebræos *Jus Retractûs*, variis pro ratione objectorum Legibus sancitum declaratumque. In genere (a) Jus hoc reluendi competit junctis propinquitate sanguinis: & ingruente Jobelæo Anno Emtor rem Venditori debuit restituere; (b) nisi quod circa ædes aliter statutum fuit; ut scilicet urbanæ intra anni saltem spatium relui possent, eoque elapso Venditori essent perpetuæ, ac propriæ; (c) rusticanæ autem & in pagis muro non cinctis, agrorum naturam imitarentur, qui anno Jubilæo ad priorem Dominum revertebantur. Qua Lege significatum, Israelitas *Usufructuarios* sive feudatarios, DEUM verò regionis iis concessæ Dominum esse.

Quid Jus Retractus?

Cur ædes urbanæ post annũ relui non potuerint in V. T?

(a) Lev. *XXV*, 25.

(b) Lev. *XXV, 28. præclara est de Anno Jubileo redituque Bonorum ad Israelitam quemlibet, aut familiam, primosque eorum Dominos Materia.*

(c) Levit. *XXV*. 29. *rationes hujus differentiæ non unas adferunt Doctores, quod ædes urbanæ retractu non gavisæ sint, rusticanæ verò relui potuerint. E quibus præcipua est, ut frequentiores redderentur urbes, quum libentius emamus ædes, quas scimus fore perpetuas.*

LIII.

Quæ Princeps de Cõtractibus Regula?

Præcipuè verò in contractibus curandum, ut teneatur *æqualitas*, neve plus exigatur, aut minus offeratur quam par est, atque ut uterque contrahentium tantundem nanciscatur. (a) Hinc Scriptor vitæ Isidori apud Photium, Hermiam narrat, ubi quod emere vellet, justo forte minoris esset indicatum, adjecisse, quod justo pretio deerat, quod existimaret, aliter agere injustitiæ esse speciem, sed talis, quæ plurimos lateret. Et in hunc sensum interpretantur Hebræi Legem, quæ est Levit. XXV, 14, 17. (b)

(a) *Pufend. Off. l. 1, 5, 3.*

(b) *Grot. II, 12, 11. Juxta numerum annorum & pro fructuum proportione contractum instituito, sanxit DEUS.*

LIV.

De occasu Dominii & Imperii.

Ut Grotius doctrinam quæstionesque nobiles; Quando Imperia vel Dominia desinant? conjunxit; sic non inconvenienter hunc in locum materia de *Occasu Imperiorum* (a) rejicitur, quamquam & alibi ejus investigandæ occasio erit.

(a) Grot. *II, 9. per tot. Quæstio hæc Anglos inprimis ob* Jacobum II. *vexavit, cui successit Guilielmus, ne Regnum à Jacobo derelictum esset ἀκέφαλον.*

LV.

Quid acceptilatio?

Solet alias inter modos obligationem finiendi etiam *Acceptilatio* recenseri; (a) qua debitori interroganti verborum obligatio à Creditore per subsequentem congruam responsionem, æquè ac si solutio facta esset, remittitur.

(a) *Germanicè* Schein-Zahlung. *Auctor §. 3. quando redduntur aut abolentur chirographa, data ACCEPTILATIONE. Conf. Schütz. Compend. Lauterb. L. XLVI. tit. 4. p. 643. & D. Majer. ad Inst. L. III. tit. 30. p. 855. Cæterum de acceptilatione etiam apud Theologos agitur, quando Pontificii & Sociniani statuunt, quod satisfactio non sit vera, nec æquilibrii secundum intrinsecam proportionem offensæ, sed tantùm ACCEPTILATITIA & intrinsecè inæqualis. Idem Adde* Scherzer. *Brev. Hülsem. Enucl. c. VII. §. 6. p. m. 359.*

Usus in Theologia.

termi-

terminus in Articulo de Justificatione *occurrit, quando fidei quidem* causalitatem organicam *largimur, rationemque causandi vim justificam dicimus, competentem fidei,* non in se, *& quatenus est apprehensio & actus noster, sive in se, sive ex liberali DEI æstimatione seu* acceptilatione *dignitatem aliquam habens: sed unicè ex objecto justifico adprehenso. Conf. König. Theol. Posit. P. III. §. 550.*

LVI.

Uti * multum refert, eos, quorum disciplinæ Auditor es, recte ut intelligas; (a) ita scriptorum quoque verba sensusque comprehendere, non aliunde quam è rectæ Interpretationis (b) Regulis (c) licebit. Cæterum Interpretationem vocamus, perspicuam signisque utplurimum probabilibus nixam collectionem mentis * alterius, scripto difficilius aut obscurius expressæ. *Interpres* verò *idoneus* est, cujus mens recte se habet, & ab omni affectuum præjudiciorumque intemperie ac vitio liberata, sufficiente judicandi gaudet facultate, longo rerum usu, communiumque sapientiæ ac prudentiæ regularum exercitio, & accurata potiorum disciplinarum cognitione, comparatâ. Quod nisi fiat, *judicium fertur ex præcipiti:* ac obtorto quasi collo, prout odii amorisve jubet impetus, innoxia verba pertrahuntur.

Ad Libri I. *Cap. XVII.*

quid interpretatio?

quid Interpres?

* *Connexio hujus capitis cum præcedenti est, quod interpretatio primis circa pacta contractusque, de quibus actum hactenus fuit, necessaria sit. Unde eam quoque tractationem argumento de pactis subjunxit Buddeus P. II. c. X. §. 17. ipsamque hanc rationem dat Auctor, h. l. §. 1. ibi: Unde & q. s.*

Ratio connexionis cap. XVII. cum XVI.

(a) *Uti tres in Docente virtutes requiruntur:* perspicuitas, fidelitas, & facilitas, *sive affabilitas; ita discens attentionem, fiduciam amoremque viciſſim exhibeat.* C. Thomas. *Praxeos Log. III, 7. p. 157.*

(b) *non tam* Grammaticæ, *cujus tamen quoad commata, puncta, interciſiones, rite observatas, magna vis;* C. *Thomas. d. l. §. 92. quam* Logicæ; *ad quam etiam referendæ suo modo* TRANSLATIONES, *quæ sine Logicæ Interpretationis Regulis infelices sunt. Huc ingentes illos Virorum Doctorum in Versione Bibliorum* utriusque fœderis *labores referas, de quibus* In de *Interpretatione diligenter egit* Huetius.

quid interpretatio Grammatica?

quid Logica?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [381] - 371
PUBLIC DOMAIN

tius. *Hæc veterum Scriptorum, Græcorum inprimis, Interpretes. Huc Christianorum circa Talmudem stupendæ operæ, quas recensuit Judæus quidam Schabbetaj, in* שפתי ישנים

Quæ bonæ Interpretationis Regulæ?

(c) *Tales Regulæ sunt.* [α] Considera Auctoris Statum & Affectum. *Cujus, quod affectus præcipuè attingat, Regulæ, luculentum specimen exhibuit D. Frankius, Theologus Hallensis,* Manuductione *ad Lect. Script. S. In cujus priore etiam Additamento habes delineationem doctrinæ de affectibus, quatenus ad Hermeneuticam spectat. Aperta facileque obvia in* vivo *sermone affectus signa sunt. At in* scripto, *Orationis præcipuè* δύναμις, *ac vis gravitasque ejusdem observanda.* [β] Observa, quid & quo de loquatur Scriptor? *Quorsum spectat præcipuus* in hermeneuticis *Canon:* Talia subjecta sunt, qualia permittuntur esse à suis prædicatis, *Ut, quando* I. Cor. IX, 22. *Paulus omnibus omnia factus esse dicitur, de rebus non malis intelligi debere ex hac regula liquet.* [γ] Expende antecedentia & consequentia, *& quid Auctor alibi eo de argumento scripserit. Per antecedentia & consequentia intelligo ea, quæ ad idem argumentum pertinent eodem in contextu. Fundamentum Regulæ est, quia diversissimus haud raro sensus è sermone extra contextum spectato emergit, ab eo quem ipse suggerit contextus. Neglectus verò Regulæ logomachiarum mater est, satisq; experientia testatur, verba innocentium auctorum extra contextum sumta torqueri, miserequе perverti.* [δ] Eam inter duos unius dicti sensus elige sententiam, quæ rectæ rationi, ipsique de quo sermo est, negotio maximè convenit. *Quorsum referenda* benigna duriusculè dictorum Interpretatio, *quod in dubiis phrasibus, benignam mollemque expositionem admittentibus præferri ex Lege socialitatis charitatisque debeat mitior, &* sensus adeo optimus, habeatur quoque pro verissimo. *Adferunt in exemplum Theologi duriusculum Lutheri de Servo Arbitrio Librum, à* Sebastiano Schmidio *expositum. Poscunt etiam* Communia Jura, *ut quemque suorum verborum Interpretem esse patiamur.* [ε] Interpretatio cum Principiis regulisque Auctoris, vel loquentis, fundamentalibus, & ratione propter quam egit scripsitque, conveniat. *Ita Princeps, qui urgente annonæ inopia frumenti exportationem extra provinciam prohibuit, farinæ quoque ac panis exportationem prohibuisse censetur.* [ζ] Nota circumstantiam loci & temporis. *Qua observata præceptum Christi: In viam*

Unde logomachiæ? Conf. Cl. Viri *Sam. Werenfelsii* Librum de Logomachiis.

Quod fundamentum benignæ interpretationis?

gen-

gentium ne eatis, Matth. X. 5. non pugnat cum altero: Ite, docete omnes gentes. c. XXVIII, 19. [η] A ſenſu verborum proprio recedendum non eſt, niſi manifeſta obſtet vel abſurditas, vel iniquitas. [θ] Tamdiu probabile eſt, Scriptorem gravem citra contradictionem in ſua ſibi ſententia conſtare, donec probetur contrarium, & è loco quidem primario & ſatis claro. *Quod eſt fundamentum* Parallelismi, *ſecundum quem loci obſcurioris ſenſum interpretamur ex locis ejusdem auctoris aliis, & clarioribus, ſive ex ſede illius materiæ, de qua agitur, primaria. Ut* Spinoſa *ſcribit, ſe credere DEUM: quem tamen pro complexu rerum creatarum omnium ab ipſo haberi, Parallelismus oſtendit. Confer.* Joach. Langius, *Medicina mentis. P. III. c. III. §. 18.* Quid Parallelismus?

* *quanquam hæc collectio & menſura Interpretationis dici poteſt.* Kulpis. *ad Grot. II, 16, §. 1. p. 98.*

LVII.

Solet alias Interpretatio dividi in (a) Authenticam, Uſualem & Doctrinalem. Hæc vel (b) Explicativa eſt, ſive Grammatica; vel Mentalis ſive Logica. Quæ poſterior in (c) Declarativam, Reſtrictivam & Extenſivam diſpeſcitur. Cæterum in tota hac tractatione, (d) κατὰ πόδας Grotium ſequutus Auctor eſt, qui inſtar Commentarii conferendus. Quotuplex Interpretatio?

(a) Iſta *pertinet ad Legislatorem, aut cui jus hoc dedit: in* illa *ad ſimilia proceditur:* hæc *ſpectat ad prudentes jurisque peritos. Cl. Thomaſium uſualem ad authenticam referri docet, quia per eam Ipſe Princeps TACENDO Legem ſuam interpretetur.* quid interpretatio authentica?

(b) *Ita quidem ordinat* Thomas. *d. l. Grammatica requirit, ut verbum, qua fieri poteſt, de verbo exprimatur, vocumque ordo retineatur.* quid uſualis? quid doctrinalis?

(c) *v. Auctorem, d. l. & Thomaſ. Jurisprud. Div. II, 12. §. 9. p. 335.* Declarativa *eſt, quæ mentem aliorum exponit, prout jacent.* Extenſiva, *quæ verba anguſtiora extendit ad alium caſum ſub mente comprehenſum. Reſtrictiva, quæ docet, non omnia, quæ ſub verbis comprehenduntur, pertinere ad mentem loquentis. adde Prax. Log. P. III. §. 101. p. 204. ſq.* quid declarativa? quid extenſiva? quid reſtrictiva?

(d) *II, 16. 1, 20, 24, 25. Multa etiam ex analyticis Rhetoricisque præceptionibus huc referenda, ad quas ſæpius provocat.*

LVIII.

quid in pacti interpretatione respiciendum?

In pacti Legisve interpretatione ad id, quo de negotium cogitatumque est, respici præcipuè debet. Unde non difficile fuisset Protagoram inter ejusque discipulum decernere. (a)

(a) *Controversiam ita breviter dedit Laertius, quasi Oedipos habiturus Lectores, non Davos. Prolixius recenset Gellius, L. V. c. X, & è nuperis in eruditissimo ad Laertium Commentario* Ægid. Menagius, *ad Lib. IX. segmentum 56. Ac addi potest Pufendorfius de J. N. & G. L. V. c. XII. §. 19. & quæ nos infra §. LXVI. lit. c. exponemus.*

LIX.

Quæstio de favorabilibus,

De favorabilibus videnda (a) Virorum Doctissimorum *Placcÿ* & *Thomasii* contentio; quorum hic favorabilia * (Facti) definiri non posse statuit, & Regulam de favorabilibus explodit.

(a) Thomas. *Jurispr. Div. post Lib. II. cap. XII. Mallem tamen audiri* Grotium *de J. B. & P. II, 16, 16. & 10. ibi:* Eorum, quæ ad pacem faciunt major est favor, quam quæ ad bellum. *Et belli ob tuitionem susceptí, quam aliis de causis. Plinius VIII, Ep. 14. Si dividantur sententiæ, interficientis & relegantis, prævalet illa quæ absolvit. add. Bœcler. Calculo Minervæ, laudatum Kulpisio ad Grot. II. 5. §. 8. lit. f. p. 59. & Grotium ipsum II, 5. 18.*

& Ἐπιείκεια in lit em Virorum doctorum,

* *Huc pertinet, quod Romani Bello secundo Punico promiserant, Carthaginem fore liberam. Grot. II. 16. 15. qui tamen deinceps jussere, ut relicta Carthagine, aliam procul à mari exstruerent urbem. Flor. II. 15.* Vos *enim, inquientes,* non vestrum solum *putamus esse Carthaginem. Pro Romanis est, quod sub nomine Carthaginis non urbem & ædificia, sed Cives contineri dixerunt. Sed in voce* Liberam *manifesta erat captio. Unde Legatus Carthaginiensis: Si Carthaginem fas est vobis dirnere, quomodo liberam finetis uti legibus suis, quemadmodum dicitis?* Appianus *Punicorum XLVIII.*

LX.

An dentur verba ambigua?

An dentur verba ambigua? quæsitum fuisse apud Gellium constat. (a) Sed quis dubitet? Exemplo sit vox, *primus*, in quæstione Chrysippi: An præmium promissum ei, qui primus ad me

metam perveniſſet, debeatur utrique, ſi ſimul pervenerint, an neutri. Sane vox primi ambigua eſt, nam aut eum ſignificat, qui omnes antecedit, aut quem nemo. (b)

(a) *N. A. XI, 12. add. Kulpis. Colleg. Grot. ad II. 16. §. 2. lit. c. p. 99.*

(b) *Ita quidem Grotius, II, 16, 19. ad quem heic* Zieglerus. *Admodum, inquit, ſubtilis hæc videatur enucleatio. Quid enim differt ille, qui omnes antecedit, ab eo, quem antecedit nemo? Utique qui antecedit omnes, in hoc primus dicitur, quod eum nemo antecedat, alias enim antecedere omnes non poſſet.* Sed eſt tamen nihilominus aliqua differentia. *Poteſt enim aliquem nemo antecedere, qui tamen non illico omnes antecedit, quoniam aliquos habet pari gradu ſecum concurrentes. Quos certe nequaquam antecedit. Igitur vera eſt propoſitio hæc:* Qui omnes antecedit, eum antecedit nemo. *Non vera ſemper eſt illa:* Quem nemo antecedit, ille omnes antecedit. *Sic* Mors *apud Grot. II. 16, o ſumitur ambiguè vel pro naturali vel civili. Hac libertas ſeu vita civilis: illa naturalis vita tollitur.*

Grotius adverſus C. Zieglerum defenditur.

LXI.

Circa *declarativam* Interpretationem notandum, ſi nulla ſit conjectura, quæ ducat alio, verba eſſe intelligenda ex proprietate non grammaticâ, quæ eſt ex origine, ſed *populari*, quæ eſt ex uſu:

quid Interpretatio declarativa?

quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi (a) In *artium vocabulis*, quæ populus vix capit, adhibenda erit artis cujusque prudentum definitio. (b)

(a) *Igitur ſtulto perfidiæ effugio uſos eſſe Locros ait Grotius II, 16, 2. cum polliciti ſe pactis ſtaturos quamdiu terram hanc inſiſterent, & capita humeris geſtarent, terram calceamentis injectam & aliorum capita humeris impoſita abjecerunt, quaſi eo modo religione ſe poſſent exſolvere, quæ hiſtoria apud Polybium extat.*

(b) *Sic arx eſt locus, qui arcere hoſtilem exercitum ad tempus poſſit. Templum omnia ad templum requiſita complectitur.*

LXII.

Conjecturis opus eſt, ubi verba aut verborum complexio plures ſignificationes (a) recipiunt; item ſi ſpecies quædam ſit repugnantiæ. (b) His in caſibus quærendæ conjecturæ ſunt,

Ubi locus ſit Conjecturis?

quæ partes alias aliis concilient, si fieri potest. Loci ex quibus conjecturæ promuntur, sunt ex materia, ex effectu, ex conjunctis. (c) Ex *materia*, ut vox diei, si triginta dierum pactæ sunt induciæ, non debet sumi de diebus naturalibus, sed civilibus, i. e. quibus simul comprehenduntur noctes. (d) Ita homines qui reddere promisit, vivos non mortuos reddere debet. Qui sacrificium vovit, materiam sacrificii capacem intellexit. (e)

(a) *quem locum Rhetores vocant* ἐξ ἀμφιβολίας, Grot. *II*, 16. 4.
(b) *quoties in pactis est* ἐναντιφάνεια.
(c) Pufend. *Off. I*, 17. 5. *sq.* Grot. *II*. 16. 4.
(d) Grot. *II*, 16. 5. & eo Zieglerus. *Dicuntur civiles, quia Leges in præfinitendis diebus, & mos civilis in numerandis diebus magistratuum, contractuum, aliarumque actionum civilium utitur diebus compositis & integris. Forsan huc referas, quod Gentes nonnullæ horologia retinent XXIV. horarum, ut* Noribergenses, *& olim Babylonii, ac alii quos, nisi fallor,* Grotius *de V. R. C.* allegat.
(e) Jud. XI. 31.

quid dies civiles?

LXIII.

quando conjectura sumatur ex effectu?

Ex *effectu* sumitur conjectura, si vox ex usu receptiore sumta effectum post se traheret à ratione alienum. Exemplum est Ludovici XII. G. R. cui Papa promiserat licentiam conferendi Episcopatus, si in Gallia vacarent.

LXIV.

quando ex conjunctis?

Conjuncta sunt aut origine aut loco. Origine conjuncta sunt, quæ ex eadem voluntate proficiscuntur, etiam alia occasione locoque dicta, unde conjectura nascitur, quia in dubio voluntas creditur sibi fuisse consentiens. (a) Inter ea, quæ Loco conjuncta sunt, vim præcipuam habet ratio Legis, quam cum mente multi confundunt, cum unum sit ex judiciis, quibus mentem venamur. (b)

(a) Grot. *H. 16, 7. Tota Lex perspicienda est, totusque orationis sensus audiendus. Prov. XVIII. 13. Sir. XI. 8. Non judicabis, antequam causam audiveris.*
(b) Grot. *II*, 16, 8. *Tria sunt, quæ sensum Legis manifestant.* (1) Verba,

Unde patefiat sensus Legis?

ad

ad quorum propriam significationem primo omnium recurrendum est. Nec enim licet, salva socialitate, pro arbitrio sensus verborum detorquere. (2) Mens *sive intentio LLatoris, quæ ipsa quasi anima Legis est. Ubicunque ergo de mente LLatoris constare potest, ibi Legis interpretatio non erit difficilis. Ad venandam autem hanc mentem sive sententiam Legis in subsidium* (3) *sumitur* Ratio Legis, *i. e. causa unica, quæ Legislatorem ad ferendam Legem impulit. Hæc ratio Legis vel est* expressa *vel* adjecta. *Posterior non est certa, sed à DD. præsumta; & in positivis hominum LL. indubitata scientia raro cognoscitur. Prior autem quæ in Lege expressa est, magnum sensui mentique expromendæ indicium præbet, & post verba secundum certitudinis locum occupat.*

LXV.

quid Interpretatio extensiva?

Extensiva interpretatio ut rarius est adornanda, sic adæquatum ejus fundamentum est Ratio, Legis, promissionis aut dicti, GENERALIS, quæ & æquipollentes casus vult intelligi. (a) Rhetores hoc argumentum tractant in loco ἀπὸ ῥητῆς καὶ διανοίας, quorsum & locum referunt κατὰ συλλογισμὸν per ratiocinationem, nimirum ubi ex scripto deducimus non scriptum. (b)

Exemplũ è Sacris & Regula GENERALIS.

(a) Grot. *II, 16, 20. Divinior quoque Spiritus quæ privatis promissa sunt, ut Jos. I. 5. ad singulos extendit Hebr. XIII. 5. quia Ratio DEI promittentis unica fuit, testari bonitatem omnibus, unde OMNIA ad nostram doctrinam scripta dicuntur, Rom. XV. 4. Hæc divini plenitudo conceptus, Verbum amplum valde;* Psalm. *CXIX, 96.*

(b) *Exemplum allegat Grotius in pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore, cum non aliud esset muniendi genus. Is locus ne aggere quidem cingi poterit, si satis constet, prohibendi muros unicam fuisse causam, ne muniretur is locus. Sic* Exod. XXI. 33, 34. *Lex est de restituendo bove in foveam ab altero factam lapso, quæ ad quodvis mansuetum animans recte extenditur, quia ratio Legis unica fuit, tollere fraudes & restitutionem damni inculcare. Vulgo solet exemplum adferri de conditione, si posthumus sit mortuus, ab eo scripta, qui posthumum omnino expectabat: ut sententia dispositionis producatur ad eum casum, si is posthumus natus non esset: quia*

conſtet voluntatem loquentis motam fuiſſe conſideratione non exſtituræ prolis Grot. *II*, 16, 20.

LXVI.

quid Interpretatio reſtrictiva?

Reſtrictiva interpretatio, quæ ſenſum verborum arctari jubet, frequentior eſt, & facilius rationes reperit, quam extenſiva. Ut itaque verba generaliter poſita reſtringantur primo contingit ex defectu voluntatis originario (a) ſeu quod aliquis ab initio quid noluiſſe præſumatur. Id quod rurſus variis modis intelligitur. Ut ex abſurdo: quod alias inde ſequeretur id, quod nemo ſanus voluiſſe judicatur. E. c. Præceptor convenit cum diſcipulo, ne honorarium ipſi ſolvatur, quousque diſcipulus cauſam non obtinuerit; abſolutis ſtudiis diſcipulus negat honorarium. Præceptor ad judicem eum vocat, qui eum condemnat ad ſolvendum honorarium; diſcipulus ſe non poteſt tueri exceptione pacti, quippe cum in eo ineundo de hoc cogitatum non fuerit, & abſurdus foret, qui ſuo pacto efficeret, quo minus obtineret, quod ex eodem pacto ſibi debetur. (b) Geminum eſt de Ariſtide, qui denarium promiſerat ei, qui veritatem ipſi dicturus eſſet. Cui Sophiſta dicebat: Tu promiſſum denarium mihi non dabis. Dubitatur, quid Ariſtidi ſit faciendum. Si dat, dedit ei, qui veritatem non dixit. Si non dat, veritatem iſte dixit, & Ariſtides promiſſum non ſervat. Nimirum verba ſua, promiſſionemque primam ad hunc caſum extendi noluit Ariſtides, quia abſurdum non voluit. Nec mendacii poteſt arguit *Epimenides*, Cretenſis, ex proprio dicto: κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, Cretenſes ſemper mendaces; (c) ubi nil juvat dicere, verum non eſſe quod dixerit Epimenides, quippe qui ipſe Cres ſit. Verbis enim generaliter poſitis tacita ſubeſt exceptio ejus, qui vitia taxando verum dixit.

Ut reſtrictio fiat ex defectu voluntatis originario?

(a) *Pufend. I, 17, 11. Grot. II, 16, 22.*

(b) Vitriar. *de J. N. & G. II, 16. qu. 25. p. m. 323.* Pufend. *de J. N. & G. V, 12, 19. quæ ipſa inter* Protagoram & Evathlum *controverſia eſt, tacta ſuperius §. LVIII.*

(c) Tit.

(c) Tit. I, 12. Epimenidem *vaticinantibus per furorem annumerat Cicero de Divinatione.* Προφήτην *vocat Paulus vel illudendo, ut censet Hieronymus, vel quod de oraculis scripserit, & oraculorum titulo prænotatus ejus liber sit. Vocat enim* Θεόλογον Diodorus Siculus *L. V. Laertius eum dicit fuisse* γνωσικώτατον; *& ab eo per Atheniensium pagos aras sine nomine* (βωμοὺς ἀνωνύμους) *inveniri ait. Lib. I. segm. CX, ob pestis memoriam, qua illos Epimenides è Creta vocatus liberavit. Cretenses ajunt obiisse anno ætatis ducentesimo nonagesimo nono. Idem Laertius I, CXIV: Ajunt, divinationis fuisse peritissimum. Nam cum Munychiam vidisset, ignorare eos dixisse, quantarum cladium causa locus ille futurus esset; quod si scirent, dentibus illud castrum discerpturos. Quod prædixit Olympiadibus* LXIV. Ad locum *Epimenidis* Tit. I, 12.

LXVII.

Intelligitur etiam defectus originarius *ex defectu rationis*, quæ unicè voluntatem movit. Sic negotiatores, qui annonam urbis adjuvant; item navicularii, qui annonæ urbis serviunt, immunitatem à muneribus publicis domesticis consequuntur, quia iis peregrè cum labore & periculo funguntur; hæc immunitas cessat, si non amplius sint in ejusmodi actis. (a) Restrictio tamen facienda non est, si res comprehendatur sub ratione, quoad potentiam moraliter consideratam. (b) Ut restrictio oriatur ex defectu rationis?

(a) Pufend. *Off. I, 17. 11.*

(b) *e. c. si cautum sit, ne exercitus aut classis aliquo ducatur, non poterit duci, etiam animo non nocendi; quia in pacto non certum damnum, sed periculum qualecunque spectatum est, quod* MORALITER *à tali exercitu aut classe timeri potest, si in tali loco versetur. add. Grot. II, 16, 25.* Vitriar. *de J. N. & G. II, 16. qu. 26. pag. m. 324.* Pufendorf. *de J. N. & G. V, 12. 26.*

LXVIII.

Fit etiam restrictio *ex defectu materiæ*: Ut si feudum concessum sit alicui pro se & descendentibus masculis, non intelliguntur nepotes ex filiâ; quia natura ejusmodi feudi repugnat, quæ fœminas & descendentes ex illis planè excludit. (a) Ut ex defectu materiæ?

(a) Pufendorf. *de J. N. & G. V. 12. 25.*

LXIX.

LXIX.

Ut ex casus emergentis repugnantia cũ voluntate?

Secundò petitur *interpretatio Restrictiva* ex casus emergentis repugnantiâ cum voluntate; id quod deprehenditur (1) *ex naturali ratione*, beneficio duplicis quasi virtutis, quarum altera εὐγνωμοσύνη, æquiprudentia, (a) est in intellectu: altera (b) ἐπιείκεια æquitas, est in voluntate. Cujus rei fundamentum est, quod omnes casus prævideri ob humanæ mentis imbecillitatem non possunt; & quod ipse LLator casum fuisset exemturus, si adesset. Hic locum invenit æquitas, sive dextra Legis interpretatio, qua ex naturali ratione ostenditur, casum peculiarem sub Lege universali non comprehendi, eo quod alias absurdi quid inde sequeretur. (c) Ubi tamen notat Grotius ad Campanellæ Politica, æquitatem in Lege naturæ locum habere non posse, cum natura non loquatur universalius, quàm Lex exigit: ast Legem naturæ non prout in se est, sed ut ab hominibus nimis (d) universaliter enunciatur, opus habere interpretatione ἐπιεικείας. v. c. suum cuique reddendum, intellige, utenti ratione, & nisi ex Jure superiore sit impedimentum. Primum itaque indicium hujus æquitatis est, si violaretur Lex naturalis. Alterum, si non quidem illicitum sit verba Legis sequi, id tamen si fiat, cum charitate humana non possit componi, aut alias sit grave ac intolerabile. (e) Ita Matth. XII. 3. Servator optimus: *Nunquid legistis, quid fecerit David, quum esuriret?* velut dicat, *In pari causa, jus idem esse oportet.* Lex Sabbathi & Lex de propositis panibus non edendis nisi à Sacerdotibus, ambæ sunt rituales. David ejusque Comites pari necessitate pressi, qua nunc premuntur Discipuli mei, fecerunt contra τὸ ῥητὸν ac verba Legis, non tamen adversus τὴν διάνοιαν. Sequitur ergo, nec discipulos meos hoc facto quidquam adversus Legis sententiam committere. (f)

An in Lege naturæ locum habeat Epiikia?

(a) *i. e. intelligentia æqui.*
(b) *studium sectandi æquitatem. Aristot. Nicom. V, 10.*
(c) *Pufend. de J. N. & G. V, 12, 24.*

(d) *vides*

(d) *vitia ita corrigi, quæ mendose expressa sunt apud Pufendorfium de I. N. & G. V. 12, 27.*

(e) *Pufend. Off. H. & C. I, 17, 12. Aristoteles dixit* Ἐπιεικείας *proprium esse,* ἐπανορθοῦν τὸν νόμον, ἢ ἔλλειψη λέγει τὸ καθόλου.

Quid Epiikia Aristoteli?

(f) *Scilicet minima necessitatis utilitatisque sunt Leges sacrorum rituum & institutorum civilium; quas certum est, non ob id ipsum quod in Lege est, sed ob* εὐταξίαν *aut significationis alicujus gratia repertas. add. Grot. ad Matth. XII. 3. & de J. B. & P. II, 16, 20. Legi etiam meretur* Erasmus *Colloquio:* ἰχθυοφαγία, *ac denuo Grotius de J. B. & P. I, 4, 7. ibi: Hebræorum Magistri Legibus de cibis vetitis aliisque addunt exceptionem necessitatis: non quod DEO Jus non sit ad certam mortem subeundam nos obstringere, sed quod Leges quædam ejus sint argumenti, UT NON CREDIBILE SIT, DATAS EX TAM RIGIDA VOLUNTATE.*

Quæ ratio legum circa Ritus?

LXX.

Desumitur II. (a) Restrictio ex aliis signis voluntatis, quæ ostendunt, casum esse eximendum. Inter ea nihil esse validius ait Grotius, (b) quàm verba alio loco posita, non ubi directè pugnant, (quæ est ἀντινομία) sed cum velut inspirato ex ipso rerum eventu inter se committuntur. (c) Seu, quod eodem redit, quando duo pacta aut duæ Leges diversæ extant, quæ invicem non pugnant, ac diverso tempore commodè servari & impleri possunt ac debent; verum quibus satisfieri nequit, quando casu aliquo earundem impletio in idem temporis momentum incidit; (d) Quo casu utra pars prævalere debeat: regulas ex antiquis auctoribus *Cicero* posuit, quales digessit concinnius Grotius, ac supplevit denique Pufendorfius. (e) I. *Id quod permittitur tantum, cedit ei quod jubetur.* e. gr. si Lege permittatur, ut omnis Civis Romanus possit habere Concubinam: tempore belli autem aliter constituatur, mulierem in castris habeto, prior Lex cedit huic posteriori. II. *Quod facturus sum, quum esse debeo, id quod deprehenditur (1) in intellectu; altera (b) Cujus rei fundamentum est, humanæ mentis imbecillitas. Latior casum fuisset eximu- sit æquitas, sive dextra Legis ne ostenditur, casum pecu- comprehendi, eo quod alias Ubi tamen notæ Grotius ad in Legenaturæ locum habe- natur universalius, quàm erout in se est, sed ut ab ho- anciatur, opus habere in- unque reddendum, intelli- superiore sit impedimentum, quatus est, si violaretur Lex um illicitum sit verba Legis, ne humana non possit com- bile. (c) Ita Matth. XII. 3. quod fecerit David, quum esse- dem esse oporteat. Lex Sabbathi dendis nisi à Sacerdotibus ne Comites pari necessitate uli mei, fecerunt contra ea versus vide Nonium. Sequitur o quidquam adversus Legis*

Ex quibus signis Voluntatis fiat Restrictio?

Regulæ Ciceronis, & ex eo Grotii, de Collisione ac Interpretatione Legum.

rest

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [391] - 381
PUBLIC DOMAIN

test fieri, seu illi obligationi, quæ impleri potest quovis tempore. E. c. promisi operam annuam, quæ potest impleri quovis tempore, & quavis hora diei; eandem operam promisi alteri, quæ potest tantum præstari certo tempore cu certa hora in die. Posterior obligatio præfertur priori III. *Affirmativum præceptum cedit negativo*, scilicet si impleri non possit, nisi per violationem præcepti negativi. Præcepta enim negativa semper obligant & ad semper, seu nunquam licet malum facere: affirmativa semper, sed non ad semper, sed tunc demum, quando adest occasio. Sic corium non est auferendum, ut pauperibus eleemosyna detur. (f) Vel: Non licet furari, ut creditori tuo solvas. IV. *Inter conventiones Legesq;, cætera æquales, peculiaris præfertur generali.* Quia specialia solent esse efficaciora generalibus. * E. c. sit Lex: Imperator in negotiis magni momenti adhibeat consensum Electorum, etiam Statuũ interdum. Sit alia Lex: quando Electoratus vacat, Imperator de ipso debet & potest providere tanquam de re ad se & imperium legitime devoluta. Hic sequimur (inquiunt quidam) Legem specialiorem, & Imperator providebit non adhibito Electorum Statuumve consensu. ** V. *Inter duas præstationes certo temporis articulo inter se collisas, quarum una causas magis honestas utilesque, quam altera habet; hanc isti cedere par fuerit.* E. c. promisi operas bellicas primo fœderato; easdem promitto fœderato posteriori: sub cujus protectione, forte etiam sumptibus ipsius vivo: casus emergit, ut fœderatus uterque opus habeat opera bellica: promissio posterior præfertur, quia causas habet magis honestas & utiles propter fortiorem obligationem. VI. *Injuratum pactum cedit jurato*, quando utrique simul satisfieri nequit. *** VII. *Obligationi perfectæ mutuæ, homines utrinque respicienti, cedit obligatio imperfectè mutua*; sic, quæ ex contractu debentur, potius solvenda sunt, quàm quæ ex promisso gratuito. VIII. *Lex beneficentiæ, cæteris paribus, cedit Legi gratitudinis.* Favorabilius enim debitum grati animi, quàm beneficentiæ. In eo reddimus quod debemus: in hoc damus.

mus.**** Addi posset IX. *Inter LL. quæ à potestatibus subordinatis proficiscuntur, Lex inferioris cedit superioris Legi, ubi utrique simul satisfieri nequit. Hinc DEO magis obediendum quam hominibus.** Ad quod veluti κοινὴν ἔννοιαν provocarunt Apostoli. Quæ sententia frequens est apud Hebræos. Etiam è paganis *Herodotus*: Πρεσβυτέρῳ ποιεῖν τὰ τῷ Θεῷ ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Paulus Apostolus Eph. VI, 1. Filii, inquit, obedite Parentibus IN DOMINO, id enim æquum est. Ad quem locum Hieronymus: Peccatum filiorum est, non obedire Parentibus; & quia poterant parentes aliquid imperare perversum, *adjunxit*: IN DOMINO.**

(a) *vide* §. *antec. ab initio.*

(b) *II, 16, 28.*

(c) *quam Rhetores vocant* τὸ ἐκ περιστάσεως μάχιμον.

(d) *Pufendorf. de J. N. & G. V, 12, 23.*

(e) *quod judicium est Kulpisii ad Grot. II, 16. §. 3. p. m. 100.*

(f) *Aio: abludere hanc regulam à scopo, quia de præceptis juris naturalis heic non agatur; si verò de legibus positivis exandiatur, quod prohibitio præferatur jussui, tum falsam vel ambiguam esse. Sed de Legum pactorumque interpretatione utique generatim heic agitur, eoque censura huc non pertinet. Constat, artius limitari libertatem humanam per præcepta negativa, quam per affirmantia, quum ista semper omitti possint, hæc certis temporibus queant in actum deduci. Conf.* C. Thomas. *Jurispr. Div. II, 12, 122.* Vindicatur Regula de præceptis affirmativis

* τὰ γὰρ ἰδικὰ τῶν κοινῶν ὑπεξαιρεῖται, *specialia generalibus derogant, ut ait* Papianus *in Basilicis Lib. LX, tit.* περὶ ποινῶν §. 41. pag. 839. Tomo VII. edit. Fabrotti.

** *Capit. Leopold. art. 39. Aurea Bulla c. IV. §. 2. & eo* Rümelin. *ex edit. Suederiana Dissert. VII. p. 169. seq. ubi tamen docet & hanc Legem de Libera Imperatoris dispositione hodie esse limitatam. pag. m. 170. seq.* &

*** *Hæc regula, inquit Vir doctus, ad falsas referri debet. Nam si pacta sint contraria, tum posterius priori erit præferendum, sive juratum, sive injuratum fuerit. Sed cur posterius, etsi injuratum sit, præferri debet priori, eique jurato? Certè sanctior esse juramenti religio debet, si de materia habili præstitum sit. De quæstione: an* de pacto jurato.

jusjurandum peculiarem obligationem producat? supra diximus, Exerc. VII. §. XXXIV.

**** *Sic si concurrat Patronus egenus, cum paupere etiam egeno, hic Patrono erit postponendus. Modo tamen uterque egenus sit. Conf.* C. Thomas. *Jurispr. Divin. II, 12, 131.*

* Act. IV. 19. *Primum enim hoc est principium: Nosse DEUM, soli obtemperare, solum colere.* Cui cedit *illud: Amare se ac tueri. Unde induci gravissimis suppliciis non potuere Martyres, ut levi etiam simulatione, puta thuris in aram jactu, à gravissimis suppliciis se liberarent. ac tertium illud: Esse socialem. add.* Dn. Hertius *Opuscul. P. I. de* Collisione *Legum sect. I. §. 5, 6, 7.*

** *Grot. I. B. & P. II, 26, 3. fuse. Irrisus olim* Stratocles, *qui Legem Athenis rogaverat, ut quicquid Demetrio Regi placuisset, id in Deorum & inter homines justum esset.*

COLLE-

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO IX.

Ad Lib. II. Cap. I. & II.

Summa.

I. Quid Status? quid naturalis? Num Status integer sit norma præsentis? quid Status ubicativus? quid quandicativus? II. Quotnodis capiatur Status naturalis? III. Quis usus singularum acceptionum? Quid præcipuè Status naturalis, seu æqualitatis, & libertatis naturalis? IV. Quid Status puræ naturæ? quid bellicus *Hobbesii*? V. An cum serio statuerit Hobbesius? VI. Qui modus definiendi lites in Statu Naturali? An Mars statim sumendus Arbiter? Quæ via Compromissi puri? quid Arbiter? Mediator? singularia de Testibus. VII. An & Christiani Principes sint in Statu Naturali? VIII. Quot Status Adventitii? quid Matrimonium? IX. An vagi concubitus Jure Naturæ prohibiti? X. An & usus organorum generationi destinatorum pra ternaturalis? XI. Undenam Marito competat Jus in Uxorem? XII. An Polygamia sit contra Legem Naturalem? XIII. An Matrimonium certus in gradibus Jure Naturali sit prohibitum? XIV. Quod fundamentum turpitudinis incestus inter parentes & liberos? XV. Quid divortium? Rationes pro eo *Jo. Miltoni* solvuntur. XVI. Casus de Matrimonio Henrici II. & Kunegundæ? XVII. Num adulter sit, qui cum sua quidem, sed quam pro aliena habuit, conjuge congressus est? XVIII. Regula generalis de gradibus prohibitis. XIX. Quid censendum de Matrimonio Jacobi cum Lea? XX. An defunctæ uxoris sororem ducere liceat? XXI. De præparatione animi ad Nuptias. XXII. De Concubinatu: An omnis prohibitus? XXIII. Quid Sponsalia? An desponsationes impuberum jure Naturali licitæ? XXIV. Quod Jus proclamationis, copulationis, & benedictionis sacerdotalis? XXV. Ex Mose, officia Mariti, Exod. XXI, 10.

I.

Quid Status Naturalis? An integer?

*Statum * Naturalem* nonnulli eundem adpellant, qui in Ecclesia audit integer; quem & alii vocant Notionalem. Qui num sit norma præsentis, (a) ad quem officia mortalium componi debeant, non levis disquisitio est; quibusdam his fere argumentis in negantem sententiam abeuntibus, quod Respubl. quatenus ordinem imperantium parentiumque dicit, in Statu tam perfecto locum habere non potuisse videatur; quod etiam de Maritali, paterno

herilique Imperio dicendum ſit. Quorſum & hoc referunt, quod Belli actiones & inſtituta è Statu ſummè tranquillo menſurari nequeant, nec dominiorum in eodem diſtinctio debuiſſet obſervari. Alii tamen repudiandum ex eo *notionalem* Statum non eſſe arbitrantur, *quod notionalis ſit*; (b) quum nec in Moralibus contemni abſtractionum uſus debeat; nec eos probandos cenſent, (c) qui in imperio ordineque civili nonniſi corruptæ remedium naturæ agnoſcunt; neque enim ad Imperium formaliter requiri vim cogentem in actu exercito; eſſe etiam in bonos imperium, qui oderunt peccare virtutis amore. Imperium *ut ſic* operativam dicere & moralem qualitatem, ſive poteſtatem in perſonas alias. Et ſi perfectioni hominis primi nihil deroget, quod ſocietate indiguerit; nec ejus integritati opponendum eſſe Imperium. Hinc etiam eo in Statu Jus Marito in Conjugem, neque citra Scripturarum, ut exiſtimant, auctoritatem attribuunt. (d)

An Imperio in Statu integro locus?

quid Status?

* Status *eſt objectum actionum moralium ſuppoſitivum, contradiſtinctè poſitivo, quod ſunt res & perſonæ. Dicitur ens ſuppoſitivum, quia rebus moralibus poſitivis ſubſternitur, ut in eo ſuam, quam habent, moralem exiſtentiam quaſi ponant, & actiones ſuas atque effectus exſerant. Pufendorfius Elem. L. I. def. 3. p. 9. concepit per modum ſpatii, eumque diſtinxit in* ub cativum & quandicativum. *Illum diſtinxit in* determinatum & indeterminatum. *Hunc in* naturalem & adventitium. Quandicativus *reſpectū habet ad quando ſeu tempus moraliter conſideratum, ut Junioratus, Senioratus, quorum uterque dicitur* vel in reſpectu ad durationem *exiſtentiæ, & vocatur ætas, cujus gradus infantia, pueritia, adoleſcentia, juventus, ætas virilis, ſenecta ætas decrepita:* vel in reſpectu ad durationem in Statu aliquo adventitio, *ut tirocinium, veteraniſmus, Status emeritorum. ad priorem claſſem referunt primogenituram.* 2. *Ad* Statum quandicativum *pertinet Majorennitas, quando quis cenſetur habilis ad res proprio marte adminiſtrandas; & minorennitas, cum quis Tutore aut Curatore opus habet.* Ubicativus eſt, *qui reſpectum involvit ad ubi aliquod Morale, & conſiderari poteſt vel* indeterminatè *vel* determinatè. *Indeterminatè conſideratus eſt vel* Naturalis *vel adventitius. Naturalis*

quid quandicativus?

quid Ubicativus?

pecu-

peculiari vocabulo caret, potest tamen vocari humanus, seu ea conditio, in qua quilibet homo, eoipso quod homo est, constituitur. Cui etiam subordinatur PAX. Status adventitii peculiares sunt Ecclesiasticus, Politicus, Oeconomicus. *Quorum commune velut Seminarium est* Scholasticus. Determinatè *sumtus Status* ubicativus *est vel* honorificus *vel* minus talis. *Illum vocamus Officium, & est, in quo quis ad alterius utilitatem aliquid efficere tenetur opera potissimum notionali cum aliqua dignitate: hunc servitium, in quo quis citra dignitatem quid in alterius utilitatem opera potissimum physica præstare tenetur.*

(a) *Historiam & momenta disputationis exposuit C. Thomasius, JPrud. Div. I, 2, 36. ad §. 40.*

(b) *conf. omnino laud. Thomas. d. l. p. 66. & junge, si placet, utramq; nostram de Statu Naturali Disputationem olim habitam.*

(c) Böcler. *ad Grot. I, 3. p. m. 470.*

(d) 1. Cor. XI, 7. *adde* Kulpis. *Coll. Grot. Exerc. IV. §. 4. p. 54.*

II.

Quot modis sumatur Status naturalis?

Potest de cætero, immo debet Status hominis post Lapsum ut, *suo modo, ac moraliter rectus* (a) considerari, cui opponitur corruptus, seu à naturali rectitudine deflectens. (b) Isto sensu Status naturalis primo vocatur Status *perfectionis*, humanitatis, rectæ rationis; (c) Secundò Status *solitarietatis*, (d) considerans hominem sine aliorum adminiculo, quem ne integrè quidem bonum aut convenientem fore prædixit Conditor O. M. Tertiò *æqualitatis & libertatis* (e) *naturalis*. Sic Statum naturalem dixit Grotius, quo nulla est Jurisdictio. (f)

(a) *ne perperam Virorum insignium doctrina capiatur. Conf. denuo* Thomas. *I, 2, 444.*

(b) *qualis est v. c. latronum.*

(c) *§. 3. quem pulcrè delineavit Siracides XVII, 1, 7. sqq. cui opponitur Status bestialitatis,* Job. XI, 12, *quando* homo natus sit sicut fera.

Status bestialitatis.

(d) *cui opponitur* Status cultior, *sive humana industria excultus, seu* strictè *socialis §. 4. nosque illius existentiam demonstravimus Disp. prima de Statu Naturali* C. Käuffelino *Respondente §. 12. Adde* Tho. Bang. *Cal. Orientis qu. 3. p. 9, 10.*

(e) *qui utique pacificus. Cui opponitur Civilis, isque vel fictus vel re-*

vera

vera exi[illegible] §. 6. Cæterum huc pertinet eadem omnium origo. quos [illegible] uno sanguine omnes derivando DEUS ipso facto conjociatos voluit. An Eva Adami filia dicenda? vid. Zentgrav. initio libri de Jure gentium.

(f) *Grot. J. B. & P. II, 7, 28. med.*

III.

Quis usus variæ significationis Status Naturalis?

Triplicem hunc (a) Statum, Naturalem adpellat auctor, desumta primi denominatione ab essentia; alterius à miseria, naturam humanam sibi relictam comitante, * tertii à libertate & æqualitate hominum naturali. Singularum acceptionum (b) usus est amplissimus. Primi quidem in deducendis ea ga DEUM officiis, & de custodienda æqualitate; istius in demonstranda (c) necessitate societatis, hujus in singulis (d) fere officiis eorumque comparatione; cumprimis verò in exponenda quæstione: Quid Juris inter Civitates Liberas, non alio quàm humanitatis vinculo junctas? (e) Definitur hic posterior Status,

quid Status libertatis naturalis?

Conditio hominum inter se æqualium, neminisque alterius, præterquam DEI & divinarum Legum arbitrio subjectorum.

(a) C. Thomas. *d. l. 1, 2, 56.*

* *quam inprimis urget indigentia. conf. supra I, 3, 3.*

(b) *d. l. §. 60. p. 69, 70.*

(c) *ut ejus usum quoque probat* D. Zentgravius *de Jure Gent. Art. I. §. 6. Primus, nisi fallor, naturalem dixit Grotius II, 7, 27, 27. II. 20. 8. non male, quandoquidem naturalia etiam à bonis auctoribus adpellari solent, quæ citra factum hominum existunt.*

(d) *e. c. I, 5, 8 & I, 5, 11. I. 14, 5. p. 164. omnino.*

Exempla ejus.

(e) *exempla Rectorum in Statu naturali comparatè ad alios (possunt enim nihilominus in certa societate esse, h. l. §. 6.) viventium in sacris obvia sunt,* Lamechi *vindictam adgressori suo enormem comminantis, Gen. IV, 23. Regum Belli Jure sua vel defendentium vel vindicantium, ib. XIV, 4, 5.* Abrami *inprimis Lothum armata eripientis manu, XIV, 14, 15. Ejusdem cum Rege Sodom. Gen. XIV, 22. & cum Mamræo Principe: quod ex fœderis contesseratione in Politia Ante Exodica probat Danhauerus, Gen. XXIII, 6. Exemplo quinimò esse*

possunt

possunt duo Fratres in segreges discerpi familias Esavus & Jacobus, quorum ille à Jacobo ut videbatur læsus, Jus suum quadringentis stipatus armatis adversus fratrem instituerat vindicare, Gen. XXII. 6. XXXIII. 1. *conf. Auct. §. 7.* Laban *etiam & Jacobus à se divisi. Ubi Jacobus Jus suum in vitam familiæ sic ostendit: Apud quem deprehendentur Tui Theraphim, hic coram fratribus nostris moriatur. Gen. XXXI, 32.*

IV.

Differunt hæ Status Naturalis acceptiones cum (a) à Statu puræ Naturæ, quem comminiscuntur nonnulli: tum à Statu Bellico Hobbesii, cum nos ubique pacificum ac socialem intelligamus. (b) Estque omnino Status iste naturalis, & reflexa sui ipsius consideratio, quod scilicet homo animal sit rationale ac sociale, in rebus agendis id ipsum quod semper ac primò omnium cogitari debet, & prima ista ratio, cui omnia humana, quà talia debent congruere. (c) Ad solutionem Objectionum *Hobbesii*, & qui presse eum sequutus est *Cl. Becmanni*, notandum discrimen inter id quod per se vel ex accidenti è metu deducitur. Consociatio enim per se ex ipsa hominis natura, non metu derivanda est. (d) per (e) accidens autem oritur ex metu. (f) Et cui præsto, quæ mihi fieri vellem, cuique non infero malum, quod ipse nollem perferre, ei, si non conjunctus, saltim non possum esse inimicus.

Quid Status puræ naturæ? quid bellicus Hobbesii?

(a) *Scholastici plerique, & post eos* G. Calixtus, *Comp. Theol. p. 90. in quo creari hominem potuisse statuit, invita, ut existimo, Conditoris Sanctitate.*

(b) *Thomas. J Prud. D. I, 2, 34. adeoque talem conditionem, quæ ex natura hominis etiam rationali, consequitur. Non desinit homo esse, qui in solitudinem abjicitur, quanquam societatem natura desideret.*

(c) D. Zentgr. v. *de Jure Gent. Artic. I. pag. 18, 19. adeoque etsi homo concipiatur vivere, ut liber ab omnibus inventis legibusque humanis, semper tamen tenetur vivere UT HOMO.*

(d) *d. l. §. 12. &* Böcler. *ibi laudatum §. 13.*

(e) *d. l. §. 13. p. 22. per se enim homo homini in adjutorium mutuum generatus est,* Seneca *de Ira I, 5.*

(f) *Ait:*

An Auctor noster *Hobbesii* principium adsumserit?

(f) *Ais*: Pufendorfium *tamen Hobbianum Statum Naturalem adprobare, quippe in quo fateatur, quemlibet propriis viribus protegi; fructum in eo suæ industriæ nemini certum esse; imperium in eo dominari affectuum, bellum, metum, paupertatem, fœditatem, solitudinem, barbariem, ignorantiam, feritatem, hoc opusc. II, 1, 9. Sed distingue inter Statum ipsum, & incommoda ex accidenti eum comitantia. Auctor de incommodis ei adjunctis loquitur, velut quæ non ipsum Statum per se, sed hominum malitiam sequantur, imbecillitati naturali imminentium. Quæ proin urget, ut in societates coeatur. Cæterum etiam defensionem sui in Statu hoc naturali, juxta dictamen rectæ rationis instituti debere* observat. *II, 1, 8. fin.*

V.

An Hobbesius seriò statuerit Statũ Bellicum?

Etsi verò per modum hypotheseos *Statum* ejusmodi *Naturalem* adsumserit alicubi *Hobbesius*; alibi tamen serio Statum Civitatum vocat naturalem, i. e. hostilem, qui revera existat inter quosdam homines, sibi nempe invicem haud subjectos, neque communem habentes Dominum, ut jam omnes sunt Civitates. (a) Qui quidem Status & Originibus humani generis, & similitudini naturæ, & societatum (b) initiis vehementer adversatur.

(a) *Recte provocat* Pufend. *de J. N. & G. II, 2, 7.* ad Leviathan. *c. XIII. ubi ait: Reges & personæ summam habentes potestatem OMNI TEMPORE HOSTES INTER SE SUNT.*

(b) *quippe non inimicitiæ aut belli causſa, sed quod sine iis humanum genus propagari non potuisset, institutarum. conf* Pufend. *de J. N. & G. II, 2, 7. qui quomodo Hobbesii phrasin: In Statu mere naturali unicuique licuisse facere, quæcunque & in quoscunque licebat: Naturam item dedisse unicuique Jus in omnia: Emolliat ac interpretetur, Naturam nimirum res ad hominis conservationem facientes in medio posuisse, antequam per pacta homines istas inter se dividerent: & qui neminem habet superiorem, ex propriæ, EJUSQUE SANÆ Rationis dictamine quævis agere posse, quæ ad diurnam sui conservationem faciunt; vide d. l. II, 2, 3.*

VI.

Qui modus definiendi lites-

Elegans utilisque in hoc argumento, de modo litigandi

lis esque finiendi in Libertate naturali tractatio est. (a) Quum enim eos inter qui in ea vivunt, Judex non detur (b) qui lites definiat componatque; modum utique adinvenire oportet, quo lites agitentur finianturque. Ubi ultimò quidem actionum quisque suarum rector est, sed salva tamen Lege Naturæ atque humanitatis; neve Mars confestim sumatur *Arbiter*, (c) sed tertius, *isque neuter*, & Puro * COMPROMISSO delectus, (d) sic ut ab eo deinceps provocari aliò non possit; alteri non aliunde quam ob causæ merita favens: adhibitis etiam (e) testibus ejusmodi, qui gratiæ nihil dent, nec adfectum ante (f) conscientiam habeant. Cæterùm si amica via, id est, colloquio, compromisso aut sorte ** I, 7, 5. fin. res componi non possit, justè ad arma potest decurri. (g)

endi lites in Statu N?

qui testes adhibendi?

(a) *quam Auctor præsenti capite §. 10. primis fere lineis attingit, in opere verò majori toto capite XIII. Libri V. eximiè pertractavit. ed.* Kulpis. *Coll. Grot. p. 131. sq.*

(b) *quales sunt de taxatione debiti, ut in caussa Aurelianensi; de finibus regundis, interpretatione pactorum; ubi prius Conferentiis opus est; ad quas in caussa fortalitii prope Gandavum provocarunt Ordines Fœderati Belgii, quos insolentiæ per Torcium reos egit Rex Galliæ, A. 1702. initio.*

Exempla Controversiarum illustrium.

(c) *conf. omnino Pufend. de J. N. & G. V. 13, 3.*

* *Christianis etiam ab Apostolo injungitur, ut si oriatur inter membra Ecclesiæ lis super negotio civili, eam potius ad fratres deferant, è quo CO MPRO MISSO componendam, quam ut apud ethnicorum tribunalia litigando opinionem avaritiæ sibi contrahant. 1. Cor. VII, 17. sqq. add. Pufend. de Hab. R. C. §. 30. p. m. 125.*

de Compromisso exemplum 1. Cor VII, 17.

(d) *V. 13. 4. Grot. de J. B. & P. II, 23, 8. & III. 20, 46. distinctus tamen à* Mediatore, *qui litigantibus bellumve parantibus aut jam gerentibus ultrò se interponit. Pufend. d. l. V, 13, 7. Sic ob acceptam à Labano injuriam Jacobus ad* arbitrium *Fratrum provocavit Gen. XXXI, 37. sq.*

quid Arbiter? quid Mediator?

(e) *adeoque non uno teste, cujus auctoritas, divina etiam Lege inculcante, Num. XXXV. 30. Deut. XVII. 6. & XIX, 15. nulla. Pufend. de J. N. & G. V. 13, 9. quia unus facile sibi constat, duo si sejuncti examinea-*

Cur nulla auctoritas unius testis?

minentur, non item. Hist. Susannæ comm. 51. & aliàs ab unius hominis impudentia omnium fortunis aut vitæ periculum immineret.

(f) Memorabile est, quod Thuanus refert, receptam olim in Britannia consuetudinem fuisse, ut Angli in Scotum, Scoti in Anglum testimonium non valeret. Adde Pufend. d. l. V, 13, 9.

Votũ Grotii expenditur.

** Hi enim tres sunt modi, quibus vitari potest, ne controversiæ in bellum erumpant. Grot. II, 23, 6. Pufend. Off. II, 16, 3. Optandum esse ait Grotius, §. 8. conventus quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos quorum res non interest, aliorum controversiæ definiantur: imo & rationes ineantur cogendi partes, ut æquis Legibus pacem ineant. Quod magis quidem optandum, quam sperandum. Sed quis hodie judicabit de Causis Belli moderni, quo de Bilance totius Europæ agitur.

(g) Sic Abramus Lothum ereptурus armata manu hostem invasit profligavitque. Gen. XIV. 14. sqq.

VII.

An Principes Christiani sint in Statu N?

An & *Christiani Principes*, ad se invicem comparati sint in Statu Naturali? Dubium ex eo videtur, quod Lex charitatis eos stringat, & à vindicta sese abstinere præcipiat. * Sed affirmantem roborat competens iis majestas, quæ ad extra importat (a) PARITATEM; nec opponenda politiæ pietas est; & quæ gladium gerit summa potestas, non privato, sed DEI, sed publico nomine improbos ulciscitur; Cæterum nec duo Principes Christiani in Statu naturali alium, præter DEUM, Judicem habent, quibus tamen pax oppido debet esse commendatissima. (b) Christianissimus OBNOXIETATEM non importat. (c)

* Rom. XIII. ut vindictam DEO relinquant.

(a) ut recte monet Jac. Thomas. Philos. Pract. Tab. XLVIII. lin. 13. qui modus considerandi Majestatem eidem advenit ex hypothesi coexistentiæ aliarum Civitatum.

(b) conf. Grotius de J. B. & P. II, 23. 8.

(c) hoc enim dicit Status Naturalis famoso significatu, si quis alteri non sit obnoxius. Conf. omnino luculentam ejus descriptionem. Judic. XVIII, 7.

VIII.

Ad Libr. II. Cap. I.

VIII.

Quot Status adventitii? quot Societates?

Status Adventitii, *societatum* alias *specialius* dictarum nomine veniunt; quæ vel *simplices* sive minimæ, vel *compositæ*, cæque vel *mediocres*, vel *maxima*. Simplices sunt *Conjugalis*, (a) *Paterna*, *Herilis*. Compositæ Mediocres *Domus* & *Vicus*. Maxima est *Civitas*. (b)

quid Matrimonii?

(a) *simplicissima est Matrimonii definitio*, quòd sit legitima (& indissolubilis) unius maris & fœminæ conjunctio, ad procreationem sobolis & mutuum auxilium sancita.

Definitio Grotiana expenditur.

Unde improbant nonnulli definitionem Grotianam, *de J. B. & P. II, 5, 8. sub fin. quod sit cohabitatio maris cum fœmina talis, quæ fœminam constituat quasi sub oculis & custodiâ maris, conjuncta cum fide, qua se mari fœmina obstringat. Putant enim* [1] *eam definito laxiorem esse; cum & filia & pupilla sint sub oculis & custodia Patris & Tutoris;* [2] *judicant, promissionem fidei conjugalis minus recte ad solam fœminam restringi, cum mutua hæc inter conjuges obligatio sit, neque Vir potestatem in corpus suum habeat, 1. Cor. VII, 8.* [3.] *& id monent, omissam esse consensus mentionem, qui tamen principaliter ad Matrimonium pertineat.*

(b) *vid. denuo Jac. Thomas. Philos. Moral. Tab. XXXIX. lin. 47. sq.*

IX.

An vagi concubitus L. N. prohibiti?

Vagos promiscuosque extra Matrimonium (a) *concubitus*, naturali Lege prohiberi, vel exinde patet, quod humanam societatem vehementer turbent. Namque & fini conjugii repugnant, qui mutuum est adjutorium, prolisque educatio, & cum iis decora beneque disposita inter homines societas, vitæque civilis cultus intelligi nequit. (b) Quare nec probari (c) Lupanarium tolerantia potest, nec sufficiunt formati ejusdem palliandæ caussa Pontificiorum prætextus.

An Lupanaria in Rep. toleranda?

(a) *conf.* Kulpis. *Coll. Grot. Exercit. IV. §. 5. qui tamen monet, huc non referendum esse Concubinatum, qualis apud Romanos usitatus fuerit, quibus duas uxorum formas fuisse scribit Cicero, unam matrumfamilias, quæ scil. in manum convenere: alteram earum, quæ uxores tantum habebantur, & minus quidem principales, omni fere hæreditatis Jure destitutæ. Adde* Ohand. *ad Grot. II, 5, 15. Turcicus Imperator* Sultanus *uxorem non ducit. Nec extitit à Bajazetis temporibus*

ribus nisi unicum exemplum. Quod sit, ut sumtibus parcatur, quos maximos requisitura esset, certè non minores, quam Valeria, socrus mater Imperatoris, quæ 500000 Imperialium in reditibus annuis numerat.

(b) conf. Auct. c. II, §. 3. adde quod dignitati humanæ repugnent, cum ubi iis indulgeatur, homo parum sit dissimilis armentis, parum aut nihil de decoro & familiarum discrimine solicitis. Ais: At affectus extinguendi Libidinem omnibus hominibus est insitus; E. non repugnat L. N. Resp. hoc argumentum nos non ferire, si de extinctione ordinata, societatem non turbante, sed per Naturam offensa concindatur. Talem verò extra conjugium non esse.

Exemplũ Judæ & Thamaris expenditur.

(c) Multa in hanc rem, historica inprimis congessit Beemannus, Parallel. Polit. VII. 9. Sed quid de exemplo Judæ, Thamarem, quam Nurum suam non agnoverat, veluti Semitariam Mœcham stuprantis, & annulum cidarimque in pignus dantis, juxtaque publicè, ubi meretrix esset, quærentis? Unde manifestum videtur, scortationem eo saltim tempore inter res licitas habitam fuisse. Gen. XXXVII. 15, 21, 23. Sed etsi magna earum gentium, Cananæarum videlicet corruptio hinc innotescit, nihil tamen id nostræ thesi officit, neq; populorum facta Rationis dictaminibus opponi debent. Pulcre Hieronymus ad Occam: Cæsarem, ait, non Christum: Justinianum, non Paulum viris impudicitiæ fræna laxare & lupanaria permittere. & Augustin. de Civit. Dei, XVIII, 18. Usum scortorum, ait, terrena civitas licitam turpitudinem facit. add. Sirac. XIX, 2. Apud Babylonios quasdam mulieres velut Veneri devotas ex opinione cultus pudorem prostituisse manifestum est. Conf. Baruch. VI. 42. Cæterum, esse scortationem, vagosque concubitus in turpium peccatorumque classe percensendos, ex his etiam Naturæ Legibus facile dispiciunt, quicunque rem absque præjudicio expendunt. Certum nimirum I. inter homines esse debet, eos in illis, quæ carni sensibusque blandiuntur, non sine regula modoque agere ac vivere velut in diem posse; ac dignitati proin humanæ repugnare, si suis quisque libidinibus passionibusque rapiatur. Porrò: qui aliter sentiunt, hominibusque in universum omnibus, promiscuam vivendi rationem concessam existimant: eos, homines pro bestiis habere, quarum hæc est indoles, ut naturalem sequuntur instinctum impetumque, sine non expenso, in præsentia solum ferantur. III. Itaque hos, qui ita opinantur, quantum in ipsis est, nihil

Argumentũ de scortatione, & impuritate carnali, Naturæ legi adversa porrò demonstratur adversus novitios Epicuræos.

in

in genere humano relinquere vel vitii, vel virtutis. IV. At quam boc profanum, hominequ indignum eſt, ab obligatione ad Legem ordinemque vivendi, actionesque ſuas componendi, eum abſolvere, qui & ratione & judicio pollet, quorum beneficio à noxiis utilia, turpia ab honeſtis, & ab his quæ fieri debent, fugienda diſcernere poteſt; & quem naturali etiam facultate affectus domandi inſtruxit Creator. Quod niſi eſſet, plane inſociabilis foret vita generis humani, majorque inter homines quam inter beſtias confuſio exiſteret, quoniam hæ ſuo inſtinctu feruntur, ac intra illius cancellos continentur: illi verò vel ſolo impuritatis libidinumque impetu rapti non poſſent non in extrema omnia propelli. V. Cui malo, ne humanam ſocietatem evertat, non aliud ſane remedium eſt, quam Matrimonium, datum à DEO hominibus, levando curarum oneri, educandæ proli, continendoque intra terminos ac tranquillitatem Orbi inventum. At, ubi vagæ regnant libidines, ſuæque ſobolis Parentes pudet, id maximè committitur, quod tam naturæ adverſatur, quàm aliud quidquam. Nempe Cura Liberorum ab iis negligitur, quibus eam natura injunxit, dato inſuper Matribus lacte, quod in eorum alimoniam deſtinatum eſſe, ſuo beſtiæ exemplo oſtendunt. Ac tametſi quis dicat, eſſe tamen, qui extra matrimonium liberis proſpiciant: Præterquam quod pauci illi ſint, miſerandam liberorum ejusmodi conditionem experientia ſatis docet, qui Parentum cura deſtituuntur, & quos Parentum loco revereri oportebat, ipſorum vitio ignorant. Quod naturali Juſtitiæ adverſari; & præcipuum inſuper humanæ ſocietatis fundamentum, mutuum nempe inter Maritum & Conjugem, Parentesq; ac liberos amorem, (quo nihil dulcius, nihil ad res mortalium firmandas amplificandasq; magis eſt neceſſarium,) everti nemo non videt. Quod argumentum egregio nuper Libro: Traité contre l'Impureté: expoſuit Cl. Oſtervaldus edito Neocomi, A. 1708. addita in altera opuſculi parte Tractatione de Caſtitate, cujus & naturam ad ejusque ſtudium motiva, ac media denique eam conſequendi ex Naturâ Chriſtianæque Religionis principiis eruditè deſcripſit, graviterque inculcavit.

Opera optimè de hac materia Meriti Cl. *Oſtervaldi* commendatur.

X.

Multò verò magis manifeſtum eſt, Naturæ repugnare uſum organorum generationi deſtinatorum præternaturalem; nec

Cur & uſus organorũ præternatura-

Iis L. N. adversetur?

nec obstat, quod regeritur, *nefas non esse adhiberi membra ad usum, quem natura primo non intendit*, ceu peccatum non sit nutrire hominem per clysteres, aut lactis in venas infusione eum conservare. Quidquid enim in corpore humano membrorum existit, *ad totius Conservationem natura fabricavit.* Igitur quod hunc finem promovet, naturæ non repugnat; saltim quia subsidium ejus conservandi est, nunquam contrariari censetur. (a) Cæterum Juri etiam naturali repugnat, quod perpetui cælibatus & fictæ castitatis Leges in Papatu tot hominum millia subire coguntur. (b)

(a) *conf.* Christian. Thomas. *JPrud. Div. III, 2. ubi quæ à viro docto §. 153, 154. pro altera sententia producuntur, remedia sunt à Natura,* in Casu necessitatis, *utique intenta; qualia quidem ad infanda, de quibus ibi disquiritur, scelera, nulla quippe unquàm necessitate pallianda, nemo adplicuerit. conf. Rom. I, 26, 27. Ac optandum utique esset, hæc talia lucem nunquam vidisse.*

(b) *conf. Scriptores de* voto castitatis.

XI.

Quod fundamentum Imperii maritalis?

Marito quidem in conjugem imperium ipso Jure (a) Divino competit; *proximè* tamen, non *quidem è præstantia* (b) *sexus*, sed è *consensu* (c) *consociationis* derivatur, & ad negotia matrimonio peculiaria restringitur. (d)

An & in Statu integro locum habuerit.

(a) *Conf. D.* Rechenb. *Lineam. II, 3, 4. adeoque si receptam inter nostros sententiam audias, in Statu etiam integro. Adde* 1 Cor. XI. 7, 8, 9. *ubi* Paulus *naturalem mulieris à Viro dependentiam inculcat*; Non est, *inquiens*, Mas à fœmina, sed fœmina à Viro est. *Non conditus est vir propter uxorem, sed uxor propter virum. add. Kulpis. Colleg. Grot. Exercit. IV. §. IV. pag. 54. num. 1. Quod tamen dictum nonnemo minus recte adplicat, Mosis & Pauli doctrinæ valde congruere inquiens, & consentire Aristotelis & Peripateticorum sententiam, adpellantium fœminam animal OCCASIONATUM. An hodierna virorum, & vasta quidem ac terribilia capillamenta, & fœminarum nostrarum, non mitris sed turribus, innumeris fasciarum fimbriis bene comptis munitisque onusta capita, adscendentem earum supra viros potestatem, citra dubium arguant? ut ait celeb. Theologus* D. Fech-

D. Fechtius *Theſ. Moral. P. I. §. 4. Lectori expendendum relinquimus. Cæterum emendi olim uxores, adeoque Jure contractus in eas ſibi Jus adquirendi morem fuiſſe* Briſſonius *docet, & exemplo* 1. Sam. XVIII. 17, 25. Davidis, *Hoſeæ, quin & Jacobi, ſervitio ſeptennali uxorem comparantis manifeſtum eſt.* Gen. XXIX, 18. *De Officio, & incommodis uxorum, laudibus item illarum ex profeſſo egit Siracides, c. XXV. & XXVI.* — 4, 10, 16, 17, 18, 19.

Mos emendi uxores.

(b) *vere igitur paradoxum eſt, quod* Helmontius *in novis, quæ vocat, magnisque paradoxis deſtinatam à DEO mulierem eſſe dicit, ut eſſet caput, apex & ultima creatura, ſupra virum; viroque datam in adjutorium non ſecus ac Princeps in adjutorium eſt ſuis Miniſtris, nequaquam vero ut Conjugis nomen vicemque ſuſtineret. Adde* Dn. Müller. *Inſtit. Polit. P. I. c. II. §. 28 p. 56.*

Paradoxũ *Helmontii* de Mulieribus.

(c) *Conſtituit enim conſenſus matrimonium in Eſſe Pacti; & unde reſignatio poteſtatis in corpus mutua?* 1. Cor. VII, 4. *improbant ergo communiter Dd. illorum ſententiam, qui ex Evæ erga DEUM inobedientia deducunt, ut* Henniges. *Obſervat. ad Grot. II, 5, 8. &* Horaius *Comp. Polit. L. I. c. I. § 7. quia maledictio divina non Imperio, ſed MODO Imperii ſexum femineum ſubjecerit; velut in univerſum maledictiones tunc latæ non res ipſas, ſed modum rerum mutarint. Itaque hoc Imperium per corruptionem factum eſt oneroſum.*

An Imperium mariti in conjugem ex delicto? contra D. *Hennigeſium.*

(d) *conf.* Auctor, *capite præſenti §. 4. ſub finem:* Tale tamen Imperium. *Hinc jus conſtituendi domicilium penes Maritum eſt, idque tenetur ſequi uxor. Atque hinc Japoniorum proverbium:* Fœminam per omnem vitam propriâ habitatione carere; *puellam enim in Parentum ædibus, nuptam in Mariti, viduam in liberorum domibus agere.* Bern. Varen. *deſcript. Japon. c. XII. Cæterum hoc Imperium non eſt dominium. Cum enim Maritus IDENTIFICETUR cum uxore, & una cum eadem caro fiat, patet eum ipſi dominari, rigoroſè loquendo, non poſſe. Effectus enim dominii etſi non per ſe, communiter tamen eſt, re ſua quacunque libet ratione uti. At hoc abs conjugii fine alienum eſt.*

Temperamentum Imperii Maritalis?

XII.

Difficilem fuiſſe quæſtionem: *An Polygamia* (a) *ſit contra Jus Naturæ?* præſtantium Scriptorum divortia oſtendunt. Negantem

An *Polygamia* ſit contra Jus Naturæ?

tem (b) tamen amplectuntur è modernis nonnulli, Theologi inprimis, quod alias incorruptæ ſanctiſſimæque vitæ homines in peccato mortali perpetuo vixiſſe dicendum foret; (c) qui tamen eam Legi *Poſitivæ*,* ſed *Univerſali*, eidemque divinitus diſpenſabili repugnare non inficiantur. (d) Quam poſtquam nobis quoque obſervandam eſſe edixit Servator Optimus, fruſtra ſunt Polygamiæ promachi, (e) & in transgreſſores graviſſimæ merito pœnæ ſtatuuntur. (f)

quid Polygamia muliebris?

(a) *Non eſt quæſtio de πολυανδρίᾳ*, ſeu muliebri Polygamiâ, *quam Juri Naturali repugnare communis eruditorum conſenſus eſt*, fatente D. Thomaſio, *JPrud. Divin. III. 2, 206. qui tamen neque hanc, neque communionem uxorum Juri Naturali adverſam exiſtimat, adductis interim §. 206. fideliter in contrarium argumentis. Inter quæ firmiſſimum cenſeo, quod* eâ, ob prolis incertitudinem, *Parentum Liberorumque officia, quibus tanquam fundamentum Generatio ſubſternitur, ac denique vitæ humanæ decorem confundat ac turbet. Vide tamen* Recognitiones, *quas vocant, Clementinas IX. 29. ibi: In Britanniæ partibus plures Viri unam habent uxorem: in Parthia multæ mulieres unum habent virum, & utraque Orbis pars moribus ſuis atque inſtitutis obſequitur. Narrat* Hieronymus *Epiſt. XI. ad Gerantiam, quod Romæ viderit duo inter ſe paria conjugum; Unum, qui viginti ſepeliſſet uxores, alterum, quæ vigeſimum ſecundum habuiſſet Maritum. Olim Romani Polygamiam virilem vehementer deteſtati ſunt. Primum* Antonium, *contra Leges patrias, duas habuiſſe uxores memorat Plutarchus. Et quamvis* Theophilus Alexandrinus *(quo ſub nomine latuiſſe* Jo. Lyſerum *in vulgus notum eſt, probatque* in de Pſeudonymis *Placcius, Num. 97.) in Polygamia triumphatrice aſſerat*, Julium Cæſarem *tuliſſe legem, ut liberorum quærendorum cauſa, quot vellet quisque uxores ducere, facultas foret: revera tamen iſtam Legem non fuiſſe latam, ſed* Cæſarem *ejus ſaltem lationem in mente habuiſſe, ejus deſcribens laſciviam refert Sueto-*

Cur ea Juri Nat. adverſa?

quid Virilis? *Ejus Hiſtoria.*

nius, in Cæſare *cap. XLIX. ſeqq. Jamque antiquitus edicto Prætoris notati erant, qui bina ſponſalia, binasve nuptias eodem tempore conſtitutas habuiſſent; quod & Imperatores Ethnici* Valerianus & Galienus *repetiere; ac vulgo patere dicunt* Diocletianus & Maximianus,

manus; *neminem, qui sub ditione Romani sit nominis, binas uxores habere posse. Etsi verò deinde* Valentinianus, *referente in Histor. Eccles. L. IV. c. XXVI.* Socrate, *legem de licentia bigamiæ virilis tulerit, & ipse Severam & Justinam simul duxerit: (quamquam adversus hanc Socratis narrationem non contemnendis rationibus disputet* Baronius, *Annal. ad A. CLXX. §. 125) à nullo tamen Historicorum traditur, eam Legem venisse in observantiam; ut potius à Theodosio M. Judæis quoque polygamia fuerit interdicta. Confer* C. Thomasius *de crimine Bigamiæ §. XLVI. Nec quæritur de* Polygamia successiva, *cujus jus etiam Rom. VII, 2, 3. 1. Cor. VII, 39, 40. fundatur. Quamquam apud plerasq; gentes* nuptiæ secundæ *minus fuerint honoratæ, & Presbyteris ac Episcopis per vetustos Ecclesiæ Canones injunctum, ut unam saltem Conjugem fuerint experti. Confer* Grotium *ad 1. Tim. III. 2. & ad V, 9. Adde* Niemejer. *de Disciplina Eccles. Dissert. III. §. XLI.*

quid Polygamia successiva?

(b) *Præterquam enim, inquiunt, quod unius Viri cum pluribus fœminis conjugium ad multiplicationem generis humani facere videatur; eam quoq; officiorum confusionem, uti muliebris Polygamia, non introduxit. Quemadmodum & hoc indubitatum est, Matrimonium oriri ex consensu. Ergo ejus forma non est determinata Jure Naturæ. Possunt igitur partes contrahentes limitare, ac restringere pactum, quæ etiam origo est Matrimoniorum IMPARIUM. Neque pergunt, probari hoc Viri docti præsidium posse, quod in sexto præcepto prohibeatur adulterium. De eo enim quæri, an secundùm JUS NATURÆ conjugium cum alia in thorum adscitâ vocari adulterium queat? aliam esse rationem, si de Jure positivo universali quæratur. Neque,* pergunt, *ex polygamia virili* per se (per accidens oriri *exempla docent, Jacobi Bigami, & Elkanæ 1. Sam. I, 6. & aliorum*) *dissidia oriri, cum contrarium in Asiaticis fere regionibus eveniat, eaque solum metuenda in Europa aut aliis in locis sint, ubi liberior est mulieribus Spiritus; quod est judicium* Osiandri, *Theologi è nostratibus, Observ. ad Grot. II, 5, 9. ubi addit: Unius maris & fœminæ Conjugium non esse Juris naturæ, licet congruum illi sit, & præferendum Polygamiæ; docentibus incommoda ejus exemplis in Scriptura S. obviis. Gen. XXX. 15, 16. quæ nec paganorum effata insultantur; ut est elegans prolixumq; in Euripide locus, Grotio in adnotatis ad II, 5, 9 excerptus ac pulcrè translatus, seu & in pacto matrimoniali hæc conditio*

Rationes *B. Osiandri* & aliorum, cur Polygamia Virilis sit contra Legem positivam Universal. non contra Jus Nat.?

regulariter subintelligitur, quod uterque nemini alteri corporis usuram velit concedere, §. 4. coll. 1. Cor. VII, 4.

Rationes pro *dispensatione.*

(c) *Hinc non verentur ad* Dispensationem *divinitus factam, & ex qua non nuda saltim permissio, aut tolerantia facti, sed carentia obligationis, licentiaque faciendi fluat, confugere, cum & Davidi à DEO plures Conjuges, singulari beneficio, datæ in sinum dicantur, 2. Sam. XII, 8. h. e. in conjugium. Quem etiam locum contra eos qui nudam PERMISSIONEM urgent, explicat in allegatis Observationibus* Osiander, *simulque ad* Theologos *dispensationem statuentes provocat: Ægid. videlicet* Hunnium, Heerbrandum, Hafenreffernm, Menzerum, Meisnerum, & Nicolai. *Addimus nos* Scherzerum, Hülsemannum, Calovium, Lyserum, *& è nuperis in Historia Caini* Jo. Fechtium. *Cæterum factam publicatamque dispensationem antumat Noster, familiari Patriarcharum cum DEO conversatione, & eorum exemplo ad alios transmissam. Si enim v. c. Abrahamus fuit Pater credentium, & justificatus fuit: non potuit esse justificatus fide, & simul versari in peccato mortali, hæc enim contradictoria sunt. Fuisset autem in peccato mortali, si dispensatio divina non intercessisset; fuisset enim in aliquo facto devio ab Institutione divina. Sed, cur, inquis, DEUS dispensavit? Vidi ego schedam à B. Jo. Falkio, Ecclesiaste olim Tubingensi scriptam, qua refert,* Lucæ Osiandri, *Cancellarii Tubingensis sententiam fuisse, quod DEUS Polygamiam in favorem sexus fœminini introduxerit, qui tempore Regiminis Israelitici miser fuisset & magna sui parte innuptus manere, summo, uti putabatur, cum opprobrio debuisset, interdicta exteris nubendi licentia, & numerosiore, ut fieri solet, sexu sequiore quàm masculino. Quæ ratio, abolita per Christum Lege forensi, de non nubendo exteris, utique cessavit, & Polygamiæ proin licentiam sustulit. Adde Gen. XVI, 5. quæ ingularis Saræ, sanctissimæ fœminæ, loquutio est, & Jus dandi Conjugem secundariam importat.* Augustin. *contra Faustum L. XXII. c. 42. Peccata, inquit, alia sunt contra Naturam, alia contra morem, alia contra præceptum. Si naturam consulas, Patres non lasciviendi, sed generandi causa pluribus mulieribus utebantur: Si morem, illo tempore & illis locis id facitabatur; si præceptum, nulla Lege prohibebatur. Nec omittendum, Abrahami Polygamiæ sublimius quid subfuisse. Ipso indice Spiritu S. Gal. IV. 22 — 31.*

* *Ad primum silicet interdictam nos revocando. Equidem Chrysosto-*

mus

mus loco apud Grotium II, 5. 9. in notis, vetitam Patrum tempore polygamiam nondum fuisse existimat. Quorsum & Grotius provocat; & eandem in sententiam inclinat Zeidlerus de Polygamia. Sed contra videntur adhuc militare verba Servatoris Matth. XIX. 4. Quod enim repugnat primævæ eidemque divinæ institutioni, id ordini et-iam Legique divinæ contravenit. Sed Polygamia. Et cur Christus eam improbat, nisi quia institutioni repugnet. Fundamentum ergo prohibitionis est institutio. Præterea, si voluisset DEUS permittere, ut una fœmina pluribus Viris, vel unus Vir pluribus fœminis posset in matrimonio conjungi: plures haud dubiè masculos creasset, præprimis, cum ab initio multiplicatione generis humani magis quam hodie fuerit opus. Demum, etsi excipiant Polygamiæ promachi, de polygamia cum Christo non institutam fuisse Disputationem: ex eo tamen loco polygamia virilis facile destruitur. Nam si mœchatur, qui dimissa priore uxore, seu invita, seu volente, aliam ducit: multò magis mœchabitur, qui retentâ priore, seu volente, seu invita, aliam superinducit. Quæ connexio tam firma videtur, ut non egeat probatione. Legi merentur operæ de hoc argumento Virorum Doctissimorum, Jo. Musæi, Dissert. Theolog. contra Lyserum, §. 18. Jo. Diecmanni, in Brev. Examine, adversus eundem: ac in Vindic. iterat. §. 28 sq. & Christiani Thomasii de Crimine Bigamiæ §. 44.

Expenditur Institutio Matrimonii, Matth XIX, 4. & contra eam esse polygamiam evincitur.

(d) Vide interim à nobis superius dicta Exercit. III. §. XIX. & adde Gen. IX. 6. Num III. 31. seqq. Lev. XVIII. & XX, 22. Primus eam Legem inductis thalamo duabus uxoribus violasse legitur Lamechus, Gen. IV. 19. Tertullianus libro de Monogamia: Semel tamen vim passa institutio DEI per Lamech, constitit postea in finem gentis illius: Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatus. Negat Scriptura, quod non notat. Hieronymus primo contra Jovinianum: Primus Lamech sanguinarius & homicida unam carnem in duas divisit uxores: fratricidium & digamiam eadem cataclysmi delevit pœna. De altero septies, de altero septuagies septies vindicatum est. Quantum distant in numero, tantum & in crimine.

Primus Polygamus Lamechus.

(e) Non prætereunda est Philippi, Hassiæ Landgravii Historia, qui Margaretham de Sala, in sororis suæ Elisabethæ, viduæ Saxonicæ gynæceo visam deamavit, & uxori suæ Christinæ Saxonicæ velut secundariam uxorem superinduxit; illa tamen sua manu exaratis signatisque literis consensum suum istas in nuptias confirmante. Sekendorf.

Hist. Lutheran. L. III. Sect. 21. §. 79. p. 277, 278. Quam bigamiam quod Lutherus & Melanchton, licet sub secreto, quod vocant, confessionis indulserint, mirè exagitat Bossuetus, *de Variat. Eccles. Protest. L. VI. pag. 226. qui tamen in hoc genere domi habet, unde magna complere volumina posset, si vellet. Quid verò tum? Habemus literas Lutheri, in quibus præter alias: Præstat, inquit, sparsi, Lutherum indulgentia sua despuisse, quàm ut rationes evulgem, propter quas Landgravio indulsimus. Sekend. d. l. p. 279. Ubi inprimis de conscientia & necessitate Landgravii multa habentur memoratu digna, unde haud vanè conjiciunt, ipsum etiam separationis ab uxore causas habere visum esse. Prodiit sub idem tempus libellus ficto Huldrici Neobuli nomine pro defensione Bigamiæ, sed quem confidenter refutavit B.* Lutherus. *Cæterum Philippi hujus Magnanimi Casum ad Concubinatum non Polygamiam pertinere ait* Becmann. *Polit. Parallel. VII. 5. ubi memorabilem Lutheri ad Principes adlocutionem repetiit. Memorabilis locus est de Friderico Ænobarbo, quem* Antonius Pagi, *in Critica Historico-Chronol. in Annales* Baronii, *ad Annum Christi 1155. p. 585. a recitat:* Fridericus Imperator, relicta uxore sua, duxit Agnetem, filiam Comitis Burgundionum Rainaldi nomine ultra Saonam: quam Patruus suus, Comes Wilhelmus, arcta turris custodia din clausam tenuerat: sed de manibus ejus liberata, Imperatori copulata est: *inquit Scriptor Anctarii Affligemensis, qui tamen perperam Agnetem vocat, quam alii Beatricem appellant. Hoc matrimonio Comitatus Burgundiæ ditionibus Friderici imp. accessit. Vehementer tamen arguitus fuit ab* Hadriano, *Pontif. pro uxoris suæ primæ divortio. Quod ille ægrè ferens, Cardinalibus Romanis introitum Civitatum & Ecclesiarum Regni sui interdixit.*

Quis Usus Controversiæ de Polygamia?

(f) *Prudenter omnino monitum à* Kulpisio, *non magnam hodie Controversiæ hujus utilitatem esse, quia de ejus, quod Jure Divino universali interdictum est, licentia ab Christianis frustra disputetur. Exerc. Grot. IV. 6. Cæterum, Polygamia, quæ simultanea dicitur, nec ad eam rem, cui unicè inservire debebat, utilis reperitur; scilicet ad replendam populo Civitatem: compertum quippe est, non tam hoc facere* gignendi, *quam* alendi liberos facultatem. *Etenim* Muhamedanorum paganorumque *terræ, etsi pluribus ii utantur mulieribus, frequentia hominum cum Christianis populis comparandæ non sunt; sive*

(quod

(quod quominus credamus, nihil obstat) Divina benedictio: *Crescite & multiplicamini, irrita reddatur iis, qui non servant primum institutum;* sive ab exhaustis onere *domestico familiis, propagatio novarum domuum haud perinde possit administrari. Confer, si placet,* Ulr. Huberum *de Jure Civitatis, L. II. sect. I. c. III. §. 11, 12.*

XIII.

An matrimonium certis in Gradibus Jure Naturæ prohibitum?

An Matrimonium certis in gradibus Jure ipso Naturali sit prohibitum, intricata difficilisque est quæstio. Etenim causas certas & naturales, cur talia conjugia ita ut legibus aut moribus vetantur, illicita sint, adsignare qui voluerit, is, si Grotium audiamus, experiendo discet, quam difficile id sit; imò præstari non possit. (a) Quæri autem hodie inprimis, de (b) Gradibus in *Linea Recta* solet: *adscendente nimirum & descendente;* quo demum è fundamento derivanda eorum prohibitio sit? de *Linea enim transversa sive collaterali,* nunc quidem tantis, atque olim, animorum motibus non disputatur; cum non adpareat, quo pacto eas nuptias *Juri Naturali adversas* nuncupare quis possit, nisi genus una humanum per plures nefandos incestus multiplicatum, aut in Lege Naturali, quod fieri tamen nequit, à DEO dispensatum esse, velit asserere. (c) Ut enim cum *insigni Viro* dicamus, fratrum, sororumque conjugia, à ratione ista formali, sub qua intrinsecè, licet non absolutè, mala sunt, liberata fuisse, adduci non possumus. (d) Quodsi autem Cananæi eorumque vicini peccarunt talia faciendo, sequitur, ut Lex aliqua præcesserit; quæ si naturalis non est, ut ostendere cœpimus, restat, ut à DEO data sit, aut ipsis peculariter (quod non est verisimile, nec satis ferunt verba) (e) aut humano generi, sive in prima constitutione, sive in reparatione post diluvium. (f)

Expositio terminorum.

(a) Grot. *de J. B. & P. II, 5, 12. non autem temere à natura vetitis annumeranda ea, de quibus id non satis constat, ut concubitus quidam qui incesti dicuntur. Id. II, 20, 42.*

quid linea?

(b) *Dicendum hoc aliquid in Tyronum gratiam de Terminis est.* Linea, *ob similitudinem, quæ inter lineam in Geometricis, & seriem personarum*

narum in Politicis intercedit, & Series personarum propinquarum disposita secundum ordinem in ipsis inventum, dividitur in Rectam & Collateralem seu Transversam. *Illa intercedit inter generantes & genitos, & habito generantium ad genitos respectu linea dicitur Recta Descendens; ut in Genealogia Christi à* Matthæo *descripta; Ev. I. 1. quodsi verò à genitis procedatur ad generantes, ut* Luc. III, 24. *vocatur Adscendens.* Collateralis verò *inter eas obtinet personas, quæ quidem à communi stipite descenderunt, aliisque ab eodem stipite descendentibus à latere junguntur, ut tamen neque hæc ab illis, neque illæ ab his originem ducant. v. c. inter Caini & Sethi posteros. Hæc vel æqualis est, vel inæqualis.* Illa *dicitur, cujus personæ sibi invicem è regione positæ à communi stipite vel ea personâ, à quâ illi, de quorum propinquitate quæritur, descenderunt æqualiter; Hæc, cujus personæ sibi invicem è latere junctæ à communi stipite inæqualiter, h. e. ita distant, ut una ei propinquior, altera ab eodem remotior sit.* GRADUS verò habitudo ista sive respectus personarum dicitur, *quo sanguinis propinquitatem sive attinentiam æstimaturi cognoscere possunt, quanta distantia personæ inter se differant. Quæ quidem commensuratio aliter* Civili, *aliter* Canonico *Jure instituitur. Illud personarum numerat generationes, hancque in omnibus lineis, sive rectis, sive transversis observat* Regulam: *QUOT SUNT GENERATIONES, TOT SUNT GRADUS.* Canonicum *autem ipsas personas, variasque pro varietate linearum adhibet regulas; in Recta quidem: Quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis & una dempta, tot sunt gradus. In* Transversâ æquali: *Quot gradibus personæ, de quarum propinquitate quæritur, distant à communi stipite, tot gradibus distant inter se. In* inæquali *denique: Quot gradibus persona remotior distat à communi stipite, tot gradibus personæ distant inter se. Et hæc quidem Canonistica supputandi ratio passim observatur.*

quid Linea recta?

descēdens?

adscēdens? Collateralis?

qu'd æqualis collateralis? quid inæqualis?

quid Gradus?

Differentia Computationis. in Jure Civili & Canonico.

(c) *Recte proin* Michael Ephesius *ad Nicom. V.* Τὸν ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀλλόφυλον ἦν. νόμῳ δὲ πεθέντος μὴ μίγνυσθαι πολὺ τὸ ἀλλόφυλον, *Fratrem cum sorore concumbere ab initio res media erat: at Lege adversus tales concubitus posita, jam multum refert, observetur Lex nec ne?* Grot. *II, 5. 13. fin. Noæ moribus liberûm volunt Hebræi interdicta Matrimonia cum sororibus ex matre conjunctis, non cum iis, quæ ex solo Patre. Sic Sara, si Hebræos*

bræos plerosque sequimur, Tharæ fuit filia ex alterâ uxore Gen. xx. 12. hinc nota apud nonnullos distinctio inter ea quæ sunt Juris Naturalis strictè sic dicti, *cujus oppositum intrinsecam habet turpitudinem, & inter ea, quæ sunt* Juris Naturalis laxiori modo sic dicti. *illam prohibitionem graduum non esse priori modo Juris Naturalis, sed posteriori modo. & consequenter humanitus quidem indispensabilis, omnes homines obligantis, non tamen divinitus indispensabilis, aut absolutè immutabilis. Conf. B. Osiand. ad Grot. II, 5, 13. p. 772. quod moderni clarius vocant* Legem Positivam Universalem, *cujus, quippe Patriarchis sufficienter promulgatæ, transgressionem sequuta sit severa gentium excisio. Quanquam hujus sententiæ Defensores non naturalem ad hoc præceptum inclinationem, aut pudorem morationum gentium, seu propriè sic dictam Juris naturalis Edictum negant. Add. noviss.* D. Spenetus, *Respons. Theolog. P. II. c. IV. sect. 8. p. 534. ibi:* Daß das Verbott deß Gesetzes der Natur sich über die *Gradus ascendentes & descendentes* nicht erstrecket. *Ac ante eum* Danhauer. *Hodos. Phænom. VI, 2. p. 468. edit. noviss.*

Quid censendum de distinctione Juris N. strictè & laxè sic dicti?

(d) *Vide interim* D. D. Zentgrav. *de O. J. N. art. VI. §. 29. p. 189. Pulcrè* Strykius *in Notis ad Jus Eccles. Brunnemanni:* Id quod semel à DEO concessum est, Juri Naturæ non adversati.

Regulâ Strykio repetita, de iis, quæ sunt J. N.

(e) *quæ illatio est eximia* Grotii *de J. B. & P. II, 5, 13. Gradus certè omnes Lev. XVIII. prohibiti, tam non sunt interdicti, ut* DEUS *eorum nonnullos positiva deinceps Lege præceperit. Sic cum Lev. XVIII. 10. Turpitudo uxoris fratris non revelanda dicitur, Dent. XXV. 5. frater uxorem defuncti fratris ducere jubetur, additis opprobrii, quod ipsum expectare debeat, solemnibus. Ubi frustra dixeris in Lege Naturali dispensatum esse.* cum objectorum ejus interior sit natura, *nec dispensabilis; igitur id præceptum positivum fuisse necesse est, ac in libera Legislatoris dispositione collocatum.* Philippus *distinxit inter honestum æternum, & illud quod non tale. Hoc mutationi & dispensationi obnoxium; illud haudquaquam. Illius objecta clarius ad materiam Legis positivæ, illiusque cum universalis, tum particularis referentur. Conf.* B. Calov. *ad Deut. XXV 5. & quæ nos hoc adnotavimus, nisi fallor, expedita perspicuaque videbuntur.*

Cur non omnes Gradus Levit. XVIII. sint Juris Nat?

(f) *An* Thamar, *concubitum Fratris Amnonis effugitura, crediderit, Nuptias Fratrum ac Sororum ex Regia dispensatione licitas fieri disquirunt ad II. Sam. XIII, 13. ubi Grotius:* puella, *inquit, minimè perita*

rita Juris, tantum esse Jus Regis existimavit, ut connubium non Jure gentium incestum posset permittere: aut etiam putavit, non interdictas nuptias fratrum & sororum, qui non essent ὁμομήτριοι: aut quidvis dixit, ut se præsenti periculo subtraheret. Quam posteriorem sententiam credo maximè vero consonam esse.

XIV.

Quod fundamentũ turpitudinis in incestu Parentum & liberorum?

Parentum quidem & Liberorum matrimonia Naturali Juri contrariari, miro (a) apud plerosque consensu receptum firmatumque: at *quo propriè fundamento* eorum turpitudo nitatur? nondum adeo expeditum est. Sunt (b) qui *socialitatem* urgent, cui valde conveniat, alienas sibi per matrimonium familias devincire, sanguinemque & amicitias latius spargere; quod tamen incestis hisce nuptiis penitus impediri nemo non videat. Quorsum accedere (c) nonnulli ajunt *plantarum arborumque cum animantibus analogiam*, quas non tam fœcundè plantari propagarique constet, si decisi ab illis surculi denuò ipsis inserantur. Igitur hæc matrimonia Fini Conjugii per se repugnare. Alii, neque his quidem adversi, ad *Naturalem*, quem vocant, (d) *pudorem* & insitam ejusmodi commixtionis fugam aversationemque provocant; quidam, & distinctius sane, (e) fundamentum in *reverentia ista insigni* quærunt, quam ob generationem adscendentibus descendentes in infinitum debeant, quæque magna adeo excellensque sit, ut stare cum Societate matrimoniali non possit. Ubi simul considerari volunt *immanem* illam inextricabilemque *officiorum confusionem*, si filius matrem ducat. Quidsi enim, ajunt, mater, quia mater, jure suo cedere nolit? quid si maritus filius maritali insistat potestati? quæ confusio? quis finis litigiorum? quæ demum violatio pudoris? Quidam denique, (f) evidentem quidem rationem reddi vix posse confitentur, jure tamen naturali prohibita esse pro indubitato habent. Cum aliqua in Moralibus contra naturam sint, quæ demonstrari luculenter non possint; ut in naturalibus quoque

prima

prima dentur principia *à priori indemonstrabilia*, quæ tamen sua sponte in sensus incurrant.

(a) *nisi quod* Covarruvias *To. I. P. 2. c. 6. §. 6. n. 13. evincere conatur, prohibitionem in lineâ rectâ nonnisi ad vigesimum gradum extendendum esse; & clarius adhuc* C. Thomasius *Prud. Div. II, 3, 100. sqq. & in thesibus eidem annexis Disp. XI. §. 1.* — Qui pauci à communi sententia dissentiant?

(b) *quod est argumentum* Augustini *de Civ. D. XV, 16. & Chrysostomi ad 1. Cor. XIII. 13. graviter monentis:* Τὶ ξενοχωρεῖ τῆς ἀγάπης τὸ πλατος; τὶ φελπίδος ὑστέρησεν ἀναλίσκεις εἰς ἀυτὼ φιλίας, ὃι ἣν δυνάσαι καὶ ἑτέραν παρίστασθαι φιλίας ἀφορμὴν ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγών. *Quid in arctum compellis amoris laxitatem? Quid amicitiæ causam supervacuò amittis? per quam poteras aliam amicitiæ occasionem adquirere, extraneam ducendo uxorem. Consentit è veteribus* Plutarchus, *tametsi more suo dubitabundus, judice* Pufend. *de J. N. & G. VI, 1, 28. p. 884. & è junioribus Ri.* Cumberlandus *de Leg. Nat. VIII, 9. Quibus tamen pridem opposuit* Grotius, *non statim quod minus est utile, etiam pro illicito habendum. Quod si tamen & cæteros nervos adjungas, argumentum à fine conjugii erit petitum. Quodsi enim is, qui est humani generis multiplicatio, per incestas adscendentium descendentiumque nuptias impeditur; igitur eæ Juri Naturali dicendæ erunt adversæ. Nam quod multiplicationem intendit, id ab unitate & indivisione recedere debet. Sed natura humana multiplicationem quærit: Igitur intra angustias unius carnis ab eodem stipite descendentis constringi non debet.* — Argumentum à societate latius spargenda.

(c) *Rami, ait* Seldenus, *non in radicem retorquendi, nec invicem implicandi sunt, sed aliò, ut inserantur plantenturve, traducendi de J. N. & G. S. D. H. V. 10. p. m 618. Testabuntur periti agricolæ, minus, quam alibi, fructuum latura in eum, ubi nata sunt, fundum projecta semina. Quod ne in tritico committant, solicitè cavent. Umbram quoque ejus rei, ut allarum virtutum imagines adumbrationesque quæsivit ac invenit* ὁ πάνυ, de J. B. & P. II, 5, 12, *in camelo quoque Scythico. Quidquid ogganniant* Diogenes & Chrysippus, *conf. de J. B. & P. Prolegom. non multum ab initio;* ibi: *Nam & cæterarum animantium* & q. s. *& in notis ad eum locum. Ut summa argumenti hæc sit:* Ab qua commixtione naturaliter abhorrent bruta animantia, quæque infelix esse in plantis deprehenditur; ab ea tanto

(2.) ab analogia Regni Vegetabilis, & animalis.

vehementiori deteſtatione abſtinendum homini eſt. *Adde* Majmonid. *Ductore Dubitantium P. III. c. XLIX. p.* 502. & 503. *init.*

(3) à pudore naturali.

(d) *qui certè* pudor naturalis *non ſugillandus, tantoperè commendatus veteribus.* Cic. *Off. I*, 43. & Tertull. *in Apol.* 1. *omne malum, inquit, aut timore aut PUDORE natura perſudit. Ubi pudor ſæpe non tam hominum & famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus, quod æquius melius que eſt, reſpectum ſignificat.*

Proque metu populum ſine vi pudor ipſe regebat.

Plato: *DEUS metuens, ne plane interiret genus humanum, dedit hominibus Juſtitiam ac* pudorem, *ornamenta Civitatum & ad amicitiam colligandam vincula. add. omnino Grot. III*, 10, 1. *Bene etiam Paulus JCtus contra PUDOREM eſſe dixit, filiam ſuam uxorem ducere.* Grot. *J. B. & P. II*, 5, 12. *Velut in hoc caſu, præter id quod Intellectu concipi poteſt, ſit in ipſis affectibus* inſita fuga quædam *commixtionis cum parentibus & ex ſe natis. Pudoris de cætero circa membra inprimis genitalia apud plerasque gentes obvii, hæc videtur ratio, quia tantum momenti in eo ſitum erat ad ſocialem inter homines vitam ſervandam, ſobolis propagationem decenti ordine ſecus quam apud beſtias, circumſcribi. Hinc inſitâ quâdam verecundiâ, quæ animos vehementius fere, quam Legis interdictum movet, natura actum eo facientium innocentiam munire voluit, ut & ſolicitè iſta membra tegerentur, ne oculis ſemper expoſita, nimis irritarent libidinem, nullo temporis termino circumſcriptam; & eo cautius venere illicita abſtineretur, quod & legitimam non niſi tecte & remotis arbitris obire PUDORIS TENERITAS ſubigeret.* Et hic pudor quam maxime eſt efficax *inter immediatè generatos ac generantes, adeo ut qui per eum non reprimatur, quo minus cum ejusmodi perſona ita ſibi juncta in familiarem iſtam corporum commiſtionem deſcendere non vereatur, effronti prorſus ingenio, & qui nullum præterea facinus ſit reformidaturus, judicetur. Conf.* Pufendorf. *Element. JPrud. univ. L. II. Obſerv. V. §. 5. p.* 482. *ſqq.*

(4) à forma Conjugii.

(e) *Eſt hoc argumentum à FORMA Conjugii petitum, quæ iſtiusmodi nuptiis penitus peſſumdatur. Quis enim* ordo, *ubi Filius eſt Maritus? Mater Conjux?* Ovidius:

Nec quod confundas & JURA & Nomina ſentis?
Tune eris & matris pellex & adultera Patris?
Tune ſoror nati, genitrixque vocabere Fratris?

Ma-

Maritus enim, qui ſuperior eſt lege matrimonii, eam reverentiam præſtare non poteſt matri quam natura exigit, nec patri filia: quia quanquam inferior eſt in matrimonio, ipſum tamen matrimonium talem inducit ſocietatem, quæ illius neceſſitudinis reverentiam excludat. Grot. II, §, 12. Cæterum multorum populorum Leges Civiles quosdam gradus remotiores prohibuerunt, ad objiciendam velut ſepem gradibus ſanctioribus, ne ad hos temerandos ita facile rueretur. De gradibus, non divina, ſed humana lege prohibitis.

(f) *Grot. d. l. & Kulpis. Exercit. IV. §. 7. lit. z. Matrimonia patruelium & conſobrinorum, velut factum licitum pr[illegible] vicinitatem tamen horruere primi Chriſtiani. Auguſtin. de C. D. XV, 16. Grot. J. B. & P. II, §, 14.*

XV.

Divortium (a) eſt vinculi conjugalis inter Maritum & Conjugem diſſolutio. Nititur id vinculum (b) pacto, quod ſobolis quidem propagationem *principaliter*, deinceps & ſuavem converſationem mutuumque adjutorium concernit. Uti ergo aliis (c) in pactis, læſo ab una parte principali capite, recedere alteri à conventione licet; ſic & interveniente * adulterio, vel malitioſa, quam vocant, deſertione, (d) integrum alteri Conjugum eſt, reſciſſo adeo ruptoque contractu matrimoniali alii ſe perſonæ conjungere. Sola verò (e) *morum importunitas* matrimonium non ſolvit. Nec obſtat *divina de divortiis Lex*, (f) cujus verba priora, ſi præſtantes audiamus Interpretes *non ſunt diſpoſitiva, ſed narrativa*; nihil præcipiunt, *ſed caſum proponunt.* (g) Neque Religionis differentia ſufficientem divortii cauſſam ſuppeditat. (b) Nec in matrimonio demum ſequuta ſterilitas, quæ ut calamitas ferri debet. (f) Quid divortium? quæ illius cauſſæ?

(a) *quod, ſi maritus conjugem dimitteret, Græcis* ἀποπομπὴ: *Si uxor diſcederet,* ἀπολειψις *audiebat.*

(b) *quidam unum pactum, alii duo vocant, alii duo ejusdem pacti capita, de procreanda nimirum formandaque ſobole, & mutuo adjutorio. conf.* Pufend. *de J. N. & G. VI, 1, 20. & huic contradicentem Wernherum de Oblig. Matrimon. §. 20. Illius ſaltem duo præcepta ſunt: Ut corpora ſibi invicem Conjuges præbeant ad generationem peragendam: & ut ne cum aliis concumbant.*

(c) *conf.* Pufend. *de O. H. & C. I, 16, 4, & 5. omninò.*

De adulterio ejusque reatu.

* *De adulterio memorabile est, quod DEUS Abimelechum, si Saræ thoro inducat, mortis reum, etiam ante Legem, adpellat. Gen. XX, 3. Et Abimelechus ipse adulterium GRANDE PECCATUM vocat, Gen. XX. 9. quod & sibi & Regno suo fuisset imputandum.*

An morbus imporret matrimonium?

(d) *non verò interveniente* Sontico, *post Matrimonium contractum*, Morbo, *quem æquo animo ferri, & solatio abs altero Conjuge adhibito levari par est. Pœnam adulterii apud Judæos capitalem fuisse constat. Ad exemplum Christi adulteram à lapidatione liberantis nonnemo; putavit, inquit, lapidandam, sed non à lapidandis; noluit talem, noluit à talibus. De Concubinatu legendus Osiander ad Grot. II, 5, 15, ubi ait, recte à Grotio statui, quod concubinatus quidem non omnis, attamen quidam sit verum Conjugium.*

(e) *Unde corruptæ apud Romanos Reipublicæ character fuit licentia divortiorum, quodque illustres quædam fœminæ, Senecæ jam ætate,* non Consulum numero sed Maritorum, *annos suos computarunt.* Seneca *de Benef. III, 6. & in Judaica* σκληροκαρδίαν *reprehendit Servator Optimus, Matth. XIX. 8. Equidem magno conatu divortiorum licentiam propugnare conatus* Jo. Miltonus *est,* repudiata, *ut in Anglis audivi,* sexta Conjuge *famosus; cujus argumenta in de J. N. & G. VI, 1, 24. sqq. studiosè excerpsit, sed non nisi ostensis generalioribus respondendi fundamentis,* Pufendorfius. *Arguit verò inter alia Britannus, infelix & divortii & Regiæ cædis Patronus.* Nuptias per consensum constitui. Igitur & mutuo dissensu tolli posse. *conf. Puf. de O. H. & C. I, 16, 4. Sed parata ibi responsio est.* Primum, *re adhuc integra. Secundò, NI LEGES VETENT. Vetat autem scindi Conjugia Lex Naturæ, quod divortia & finem matrimonii pessumdent, & humanæ decorum societatis turbent lædantque. Accedit, quod aliæ societates locupletandarum opum gratia solent iniri, hæc ad arctissimam vitæ consuetudinem & reciprocam corporum conjunctionem dirigitur. Quare nec probari simpliciter potest, quod ait Vir summus: Divortium tale quid non esse, ut absque Lege divina nefas in eo adpareat. Conf. de J. B. & P. II, 5, 9. & inprimis I, 2, 6. non longe ab init. cum Jus N. virum & fœminam matrimonium ineuntes in individuam consuetudinem conspirare velit. Sed instat* Miltonus: Si per constantem morum improbitatem impeditur nobilissimus, ab ipsoque DEO intentus scopus, suavis videlicet commodaque conver-

Argumenta Jo. Miltoni pro licentia divortii.

satio.

fatio. E. illa justum divortii titulum suppeditat. Et, si DEUS Viro adjungere voluit auxilium familiare & domesticum, non tortorem. E. Matrimonii Legibus non repugnat divortium. *Verum supponit Vir doctus, hunc primum Matrimonii scopum esse, qui revera non est, sed sobolis procreationem demum consequitur. Poterat suavior jucundiorque conversatio inter ejusdem sexus homines institui, quam inter mares & seqniorem sexum. ut* exemplo Davidis & Jonathæ *constat. II. Sam. I, 26. Sed & mutuum humani generis adjutorium, quod principaliter intenditur, mediante procreatione sobolis obtinetur. Denique singularis ea calamitas est, quæ ferri debet. Qui in perpetuam consuetudinem cum persona bonorum malorumque socia concessit, dimittere eam nequit, quippe quam nec morum pravitas semper tollit.*

(f) *Deut. XXIV. 3. seq. adeoque prohiberi saltem ajunt uxorem dimissam, non verò præcipi Libellum repudii. conf.* B. Jo. Ad. Osiand. *ad h. l. &* Scherz. *Coll. AntiSocin. f. 346. & Systeм. L. XXVII. §. 14*

Lex de divortio Deut. XXIV. 3. ut exponenda?

(g) *Propudiosa est divortiorum licentia, quam nonnullis facit Romanus Antistes. Exemplum Anno MDC LXIV. in* Christiano, *Duce Megapolitano habuimus, qui reclamantibus Ordinibus Protestantibus, & Conjuge* Christina Margaretha, *impetrato ab Alexandro VII. divortio, mutataque Religione Chastillioniam è Gallia sibi junxit. Breve Pontificis, Cardinali* Antonio Barberino *D. VI. Aug. A. 1663. inscriptum recitat Vir Cl.* Jo. Joach. Müllerus, *utilissimo Tractatu* vom Dispensations-Rechte in verbottenen Ehen der Chur-Fürsten und Stände/ *L. III. c. XVI. §. 2. ac sententiam Papæ confirmavit Imperator, VIII. Januar. 1664. De recentiore Magni Principis divortio ad Annum MDCXCIV. testabuntur Annales. Conf. interim* C. Thomas. *ad Monzambanum p. 120. sq. Legi etiam meretur Consilium Theologicum D. Daubaueri sub nominibus Ahasveri, Vasthi & Esthеræ conceptum, & à Jo. Schiltero Consiliis Argentoratensibus Anno MDCCI. ea, cui à consiliis est in urbe, editis, sub numero LXXI. publicatum. Cæterum frustra sibi hanc dispensandi Facultatem arrogat Pontifex Romanus quam in caussa* Ludovici, *Marchionis Brandenburgici, & Margarethæ, Ducissæ Carinthiæ, edito Dispensationis Diplomate sibi vindicavit* Ludovicus IV. *Imper. & Anno MCCCC XLII. egregio Responso defendit Guilielmus Occamus, Anglus,*

Exemplũ Dispensationis Cæsareæ in Causis matrimonialibus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [421] - 411
PUBLIC DOMAIN

Judicium Guil. *Occami.*

glus, Cæsaris Consiliarius; quo inter alia: Quidam, *inquit,* Sacri Imperii inimici audent asserere, *quod causa matrimonialis sic ad Ecclesiam spectet, quod ad Imperatorem nullo modo valeat pertinere; eo, quod Sacramentum & causæ spirituales per Ecclesiam solummodo ministrari debeant, & tractari. Quibus,* pergit, *quantum ad Sacramenta respondetur, quod asserere omnia Sacramenta in omni casu per Clericos* (*quos* per Ecclesiam *intelligunt supradicti*) *esse solummodo ministranda, erroneum est censendum. Cum* Sacramentum Baptismi, *quod specialiter est novi Testamenti, Laici etiam in pluribus casibus secundum eos possint conferre & q. s. Integrum Responsum edidit laudatus* D. Millerus, *L. III. c. XI. §. 6.*

An Religio det Jus divortii? Locus Esr. IX. 3. seqq. expenditur.

(h) 1. *Cor. VII.* 12, 13. *ubi Paulus conjugia Christianorum aut Christianarum cum Paganis dissolvi ex parte Christiana non vult. Quid de Esdræ Seniorumq; Israeliticorum decreto sentiendum, quo omnes Uxores alienigenæ, & nati quoque de iis liberi dimittendi à Maritis Patribusque Israelitis erant,* Esdr. IX, 3, 4, 44. *haud levis est inquisitio. Namque etsi ea matrimonia fuerint illicita, Legibusque vetita, non tamen fuere irrita. Et durum utique erat filios abjicere, quorum educationem naturam Parentibus injunxit. Quidam respondent, viguisse apud Hebræos Jus illud, quod apud Romanos constituerit Theodosius* L. non dubium C. de Constitutionibus Principum, *ut ea quæ Legibus prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habeantur. Deinceps Copia mulierum paganarum ingens Religioni & familiis periculum minabatur: Igitur duro prorsus remedio opus videbatur, ne renascens velut Ecclesia novis repente peccatis inquinaretur. conf. Neh. XIII. 26. Sunt, qui opinentur, filios non simpliciter abjectos, sed in pædagogia dimissos, & pauperes quidem ex ærario, divites è parentum peculio sustentatos fuisse. Et memorabile est, quod in tanta mulierum copia aliquæ tantum, adeoque paucæ fortassis peperisse dicantur,* Esdr. X, 44. *in quo singularis DEI Providentia elucet, qui noluit suos ultra modum tentari, nec multis Israeliticis tam grave objici voluit impedimentum. Sed instas: Si matrimonium est societas Lege divina indissolubilis, cur ergo paterfamilias dimittendo servum, potuit detinere ejus uxorem velut rem suam? Exod. XXI, 4? Huic Grotius respondet, serviles nuptias voluntate Domini utique solutas fuisse.* Calovius *non diffitetur, permitti huic divortium cum alienigena & in perpetuum Hero*

man-

mancipatus; quod mirum non sit, quia DEO gratum non fuerit cum alienigena matrimonium. Deut. XXI, 14.

(i) *Defendit divortii in isto casu licentiam, cum sui Principis Conjugem sterilis esset, I. S. quæ, nemine expectante, facta gravida, dimitti dolentissimum virum voluit. Qui cum aliam deinceps Gerbergam illustraret, à priore sententiâ non destitit, ac licentiam divortii in casu subsequutæ sterilitatis defendere perrexit.*

An sterilitas causa divortii

XVI.

Qui, *extra vocationem DEI*, peculiarisque doni conscientiam, (a) cum pactis servandæ perpetuo Virginitatis matrimonium inter se ineunt, revera non conjugium inire, sed individuam (b) potius amicitiam pacisci videntur. Quare non injuria ambigunt nonnulli, an verum (c) *Henrici II.* qui *Sanctus* audit, & *Kunigundis* Imperatricis matrimonium fuerit, quod perpetuam servare Virginitatem pacti esse leguntur. Quanquam de Henrico idoneus refert Scriptor, diserte eum adfirmasse, se duos esse in carne una, ut veritatem matrimonii, integra Virginitate, comprobaret. Et quantum pia fœmina *Henrico* adjumenti præstiterit, neminem illorum temporum nonnihil peritum latet. Sunt è Moralistis, qui distinguunt inter *obligationem* ad copulam *actualem* & *radicalem*, cui posteriori uterque Conjugum potuerit annuere, suspensa actuali, ob causam tertiam, eamque graviorem intervenientem. Quam tamen distinctionem, si ad totum matrimonii tempus adhibeatur, redarguit finis Conjugii primarius, qui sobolis est procreatio. Alia ratio est, temporarii consensus in abstinentiam, *1. Cor. VII, 5.* Nonnulli hanc piorum conjugum religiositatem malunt adpellare superstitionem. (d) Alii modestius, confessionem, ajunt Henrici morientis, paulo ante obitum Parentes uxoris & Episcopos accersentis, & Imperatricem dextra adprehensam ipsis hoc modo reddentis: Hanc mihi à vobis, imo Christo Domino traditam, eidem & vobis Virginem restituo immaculatam; eam, inquiunt, confessionem FACTUM tantum exprimere, finem verò

An verum sit Conjugium cum pacto servandæ perpetuo Virginitatis?

Casus de Henrico II. & Kunegunde, an semper virginibus?

verò instituti modumque non addere; ideoque Servum DEI, qui Domino suo stat caditque, judicare non audent.

(a) *Quæ ratio Matrimonium Josephi & Mariæ, Matris DOMINI firmat; Nimirum* Divina *in eo erat* vocatio, *ex qua Maria, ipso in conjugio, virginitatem sibi servandam esse didicit, ut, qui erat unigenitus DEI, esset quoque unigenitus Mariæ. Quod non adderem, velut ab hoc loco alienum, nisi Bellarminus pro Virginitate in Matrimonio servanda per quam incongrue urgeret. Conf. interim præcipui Theologi* Henr. Höpfneri *Saxonia Evangel. Sect. III. P. II. c. 6.*

(b) *adde* Becmann. *Polit. Parall. VII, 5.*

(c) *Hinc* Godefridus Viterbiensis *Kunigundem Henrici Conjugem, sed Virgineam adpellat. Chron. part. XVII. &* Conradus *Urspergensis: Hujus, inquit, Henrici (Sancti) Uxor fuit S. Kunigundis, & ambo Virgines permanserunt. Add. Jo.* Aventin. *Annal. Boj. L. 5. Tantum abesse ait* Conr. Samuel Schurzfleischius, *edita nuper de Kunegundi dissertatione, ut suspecta adulterii fuerit, aut explorati ejus innocentia in JUDICIO, quod vocabant, DEI debuerit, quemadmodum illæsis eam pedibus vomeres incensos ambulasse commemorent. Quam quidem narratiunculam, tot licet scriptoribus nixam, pro fabulosa habere contendit Vir insignis. Vidi olim Conjugum horum tumulum, in Templo Cathedrali* Bambergæ, *quem illi Episcopatum condidere, donatoque Comitatu Bambergensi vehementer locupletarunt. Inscriptio Monumenti post Altare Privilegiatum, quantum meminî, hæc est.*

D. O. M. S.
HUMANI GENERIS
REDEMPTORI JESU CHRISTO
HUJUS ECCLESIÆ
FUNDATORIBUS TUTORIBUS PATRONIS
DIVIS HENRICO ET KUNEGUNDÆ
CÆSAREIS ET VIRGINEIS CONJUGIBUS
ARAM TROPHÆUM MONUMENTUM
SACRAVIT EREXIT POSUIT
M. O. E.

(d) *Vide, si placet,* Histor. Eccles. Goth, *ad A. MII.*

XVII.

Num eo in casu, quo quis *cum sua* quidem, *sed quam pro aliena habuit*, uxore congressus est, adulterium commissum, partusque pro adulterino sit habendus? disquiri video. De *foro* certe *interno* non quæritur. (a) De *externo* vero Regula est: Ubi in objectum licitum fuerit aberratum; in ea actione nihil esse vitii, præterquam quod ex prava agentis intentione profluxit. (b)

Quid eo de casu censendum, si quis cum sua, sed quã pro aliena habuit, uxore se miscuerit?

(a) Matth. V. 28.

(b) Pufendorf. *de J. N. & G. I, 3, 16.* & Jo. Samuel Stryke *de Liberis Natural. c. I. §. 36.*

XVIII.

De Gradibus Jure Divino prohibitis longa apud Casistas disquisitio est. Placet tamen ubique Regula: In nuptiis non quid liceat solum? sed & quid deceat honestumque, (etiam publicè) sit? spectandum est. (a)

Quid decorum, in nuptiis?

(a) *vid. tamen D. Spenerus, Responsa L. IV. sect. 6. ubi: Publica honestas, inquit,* ist gleichwohl anders nichts/ als die Sorgfalt anderer Aergerniß zu verhüten.

XIX.

De Matrimonio *Jacobi cum Lea* (a) non consentiunt Moralistæ. Nobis consultissimum videtur, errorem Jacobo tribuere, eumque venia quidem & excusatione dignum, (b) à peccato tamen non immunem, quippe cujus omnino erat, quam in thalamum admitteret uxorem? dispicere.

Quid de matrimonio Jacobi cum Lea censendũ?

(a) Gen. XXIX. 26. Jo. Steuberus *ignorantiam in Jacobo invincibilem fuisse contendit; quod,* de tali in se, *verum est, non de invincibili in Sua Caussa. Nec adcurato hujus historiæ Lectori se probabit discursus Jacobi cum Lea congredientis* à Steubero *propositus; multò minus idoneo nititur argumento, quod de silentio novorum Conjugum, & quod sine fax ibus in cubiculum ducti consueverint, comminiscitur. Neque capio, quod de ebrietate amoris & stupore quodam insensato monet. Demum nollem stuprum dicere, sed sine culpa; aut asserere, Jacobum in hoc facto non esse moralem sed Heroicam personam. Quare*

re nec satis faciunt nobis Rivetiana, à Danhaueto *excerpta, in* Theol. Conſc. *P. I. Sect. I. art. I. §. 6. p. 67. ſq. & P. II. Dial. 3. pag. 789. ſq. Rectius è Tubingenſibus* Oſiander, *Coll. Syſtem. Loc. XXIII. §. 17. Poſito: Inquiens: Jacobum non peccaſſe contaminatione illius Conjugii duarum ſororum ſimultanei, factum id eſſe per ratificationem divinam ſubſequentem, ex occaſione innocentiæ Jacobi, & ob fraudem Labanis, cum qua non communicavit Patriarcha, ſed eam potius fuerit deteſtatus.*

(b) *Quis credat novos conjuges adeo verecundos, ut ne quidem colloquantur. Itaque forſan, interveniente fraude ſtudioque Labanis Jacobus ebrietatem contraxerat, quæ, niſi interceſſiſſet, mortalium ſtupidiſſimum Jacobum fuiſſe oporteret, quod de ſapiente viro non aſſerendum.*

XX.

An defunctæ uxoris ſororem ducere liceat? Rationes pro negativa.

An *defunctæ uxoris ſororem ducere liceat*, * in Caſu celebri vehementer litigatum fuit. ** Qui negarunt, ad Lev. XVIII. 6. provocarunt. Quæ perſona, inquientes, mea caro eſt, aut eadem cum ea, quæ caro mea facta eſt, illam ducere prohibitum. Atqui, uxor & ſoror ejus ſibi invicem conjunctæ ſunt primò conſanguinitatis gradu lineæ collateralis. Ergo (inferunt) & maritus uxoris, atque ſoror uxoris primo affinitatis gradu ſibi, & quidem lineæ collateralis invicem conjunctæ ſunt. ☒) Ergo ſororius non poterit ducere ſororem uxoris, quia ea eſt caro uxoris, ſeu *ejus proxima*. Qua ratione Legis toties utitur Deus; *quia*, inquiens, *eſt nuditas fratris tui: quia eſt affinis tua*: quia eſt caro (vel proxima) uxoris tuæ. ☐) Quare nec ſoror uxoris poteſt nubere ſororio, quia nuditas hujus eſt nuditas ſororis. Licet itaque uxoris Caji ſoror non ſit nuditas Caji, (a) eſt tamen nuditas ejus, cum qua Cajus eſt una caro. *** Denique ſi nuditas fratriæ (ſive uxoris in fratris thoro viventis) retegenda non eſt: igitur (ajunt) nec uxorem ducere licebit conjugis ſororem. Quia eadem eſt omnino propinquitas in uxore fratris, & in uxoris ſorore. add. v. 16. Nuditatem fratriæ tuæ non retegito, quia nuditas fratris tui eſt. (b) Affirmantem tamen alicubi tenuit

nuit Lutherus, 1) & post eum Brentius aliique in Notis allegandi. Notus etiam est Casus Illustris Anno seculi nuperi primo & secundo post octogesimum. Recentissimum, ipse defunctæ uxoris Conjux factus Theologus non incelebris, impetratâ etiam dispensatione Regiâ, orbi Christiano stitit, & initum ab se conjugium edito libello, *de intemerato honore Matrimonij cum defunctæ uxoris sorore* defendere conatus est. Quam nos quidem litem nostram non facimus, neque judicium nobis in alios sumimus: Rationes †) tamen pro negante sententiâ à nobis recensitas in tantum valere non diffitemur, ut in conscientia *tutius* existimemus, ab ejusmodi Nuptiis abstinere, quas Lex divina taxavit, veterisque Ecclesiæ Canones notarunt, & humana auctoritate, si scrupulis aliquando turbari conscientiam contingat, in hora tentationis in tuto collocari non omninò posse, magnis nec obsoletis constat exemplis. An verò & eò referenda prohibitio? non duces uxoris tuæ sororem ei ἀντίζηλον ipsa adhuc vivente: versu octavo supra decimum Levitici XVIII. & annon potius, defuncta uxore, ejus sororem ducere licitum hinc sit, (c) plurimi pertinaciter instant. (d) Quidam tamen prioribus argumentis tantum tribuunt ponderis, ut nequidquam obstante hac difficultate tutiorem sententiam eligendam, adeoque à Matrimoniō cum uxoris, etiam defunctæ, sorore abstinendum præcipiant. Cum nihil agendum sit homini, nisi de quo firmiter atque abs dubitatione (e) novit, se recte ac divinæ voluntati conformiter agere. (f)

Auctores pro affirmante sententia.

Nostra sententia.

An pro negativa faciat *Levit. XVIII.* versus 18.

* *Canonibus antiquissimis, qui Apostolici dicuntur, qui duas sorores alteram post alteram duxisset, tantum à Clero arcetur. Grot. II, 5, 14. Contra Canon.* Eliberitanus, *LX. severius statuit*: Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, placuit quinquennio à communione abstinere; nisi forte velocius dari pacem necessitas cogat infirmitatis. *Vide denuo* Grotium; *de J. B. & P. II, 5, 14.*

Suffragia antiquitatis contra Conjugiū cum uxoris defunctæ sorore.

** *Notæ sunt literæ inter* Christoph. Joachimum Buchholzium, *& altera ex parte* Jo. Ottonem Thaborem *ac* Michaelem Havemannum, *ab*

A. MDCLII. usque ad A. MDCLXII. agitatæ. E queis prior, plane ut Anno jam MDXCV. Daniel Hofmannus, *Theologus Helmstadiensis demonstrare conatus est, ejusmodi nuptias quæ in primo affinitatis gradu contrahuntur, nec divino positivo nec naturali Juri repugnare, adeoque à Magistratu Christiano concedi posse. Occasionem Hofmanno dederat Judæus quidam Hildesiensis, Nathan nomine, qui uxoris defunctæ duxerat uxorem. Controversiam cum Buchholzio renovavit* Ægidius Strauchius.

(a) *Spener. Respons. Theol. P. II, p. 535.*

*** *Adeoque caro CARNIS MEÆ, quia stylo sacro uxor est caro mea Matth. XIX, 5. & Gen II, 24.* Ja deme bekantlich meines Weibes Schwester/ meines Fleisches Fleisch/ und der jenig n/ mit dero ich ein Fleisch gewesen bin/ nächste Bluts-Freundin ist/ *ut initio respondet Spenerus. d. l. p. 538.*

(b) *Calov. ad Lev. XVIII. 18. Addit Spenerus v. 14. Si Patrui uxorem ducere non licet, quæ gradu remotior est: quidni & uxoris sororem, quæ propior, prohibitam esse dicendum erit?*

(c) Spenerus, *acris Vir judicii, hæc quidem priora sibi argumenta firma manere dicit: ut tamen quid hoc loco dicendum solide sit, vix reperiat. Respons. P. II, c. IV. sect. VIII. Quo etiam loco docet Herodem à Joanne reprehensum fuisse, non ob adulterium saltem, & quod Frater adhuc vixerit: sed ob nimiam propinquitatem sanguinis, & quod isto tempore Philippus, Herodis frater jam fuerit mortuus.* Dieſe Wort/ *ait*, machen denen/ die das Verbott behaupten/ etwas zuſchaffen; aber ſie geben dem andern Theil keine ſolche Verſicherung/ darauff das Gewiſſen beruhen könnte. *Quanquam deinceps nonnihil mitius responderit, saltem de matrimonio jam contracto, illud licet non pro recto, TAMEN PRO RATO habendo.*

(d) *Sunt, qui simpliciter Polygamiam his verbis interdictam putent, nec displicet hæc sententia Calovio ad h. l. Caritas ita sentientes contra Grotium defendenti vs. 18. Probabilius est DEUM respexisse ad matrimonium Jacobi cum duabus sororibus ἀντιζήλοις, ne quis id Patriarchæ exemplo sibi licere autumaret.*

(e) *quod Paulus ex fide agere dicit Rom. XIV. 23.* Poloni *quam ægrè tulerint nuptias* Regis *sui cum defunctæ uxoris sorore, Papali dispensatione initas, notum est; & in Aula Romana vehementer contradixit Regni Poloniarum Cancellarius* Zamoisky.

(f) *Qui-*

(f) *Quidam Pastor contemta* Philippi Melanchthonis *debortatione, duxit in uxorem, filiam sororis suæ conjugis mortuæ. Sed DEUS executor suæ Legis, hunc contemtum punivit. Prima nocte, cum ei pro more sponsam adducerent, paralysi in dextero latere laborare cœpit. Quo denique morbo adeo debilitatus est, ut septimo die computando à nuptiis moreretur. Hoc exemplum omnibus sit propositum, ne spreto mandato divino temerè ducant uxores contra gradus divinitus prohibitos. Ita quidem apud* Phil. Melanchthonem legas, *Epistolar. p. 108. sq. Edit. Basileens. de A. 1565.* Casus à Melanchthone.

א] *Ita infert* Jo. Musæus *Commentatione de Consanguinitate & Affinitate, quam suo merito primum edidit V. C. Immanuel Proeleus.*

ב] Lutherus *in libello* vom Ehelichen Leben/ *Tom. II. Jenens. Germanico, fol. 149.* Brentius *in Levit. XVIII.* Dnn. Helmstadienses *nuperi, Responso in Caussa* Göziana *dato, 12. Maj. 1706.* Ordinatio Ecclesiastica Wertheimensis, *citante eam Auctore honoris intemerati Nuptiarum cum sorore uxoris defunctæ p. 48.* Auctores pro affirmativa.

ג] *Usus etiam hac ratione est* C. Thomasius *Jurispr. Div. L. III. c. III. §. 204. Qui tametsi edito nuper in caussa* Göziana *Responso Legem positivam universalem, magno olim studio ab se defensam, negare post edita* Fundamenta Jur. N. & Gentium, *perrexerit, in hac tamen sententia constanter perstitit,* Matrimonium cum defunctæ uxoris sorore, ex regulis bonæ interpretationis, & ob identitatem rationis Lege Mosaica pro interdicto censendum. *Cui quidem acutissimi Viri judicio etsi in eo non adstipulemur, quod Legem positivam universalem, magnis jam olim Theologis perspectam, gravibusq;, ni fallor, & quoad quædam saltim objecta indubitatis argumentis supra Exercit. III. §. XIX, XX, & sequentibus à nobis defensam, ac ab se velut extructam destruere conatur: magni tamen id æstimandum censemus, quod Legi utique Mosaicæ has nuptias adversari* ex identitate rationis *Ipse concludit. Atqui hæc legis ratio non forensis fuit, neque Judæos modo strinxit, sed Chananæos jam ante peccati internecionisque reos fecit, quippe qui* omnibus *istiusmodi* abominationibus *sese contaminaverant, eoque è terra ejici meruerunt,* Lev. XVIII. 27. *At quæ, obsecro, Lex istos obligavit, nisi positiva, omnibusque data & à Patribus ad ipsos transmissa? Ergo non forensis, quæ ad ipsos non pertinuit, sed universalis, cujus* ratio *ad omnes pertingit. Quo ipso Legis quoque hujus promulgationem satis ostendimus, quam in dubium nupere etiam vocavit* celebris Theologus. In nupero, circa matrimonii D. J. M. G. Responso C. Thomasii quid pro negante faciat, exponitur, & Lex Positiva Universalis indubitatis argumentis & exemplis firmata.

Lex divina de Incestu exponitur.

ד] *Rationes sunt I.* אִישׁ אִישׁ *Lev. XVIII, 6. Vir, Vir, inquit* DEUS, *Quisquis Virorum, h. e. exponentibus communiter Hebræis, Nemo mortalium, sive Judæus sit, sive paganus: Nemo accedet ad propinquitatem carnis suæ: Ergo Lex non mere forensis est, aut particularis positiva Judæis lata, sed universalis omnesque stringens & à* DEO *ad Adamum, ab hoc ad Noachum gentesque ab ipso prognatas delata. Lege, si placet,* Jeremiam Taylorum, *Ductore Dubitantium, L. II. c. 2. §. 36. II. Probibet generalis ista Regula* DEUS, *ne quis carnaliter commisceatur cum persona, quæ caro est carnis suæ, sive illius,* quam suo in corpore gestat, *sive quæ proxima ipsi sanguine est, vel affinitate ex copula carnali orienda. Prohibet enim cum omni illo commixtionem, quidquid venit nomine* שְׁאֵר, *seu propinquitatis, plane ut Levit. XXV, 49. dicitur: aut patruus ejus, aut filius patrui redimet eum, aut aliquis* מִשְׁאַר בְּשָׂרוֹ *è propinquis carnis ejus (è reliquis cognationis personis) redimet eum. Adde Num. XXVII. 11. Quo sensu* שאר בשר *tam amplo sensu sumetur, quo apud* Julium Capitolinum *in* Gordiano tertio *PARENTELA, ut etiam Affines comprehendat, quod expositio Canonis generalis* Versu hoc texto *præscripti per exempla subjecta satis evincit. Unde præter tredecim personas, memorabilibus veterum versibus expressas:*

quid caro carnis?

quid Parentela?

Nata, soror, Neptis, matertera, fratris & uxor?
Et patrui conjux, mater, privigna, noverca,
Uxorisque soror, privigni nata, nurusque,
Atque soror Patris, conjungi lege verantur:

etiam aliæ, ob Rationis, adeoq; & Jurisidentitatem *prohiberi colligitur. Sunt enim & aliæ* CARNIS RELIQUIÆ, seu proximus quisque Cognatus, *atq; is, qui cum eo, de quo quæritur, proxime una est Caro. Ratio enim prohibitionis in phrasi:* CARO vel Reliquiæ Carnis *continetur, satisque ostendit, in linea collaterali æquali solæ gradus primi nuptiæ, & in inæquali solæ istæ, ubi altera persona nonnisi uno gradu à stipite communi distat, prohibeantur. III. Cæterum ut credamus, hujusmodi nuptias in Linea Collaterali Juri Naturali adversas esse, nullo hactenus argumento convincimur. Objecta Legis positiva sunt; Ergo Lex ipsa positiva & mutabilis, quæ affectio in Legem naturæ non cadit. Promulgationem Legis positivæ universalis, quemadmodum & illius existentiam supra probavimus. Ac tametsi*

Quando & quomodo Lex positiva universalis promulgata?

cum

cum Doctissimo Viro dicas: Revelationem supernaturalem soli populo Israelitico obtigisse; nihil hoc Veritati præjudicat, quia promulgatio sive Revelatio facta est per Adamum, & qui Pater fuit Orbis secundi, Noachum, & ab hoc ad posteros constanter transmissa. Nec opus adeo est, ostendere tertium quoddam revelationis inter naturalem & supernaturalem genus, quoniam & fama, patentibus omnibus nostris Theologis, potest organum esse Revelationis, objectivè spiritualis. Ita Legum universalium positivarum ad posteros transmissio, ratione originis & Objecti, spiritualis fuit, licet in subjecto modoque promulgandi nihil nisi naturale deprehendatur. Res de Lege morali specialiter dicta, manifesta est, cujus subjectum omnem hominem esse, nullo gentis respectu habito, Theologi, quod sciam omnes, docent, & maledictio omnibus per naturam incumbens, Gal. III. 13. evincit. At est in eadem lege positivum quoque præceptum de septimæ diei sanctificatione. De quo, si quæras: Aut ejus præcepti revelationem fuisse naturalem, aut supernaturalem: Respondeo, factam esse mediante Patrum ministerio, quod & alia præcepta gentibus infinuavit, Gen. XII. 8. & XVIII. 19. Cujusmodi Legum positivarum universalium ex Gen. II, 3, 16, 17, 24. & IX, 4, 6. exempla adeo manifesta sunt, ut ea in dubium vocare, sit diem negare, ubi Sol splendet. Conf. D. König. Theol. Positiv. P. III. §. 630.

Ad nuperas *Cl. Theologi* contra Legem Positivam universalem exceptiones respondetur.

XXI.

Qui ad nuptias animum adplicant, *magna circumspectione* rem velut difficilimam,* & abs qua omnis vitæ felicitas pendet, adgressuri, agunto. Certe (a) enim non voluptas sola in uxore spectanda est: sed quæri debet, quæ digna sit in societatem adsumi divini humanique Juris: quæ domum regere, rem servare, liberos bene educare norit, quæ adjumentum sit in bonis rebus, in malis solatium. Uxor dignitatis nomen est, non voluptatis. Eam si morigera fuisset, χερόβην dixerunt veteres: malam depingi non posse credidere. (b) Felix è contra, cui morigera prudensque uxor obtigit. (c) Solebant eam ob rem matrimonia, *velut gravissima pacta*, inter Hebræos coram decem minimum testibus contrahi. (d)

Quid ante nuptias expendendum?

* *Neque enim DEO placent matrimonia, pro omni modo lubitu ſuſcepta. Ut quando primi homines* oculis magis, quam auribus *de uxore judicarunt, Gen. VI, 2.*

(a) Sir. XXV, 27. *Itaque* non venus, *in qua quævis femina cuivis viro facile ſatisfaciat*: ſed mores *ſpectandi, qui puellas diſcernunt, & in deligenda uxore conſiderari merentur. add. Sirac. XXXVI, 23.*

(b) Sir. XXV, 33. *ſeq.* Carolus V. *nihil ajebat pejus quem hoſti ſuo imprecari poſſe, quam uxorem imperioſam. Præprimis ſi vinolenta ſit. Malas rixoſasque mulieres Græci Epigrammatarii vocant* ἀνδρομάχας, *velut cum illis maritus in bellicis tumultibus vitam cogatur tranſigere. Sunt & qui difficilem locum* Coh. VII, 29. *ſic legant:* Cauſam quæſivi, cur mulieres pleræque viris eſſent pejores. Namque in mille mulieribus, quas mihi adſcivi, nullam inveni ſincerè probam.

Locus Coh. VII. 29.

(c) *add.* Sir. XXVI. *per tot.*

(d) Eſaias, *duos maximæ auctoritatis Viros*, Uriam *ſummum Sacerdotem, de quo* II. Reg. XVI. 16. & Zachariam Prophetam *II. Paral. XXVI. 5, in re hac maximi momenti adſcivit, Eſai. VIII. 1.*

XXII.

Quid Concubinatus, in quantũ eſt matrimonium inæquale?

Non rejici poteſt omnis concubinatus ſeu inæquale matrimoniũ, quod vulgo ad Morganaticam ex 2. feud. 29. vocant. Egregio inter Germanos, honeſtatis toro imaculato debitæ, exemplo, quæ non patitur, ut ſoboles ex clandeſtina & impare, nec publice parentibus probata conjunctione procreata, legitima habeatur, & in majorum hereditatem ſuccedat; quæ verba (b) ſunt *Jacobi Auguſti Thuani* de Liberis *Ferdinandi* Imperatoris ex *Philippina Velſerâ* ſuſceptis: qui puſillam ditionem acceperant.

Quid de minus ſolennibus aliis conjunctionibus cenſendũ?

Agi hoc loco poteſt, de minus ſolennibus aliis conjunctionibus, etſi inferioris conditionis fœminæ in uxorem ducantur, quarum tamen liberi (niſi pactum obſtet) in feuda ſuccedunt, ut rebus judicatis alibi probatur. (c)

(a) *vide jam hujus exerc. IX. §. IX. ita matrimonium inter ſervum & ancil-*

ancillam, inter liberos ac servos, cives & peregrinos, quando concubinatus vocatur, Jure Naturæ matrimonium est.

(b) *L. 2. de vita sua. add.* Dn. Hert. *Opuscul. To. II. p. 104. sq.* & Nicol. Myler *in Gamologia. Quamquam alii, observante ibidem Hertio, cum Velsera matrimonium ad morganaticam contractum negent. Sic* Abraham Cethuram *duxit, pactis quidem dotalibus factis, sed ancillam tamen, ut docent Hebræi. Ideo & uxor vocatur, Gen. XXV, 1. & tamen Liberi ejus dona tantum acceperunt, quod signum matrimonii IMPARIS, & Germanis quoque ad Morgangabicam dicti. Gen. XXV. 6. Ex quo patet, evenire posse, non ex Lege tantum, sed & ex pactione, ut qui ex conjugio nati sunt, alimenta sola habeant, aut certe excludantur à præcipua hæreditate. Hinc ob conjugium tali pacto initum liberi* Abrahami *cum Cethura, perinde ut Ismael Agaris filius dona, ut dixi, h. e. Legata quædam acceperunt, hereditatem autem non creverunt. Non longe ab hoc* Conjugio (*Concubinatum etiam cum libera femina Hebræi vocant*) *ad* Morgangabicam *abeunt* nuptiæ secundæ *apud Brabantos; nam rerum soli, quæ extabant cum prius matrimonium solveretur, proprietas adquiritur prioribus liberis. Grot. II. 7, 8.*

Abraham & Cethuræ matrimonium impar. Matrimonium ad *morgangabicam.*

(c) Nicol. Mylerus *Gampl. c. V. §. 22. Ita pro* Eduardi Fortunati, *Marchionis Badensis, qui Mariam,* Jacobi ab Eiken, *Domini Rivieræ, Tribuni Hispanici filiam sibi sociaverat, liberis pronunciatum in moderniam usque successionem:*

Christophorus, *Marchio Badensis.*
|
Eduardus Fortunatus
& Maria Eikia,
|
Wilhelmus, *Senex factus annorum LXXXIV.*
|
Ferdinandus Maximilianus.
|
Ludovicus Wilhelmus, *March. Badens.*

add. Dn. Imhof. *Notit. Procer. Imperii IV. 8, 13. & de Ernesto Wilhelmo, Comite Bentheimensi, eundem L. IX, 1, 18. Pertinet eo quoque* Ferdinandi, *Bavariæ Ducis cum Maria,* Georgii Pettenbekii *Officialis sui Aulici filia matrimonium, ex quo prodiere Comites Wartem-*

timbergici, quibus Imp. Rudolphus *Pragæ d. 16. Febr. A. 1589. in pacto hanc legem confirmavit, ut quandocunque masculæ* Wilhelmi *Bavar. Ducis propago deficiat, masculæ huic* Ferdinandi *posteritati ex illo matrimonio orituræ, jus postliminium in Ducatus Bavariæ, & ditionum eo pertinentium sartum ac tectum esset. Adde denuo Dn. Imhof. II, 6, 17. Laudatur etiam Gerhardi Feltmanni Liber singularis de Impare Matrimonio.*

XXIII.

Ad *efficientem Conjugii*, nostris præcipuè moribus solet reduci *doctrina de Sponsalibus*, & ἐφολογία, quæ in proclamatione publica, sacerdotali copulatione, ejusdemque benedictione sive consecratione consistit. *Sponsalia* quæ à spondendo, seu sponte promittendo nomen acceperunt, in rigore ac presse sumta JCto (a) delineantur mentio & repromissio nuptiarum futurarum, ubi mentionis notione idem quod interrogatio, repromissionis idem quod responsio intelligitur. Dico: in *rigore* ac presse sumta. Neque enim, in præsenti, nomine sponsaliorum pro arrhis nuptialibus, aut donatione propter nuptias, aut conviviis sponsalibus adhibitis, sed pro sponsione nuptiarum futurarum utimur. Suntque vel pura & categorica, vel conditionata & vestita; quorum illa sine, hæc sub conditione non solum moraliter, sed & physicè possibili ineuntur: illa purè & absolutè, hæc nonnisi conditione impleta obligant. Ubi: an desponsationes impuberum J. Naturæ licitæ sint? quæritur. Sic *Elisabetha* quatuor annis nata, cum Ludovico Landgravio Thuringiæ desponsata fuit. Sunt autem hæ desponsationes hujusmodi actus, quibus Parentes, quique horum loco sunt, impuberes ex præsumto illorum consensu uniunt spondendo ac respondendo ipsorum loco nuptias. *Licitas* dicimus, si cum exceptione alterutrius partis desponsatæ, cum pubescere cœperit, dissensus fiant? (b)

Quid sponsalia?

An desponsationes impuberum illicitæ?

(a) *L. 1. ff. de Sponsal.*

(b) *Heider. System. polit. c. 1. &* Dn. Muller. *Instit. polit. P. I. c. 11. §. 12.*

XXIV.

XXIV.

Ratione ordinis in cœtu fidelium observandi, sanctionisque Ecclesiasticæ requiritur 1) *proclamatio* sive (a) denunciatio futurorum conjugum, quæ est actus, quo publica auctoritate novi conjuges ex suggestu tribus vicibus à Ministro Ecclesiæ publicantur, cum in finem, ut super futuris conjugibus cœtus christianus DEUM invocet, ipsisque bene precetur, omnibusque constet, ipsas non ex inordinata libidine, nec contra Jus tertii iniisse Matrimonium. 2) *Promulgationem* insequitur copulatio & Benedictio Sacerdotalis, qua in conspectu totius Ecclesiæ sponsus & sponsa elicito iterum ipsorum mutuo per Sacerdotem consensu arrhas invicem (alicubi) tradunt accipiuntque, atq; benedictione sacra conjugio solenniter inaugurantur. (b)

quid proclamatio?

quid copulatio?

(a) *Tres hæ denunciationes* Banna *vocantur in c. ult. qui matrimon. accusar. poss. c. cum in tua 27. X. de sponsalib.*

(b) *quem morem ab Hebræis traditum, etiam Christiani habuerunt, non privatim, sed in conventu piorum* μετ' ἐυλογίας *nuptias celebrantes, teste Ignatio Epist. ad Polycarp. 8. Tertulliano Lib. de pudic. & Lib. 2. ad uxor. cap. ult. Eundem Franci sunt secuti, add.* Dn. Hertius, *Opusc. Tomo I. de Matrim. putat §. 4. p. 353.*

XXV.

Tria officia Marito imponuntur Lege singulari apud Mosen. *Alimentum, vestitus,* שְׁאֵרָה *& tempus ejus*, i. e. officium debiti conjugalis, quod Moses verecunde à tempore statuto adpellat, ob statam ejus immunditiem. (a)

Quæ Mariti, juxta Hebræos, officia.

(a) *Exod. XXI, 10. Conf. Buxt. in R* עון

Ad Libri II. Cap. II, III, IV.

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO X.

Summa.

I. Undenam necessitas Imperii Paterni demonstretur? II. Quo sensu dicatur Majestas? Item, dominium? Quando desinat? III. Quodnam fundamentum Imperii paterni? an consensus? an generatio? quid educatio? IV. Quomodo hoc Imperium DEI Vicarium? obiter de Majestate, quod utique possit dici Vicaria DEI; ad expositionem Pufendorfii. V. An Mater sit subjectum proximum Juris Patrii? an sine homicidii culpa abortum possit procurare? VI. An ad nuptias Liberorum requiratur consensus Parentum? VII. An abortum procurare Jure etiam naturali interdictum? Exponitur Lex forensis Exod, XXI. 22. VIII. An liceat prolem exponere vel abjicere? quid abdicatio? quid expositio? quid emancipatio? quid parricidium? quid orbitas? & orphanitas? quid adoptio? Illustratur exempl. IX. An oppignorare vel vendere liberos liceat? An & prostituere? & quid de exemplo *Lothi* censendum? X. Quid censendum de Lege forensi Deut. XXI, 18. qua Pater filium immorigerum ad Judicem deferre ipse, & ad mortem velut ducere jussus est? XI. An Patria Potestas se extendat ad vitam liberorum? & quomodo ad bona? item, quo pacto ad vitæ genus? Quousque duret Imperium Patris? Loca Scripturæ contra Kulpisium vindicantur. Locus etiam 1. Cor. VI. 37. exponitur. An Pater absolutè possit filiæ negare nuptias? XII. Quousque liberorum fortunis prospiciendum? XIII. Quid ἀποπελαργεῖν? XIV. Quæ origo servitutis? quotuplex servitus? quid *arrogatio?* An optandum, servitutem inter Christianos introduci? Exempla populorum sese dedentium. XV. An Dominus naturaliter habeat jus in vitam servi? An & quo jure servos ad circumcisionem adegerit Abramus? XVI. An servi bellica vi capti aut emti proles pertineat naturaliter ad Dominum? XVII. An, & quando servus fuga sibi possit consulere? XVIII. De præceptis œconomicis, incidenter. XIX. Specimen amplissimum Demonstrationis à Necessitate FINIS ad Jus Mediorum.

I.

Undenam demonstretur Imperium Paternum?

IMperii Patrii (quod & *patriam*, & *domesticam* alii *Majestatem* adpellant) necessitas è communi illa in Practicis Regula: (a) *Quæ ad finem Juris consequendi sunt necessaria, ad ea Jus habere intelligimur:* evidenter patescit. Cum itaque DEUS Parentibus educationem sobolis

(a) Grotius *de J. B.* pra Exercitation. Grot. II, 1, 24. n. na Lev. XIX, 3. U. *Ubi* mater præpo. Decalogo Pater magis amatur M. (b) Lactant. IV. 3. q. partem dominii? (c) Pufend. de Off. A. (d) Exemplo sit que sibi non esse, quem mendet.

Sunt (ut dixi) etiam qui *Dominium* Qui tamen pulcre *in ditione Parentum* manes *potestatem* & hanc definit ad rev. pervenerit dignita. quasi ipsorum se p. execrantium. (d)

(a) Lactant. d. l. disciplina quidem ter. Et aliud e. Non Imperium. II. Reg. IV. 1. creditoribus disc.

bolis injunxerit, ea vero ſine Imperio ſuſcipi nequeat; igitur (b) & Imperium iis, mediante dictamine Legis Naturalis, contuliſſe cenſetur. Qui enim jubet finem, jubere etiam intelligitur media ad finem neceſſaria. (c) Cæterùm ingens quoque mortalitatis ſolatium Paterna ſocietas liberorumque procreatio eſt. (d)

(a) Grotius *de J. B. & P. III. 1, 2. & adde II, 24, 5. & quæ nos ſupra Exercitatione IV. diximus de Comparatione Finium. Ac rurſus Grot. II, 5, 24. ubi:* neceſſitas finis Jus facit in moralibus. *Lex Divina* Lev. XIX, 3. *Unusquisque timeat Matrem ſuam & Patrem ſuum. Ubi* mater præponitur, *quia naturaliter magis timetur Pater. Sed in Decalogo Pater præponitur in honore, i. e. amore, quia naturaliter magis amatur Mater.*

Neceſſitas finis.

Lex Levit. XIX, 3. cur Mater ibi præponatur Patri?

(b) Lactant. IV. 3. *quis, inquit, filios poterit educare, niſi in eos habeat partem dominii?*

(c) Pufend. *de Off. H. & C. I, 3, 11. II, 6, 14.*

(d) *Exemplo ſit querela* Abrami *Gen. XV, 2. mirificè dolentis, filium ſibi non eſſe, quem heredem conſtituat, cuive curam ſuæ domus commendet.*

II.

Sunt (ut dixi) qui hoc Imperium *Majeſtatem* adpellent; eſt etiam qui *Dominium*, (a) denique qui ditionem nuncupet. (b) Qui tamen pulcre ſe ipſum explicat: *Natura*, inquiens, *ſemper in ditione Parentum liberos eſſe juſſit, nec uti inter pecudes, ſic inter homines poteſtatem & Imperium valentioribus dedit.* (c) Nunquam hæc deſinit ad reverentiam obligatio, nec ſi filius ad magnas pervenerit dignitates, ita adverſus Parentes gerere ſe debet, quaſi ipſorum ſe pudeat. Id enim ſtultorum eſt, & initia ſua execrantium. (d)

Quo ſenſu Poteſtas patria dicatur Majeſtas?

(a) Lactant. *d. l.* (b) Plinius *Paneg. c. 38. n. 7. Aliàs verò, & in diſciplina quidem noſtra* Dominium in res, Imperium in Perſonas *dicitur. Et aliud eſt* Dominus, *aliud* Patet; *aliud herile, aliud paternum Imperium. Jure tamen Hebræo Liberi cenſentur* Res patentum. *II. Reg. IV. 1. & alibi quoque in Aſia liberos venditos à Parentum creditoribus diſcas è Plutarcho in Lucullo. Idem Jus olim Athenis obti-*

obtinuisse ex eod. discimus Plutarcho in Solone. add. Matth. XVIII. 23.

(c) Plin. d. l. (d) Hoc contra illos est, qui dicunt: non memini, quis fuerim. add. Sirac. XXIII. 19.

III.

An Generatio fundamẽtum Imperii Patrii?

Generatio sive communicatio vitæ Finis est Societatis Conjugalis, non paternæ: bene tamen (a) ingressus ad Societatem paternam, imo (b) Patrii Imperii Fundamentum, adpellatur. (c) Educatio autem, (d) sive sobolis à primâ infantiâ ad maturitatem cum corporis tum animi conveniens perfectio, finis est & Imperii & Societatis paternæ. De qua in universum eximie nonnemo; Si, inquit, de futuri Seculi Republica prognosticon quæris; Juventutem & educationem spectes, ac inde fausta vel infausta quæque ominare. (e)

(a) *Seu terminus à quo Imperii paterni, quod recte monet Pufendorf. h. l. §. 2.*

An consensus tacitus?

(b) *non autem* consensus *quidam* tacitus, *quæ Auctoris est sententia h. l. §. 2. cui satisfeciisse censeo* Kulpisium, *Coll. Grot. Exerc. IV. §. 1. c) & e) ubi nervose respondet, Patrem generare filium sibi æqualem PHYSICE & MORALITER. Et quæso cur Pater Pater est? QUIA GENUIT. Cur Jus habet in Filium? Quia per Generationem eum sibi adquisivit. Cæterum tria sunt, quæ post DEUM Parentibus accepta liberi habent ferenda.* Vita, alimenta, institutio. Aristot. *Nicomach. VIII, 11. de Patre:* αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, καὶ τροφῆς καὶ παιδείας.

Respondetur ad argumentũ Auctoris,

Consensus *Aristotelis* pro Generatione,

(d) Φύσει ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν, Natura pater præest liberis, *ut optimè* Aristot. *ad Nicom. VIII. 11, 2. & Parentes iis imperant,* ὡς ἑαυτῶν τι ὄντων, velut REBUS SUIS, *ibid. VIII. 12. n. 2. p 332. edit. Riccob. adeoque* causa proxima *hujus Imperii est naturalis, non civilis, ut Ludwellus censet. add. etiam D. D. Majer ad Instit. L. I. tit. 9. de Potestate patria.* Itaque per quem actum Filius est Filius, & à Patre ut filius adquiritur, id est fundamentum proximum Imperii Paterni. Sed per generationem. *Sic (analogiam respiciendo) Creatio est fundamentum Imperii divini. Cæterum novissimè* Grotio *nobiscum statuenti* de J. B. & P. II, 5, 1. *contradicit* Jo. Tesmarus. *Si consideremus, inquiens, quantillum illud sit, quod homo conferat, Pater inprimis, ad generationem sobolis; vix ãici poterit, ex SOLA generatione tam magnum nobis Jus adquiri in liberos. Et addit sententiam Lactantii:*

Respondetur Jo. Tesmaro.

Qui

Qui filium generat, non habet potestatem, ut concipiatur, ut nascatur, ut vivat. *de Justit. c. 18. p. m. 275. edit. Cantabrig. Unde adparere dicit, non esse illum Patrem, sed generandi Ministrum. Sed à generatione, ob quam liberi parentibus vitam debent, occasionem omnium bonorum, cæ era merita haud excludimus.* Pufendorf. *de O. H. & C. II, 3. §. 8. Dein, qui è* Lactantio *laudatur locus, omnem generandi facultatem à divina benedictione concursuque suspendi dicit; Patrem verò causam* principalem, *licet* secundam *generationis esse non negat.*

(d) *Quam excoli diligentius curaque summa par erat. Dolendum adeo paucis tactum id argumentum esse. add. de gravitate patria, Sirac. XXX, 7, 8. sqq de educatione filiarum, c. XXVI. 13. sq. Nulla nobis possessio, nullus fundus nobis æquè gratus esse debet & charus ac liberi, quippe hæc omnia filiis quæruntur, ait Chrysost. Homil. IX. in 1. ad Tim. 2. Refert Ælianus Var. hist. L. XII. Diogenem inertiam Megarensium reprehendisse: malim, inquientem, esse Megarensis alicujus aries, quam filius. Illius enim majorem curam gerunt. add. Sir. XXX, 6, 12. Quantas* Poireti *de Educatione Liberorum libellus turbas dederit, notum est. Ejus tamen patrocinium suscepit* Jo. Colerus, *Sacrorum Ecclesiæ Lutheranæ apud Hagienses Mysta celeberrimus. E gentibus commendari meretur Plutarchus; è Gallis* Fenelonus *de l'Education des Filles, etiam Germanice editus. Legendus etiam* Sekendorfius *de Statu Christianismi II, 3, 5. ubi inter alia:* Das Absehen / *inquit*, welches auch die Heyden herauß zu streichen gewußt / daß man die Kinder zum gemeinen besten *(en vitam socialem)* zeugen und erziehen solle / wird mitten in der Christenheit theils verachtet und unterlassen / theils gar verspottet. Es läufft alles auff der Eltern Lust oder Eigennutzen hinauß. *Prostat quoque* Maphei Vegii *Liber elegans de Educatione Liberorum, qui Scriptor obiit A. 1457. eumque habet* Tomo XV. *Biblioth. PP.* Margarini Bignii. *Nuper etiam in hoc argumentum se immisere* Jo. Lokius, Jo. Langius, & Godofr. Vokerodtus. De *Educatione Liberorum.*

(e) *Shoul. Polit. Diss. IV. §. 2.*

IV.

Ut novum non est, *Majestatem DEI Vicariam* (a) nuncupare: sic nec abjectè nimis de DEO sentiunt, qui potestatem à DEO delegatam Parentibus dicunt. (b) Quo sensu Majestas dicatur Dei vicaria?

(a) *Vox*

(a) *Vox ea est Augustini, Ambrosii, imo Spiritus Sancti. conf. omnino D.* Förtschius, *Christianismo Tranquillo cap. XIV.*

(b) *neque id commentum adpellandum puto, si quis ita sentiat; cum DEI utique* munere *fungatur Parens, de commissa sibi dataque divinitus prole ex DEI Intentione formanda solicitus. Licet idem specie Imperium quod in DEO est, in hominiones cadere non possit, cadit tamen ut* naturali Jure concreditum & injunctum. *Quæ faciunt ad explicationem* Pufend. *de J. N. & G. VI, 2, 4. Ei tamen imperio non obstant piæ ad Patrem errantem admonitiones, 1. Samuel. XIX, 4. Fas autem est, inquit* Plato *apud Rhodigin. IX, 18. parentibus prima & maxima debita, omnium antiquissima debitorum persolvere; putare enim quisque debet, omnia eorum esse, qui genuerunt; ita ut illis hæc omnia ministrare debeant. add. omnino Strac. III, 6. sqq.*

V.

An Mater subjectum proximũ juris patrii?

Subjectum proximum * Juris patrii est Mater, de facto: uterque autem Parens de Jure. Nec à potentia (a) physica ad facultatem moralem ab Hobbesio recte infertur pro originario Matris Jure; aliter dicendum si ignoretur (b) Pater.

(a) *add.* Kulpis. *Exerc. IV. §. 1. p. 47. unde nec abortum sine Homicidii culpa procurat. Add.* Selden. *de J. N. & G. IV, 1. pag. 480. nec differt* corpusculum infantis *in ovo delitescens à Vitro maturæ ætatis,* nisi partium evolutione & amplitudine.

(b) *D.* Hedinger. *Conspect. J. N. tit. XV. §. 7. An plus habeant liberi de patre vel matre, disputatur inter Physicos. Plutarchus ea de re sic disserit: Natura sexuum corpora miscet, ut ita de utraque parte sumta confundat, & (κοινὸν) commune utrisq; reddat quod nascitur, ita ut neuter possit quid suum sit, quid alienum discernere. Grot. II, 8, 18.*

VI.

An ad nuptias liberorum requiratur consensus Parentum?

Requirit plane *Officium Filiale*, ut Patris consensum ad Nuptias poscant liberi, nec eo invito * Conjugibus socientur. Cum & Parentum interest, cui proles jungatur, & ex quibus nepotes sibi proveniant; (a) & filius sub patria sit constitutus potestate, adeoque non habeat facultatem agendi citra parentis

tis consensum. (b) Nec minus *patria societas*, nisi partis utriusque consensu solvi non debeat. Ac nova societas (conjugalis) in præjudicium prioris iniri non possit. Hinc eo usque à Theologis progrediuntur nonnulli, ut statuant, clandestinam desponsationem, insciis inconsultisque Parentibus factam, plane esse nullam, (c) sic, ut ne quidem per subsequam ipsorummet Parentum ratihabitionem legitimari confirmarique possit. (d) Cæterum vix major in humanis dolor est, quam qui ex impietate prolis existit. (e)

* *Obj. Q. pactum debet esse maxime liberum, ad id non requiritur consensus Parentum. Sed pactum matrimoniale. Resp. debere id liberum esse à coactione;* non autem ab obligatione. *Cogendi liberi ad indecens matrimonium non sunt, decoræ autem nuptiæ, parentum auctoritate initæ, ipsorum libertati non obsunt.*

(a) *Alia ratio est Samsonis, qui speciale à DOMINO mandatum impulsumve singularem habuisse legitur, Jud. XIV. 4.*

(b) Ostand. *ad Grot. II, 5, 10. add. omnino* Scherzer *Loc. XXVII. §. 9. ubi sapientissimorum Gentilium allegat consensum n.* e) *pag. 791. & Pontificios refutat, qui consensum ex capite saltem honestatis (vult dicere decori) non autem necessitatis requiri statuant.*

(c) *Ita* Chemnitius, *eodem Osiandro auctore. Jure enim naturali ille actus moraliter censetur nullus, qui caret principiis validitatem actui conciliantibus. Talis autem est clandestina desponsatio citra consensum Parentum. Deficit enim ei* notitia, *quæ in Juvene imperfecta; deest* libertas *voluntatis, obtusa affectibus: deficit denique* potestas, *quæ nulla in filio, sed in Parente. Quanquam de Matrimonio jam consummato & copula carnali subsequutâ aliter pronuncient, quod, quia non est merus contractus electitius (ut votum Num. XXX, 4. sqq. quod rescindere potuit Pater) sed naturalis, adeoque ob copulam conjugalem jam consummatus, rescindi amplius non possit. Quamin sententiam pronunciarunt* Theologi Tubingenses *m. Aprili* MDCXXIV. *add.* Calov. *ad Exod. XXII. 17. fuse. Ubi tamen Lex forensis obstare videtur:* Si Pater filiam stupratam Compressori dare renuerit, dabit ei, sis quantum virgini ad dotem debetur. *Sed jungendus est locus Deuter. XXII. 28. ubi dicitur stuprator eam non posse dimittere,* scilicet per libellum repudii, aut si nuptias esset pollicitus. *Hæc vero, si Grotium audias,*

De nuptiis clandestinis ex instituto.

Lex forensi Exod. XXII, 17. exponitur.

audias, Patri datur optio mulctæ aut matrimonii. Nemo sanus pater prius eligit, sed nepoti Patrem sponte quærit. Est itaque consensus Parentum requisitum ad matrimonia contrahenda necessarium, non tamen essentiale, quia quod essentiam matrimonii ingreditur id nunquam abesse ab eo potest. Atqui abest consensus Parentum *in orphanos abest in viduo & aliis. Deinceps nec* matrimonia *citra Parentum consensum inita solent irrita reddi, licet cum peccato sint contracta.*

(d) *Aliquando etiam* Ratio Status *impedit conjugia, ut in Gallia Personarum Illustrium nuptiæ fiunt cum consensu Regis; quo sine nec ipse Regis frater matrimonium init. Quale quidem impedimentum Germaniæ Principibus injicere non potest Imperator; add. de* Rhetz *Instit. Jur. publ. L. I. t. 21. §. 5.*

(e) Augustus *Cæsar filiæ neptisque turpitudinem detestatus hoc sæpius versu usus est:*

Αἴτ' ὄφελον γ' ἄγαμός τι μένειν, ἄτεκνός τε θανέσθαι,

O utinam aut cœlebs mansissem, aut prole carerem.

add. Sir. XVI, 1, 3.

VII.

De abortu.

Solent de Patria potestate variæ (præter jam tactas) moveri quæstiones. Ut: *an liceat Jure Naturali abortum procurare?* & an is sit homicidium, capitaliterque puniri possit? prius negamus, quia tametsi ex Parentum substantia excitetur soboles, (a) ea tamen in æqualem conditionem humanam cum illis locatur. Verbo, quia æque homo est, adeoque ab ipsis Parentibus injuriæ capax. Posterius adfirmamus, (b) quia abortum procurans, hominem perdit.

(a) Pufend. *de Off. II, 3, 4. & adde præsentem exercitationem §. 5.*

Lex forensis de abortu Exod. XXI, 22.

(b) *Equidem obstare videtur* Lex divina Exod. XXI, 22. Si rixantes viri percusserint mulierem prægnantem, ut fœtus ejus exierit, nec tamen mors (*mulieris*) fuerit sequuta, mulctentur pro mulcta quam eis imponet vir mulieris, eamque dent apud Judices. Si verò mors sequuta fuerit, animam pro anima dabit. *Hæc, ajunt, manifestum esse, quod abortum procurare, divina sapientissimaque Lege pro homicidio habitum non fuerit: quia 1) abortus mulcta punitus fuerit, & quidem arbitraria. 2) quia mors esse non dicatur, nisi mulier obriisset. 3) quia nec anima in prole expulsa agnoscatur. Si enim animatus fuisset*

ant

aut pro tali haberetur, utique Canon ille ad eum quoque casum debuisset adplicari: Anima pro anima. 4) *Græci verba:* & *exierint* ילדיה *liberi ejus: transtulere:* Καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς. *Sed* (primò) *possit etiam hic Legis sensus esse: Si fœtus exierit, mors tamen (fœtus) non fuerit subsequuta, tum sufficiet mulcta. Ita jane* Philo *ex parte accepit, edictum ita interpretatus:* εἰ δὲ ἤδη μεμορφωμένον, ἀπάντων μερῶν τὴν οἰκείαν τάξιν, καὶ ποιότητας ἀπειληφότων, θνησιμαίου. Si jam formatum erat, omnibus membris suum ordinem suasque qualitates nactis, *moriatur.* Si autem abortivum rude & informe fuerit, *sequutus nimirum τὸς LXX. qui verba* לא אסון *transtulere,* οὐκ ἐξεικονισμένον, *non efformatum)* mulctetur: cum propter contumeliam, tum quod impedimento fuerit naturæ, effo mandi & effingenti hominem animal pulcerrimum, *quod vivum emitteret. Josephus autem ad solam matrem retulit.* 2. *Tametsi verò verba sic transferamus: Si viri rixentur & percutiant mulierem prægnantem, ut fœtus ejus exierit,* ולא אסון & *non fuerit mors mulieris sequuta: (ut* אסון *Onkelos vertit* מיתא *quod hæc vox vitæ periculum & ipsam mortem significet, Genes. XLII. 4.) Sunt tamen præclari* Theologi, *in hisque etiam* Calovius, *qui existimant verba sic sonare: Si exitium sit sive matris sive fœtus, anima reddatur pro anima. Adeoque priori casu sensus esset, si fœtus exeat licet nonnihil citius, vita tamen salva. add.* Tertullian. *Apolog. c. VIII. Non refert, inquiens,* natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. *Homo est,* & *qui futurus est;* etiam fructus omnis jam in semine est. *Judæi Germani in versione, quæ Amstelodami prodiit:* Und wann sich Mannen zancken/ und stossen eine tragende Frau/ daß ihr die Kinder abgehen: und es wird anders kein Mord seyn/ soll er gestrafft werden gleich als der Frau ihr Mann wird setzen auff ihn/ und er solls geben durch die Richter. Ist es aber/ daß ein Mord wird geschehen/ so solstu geben Seele für Seele. *Verba autem sequentia, oculum pro oculo, vertunt Judæi:* Geld für Aug an Platz deß Augs.

VIII.

An liceat prolem abjicere, vel exponere?

Quæsitum etiam est: an Jure naturali *Prolem liceat exponere vel abjicere?* (a) quod negamus ex allata superius ratione, quod proles æquè ac Parentes homo, adeoque *injuriæ capax* sit; nec patria potestas in atrocitate sed pietate consistat. Aliud

est, si Pater filium immorigerum, variis correctionum adhibitis gradibus è domo familiaque paterna ejiciat, & ab hæreditate ac successione in bona paterna excludat. Quæ olim ἀποκήρυξις abdicatio (distinguenda tamen ab exhæredatione) dicta fuit, cujus formulam recenset *Valerius Maximus*, de Tito Manlio Torquato, dum per præconem factam tradit, cujus vice publicè testatus parens, se ob desperatos mores filium domo sua indignum judicare, & jubere protinus è conspectu suo abire.

quid abdicatio?. quid exhæredatio?

quid expositio?

(a) *Describitur* expositio, *quod sit actus, quo parentes prolem recens natam ex cura h. e. alimentatione & protectione sua dimittunt, aliorum permittentes misericordiæ; quam non iniquam esse ex parte matris videtur statuere Hobbes de Civ IX. 2. nixus spurio argumento, quod prius sit in potestate matris. Fuit hæc prolem exponendi immanitas adeo veteribus familiaris, ut Strabo de Ægyptiis tanquam peculiare quid referat, quod omnes filios educaverint. Cæterum pertinet hæc Expositio ad* CONTRARIE OPPOSITA *Societatis paternæ, quemadmodum & Emancipatio & Parricidium.*

quid emancipatio?

Emancipatio *est actus, quo soboles ob ætatis judicique per signa probabilia in illa deprehensi maturitatem, à parentibus, quique horum loco sunt, è potestate patria dimittitur, & αὐτεξούσιον & suique Juris fit. E potestate inquam patria, non è reverentia parentibus debita.*

quid parricidium?

Parricidium *est actus, quo soboles Parentem vita privat vel mediatè & per alios, vel immediatè & per se.*

quid orbitas?

PRIVATIVE *oppositæ societatis paternæ sunt* (1) Orbitas, *quæ est Status Conjugum prole sua ex matrimonio suscepta privatorum.*

quid orphanitas?

(2) Orphanitas, *quæ est Status Liberorum Parentibus suis in ipsa statim minorennitate morte orbatorum.*

quid adoptio?

In illius subsidium introducta est adoptio *qua qui non sunt, fictione Juris, habentur pro liberis, & in horum jura recipiuntur; in hujus autem remedium successit Tutela. Ephraimum & Menassen adoptavit Jacobus, de iis in testamento pronuncians:* Invocetur super eos nomen meum; *id est, quanquam Nepotes sint, vocabuntur filii mei adoptionis jure, ac perinde ut filii singulas partes ferent; in capita succedent, non stirpis nomine. Genes. XLVIII. 16. Exemplum veteris adoptionis naturalium est in Jacobi filiis, qui adæquati à Patre sunt liberarum filiis, & æquis partibus hæreditatem acceperunt.* Grotius *II, 7, 8.*

Ejus *exempla è sacris.*

IX.

IX.

An oppignorare vel vendere Liberos liceat, vehementer disputatur. Asserunt *Grotius*, *Ostiander*, *Kulpisius*: negant *Bœclerus*, *Feldenus*, alii. Prior de casu necessitatis vera videtur; si enim nulla alia sit ratio prolem agendi, potius quam inopia extinguatur, pater eam vendere intolerabilem servitutem, saltem sub Lege retractus, aut oppignorare potest. (a) Utique enim vita, quæ fundamentum omnium bonorum temporalium, æternorumque occasio est, pluris esse debet quam Libertas personalis. Ubi tamen distinguendum censeo inter potestatem patriam *ratione formæ*, quæ semper personæ adhæret, ab eaque divelli nequit, & *ratione effectuum*, quorum respectu in alium transfertur. Alia quæstio est: *An Pater vi Imperij liberos possit prostituere?* quam negative debere resolvi manifestum est, cum ad turpe nulla detur obligatio, & in casu quoque necessitatis vita potius linquenda, quam filia pravæ aliorum libidini exponenda sit. Nec obstat *Lothi*, Sodomæis duas filias adhuc virgines prostituendas offerentis *factum*: quod adeo laudare, ut *Chrysostomus* & *Augustinus* fecere, non possumus, ut (b) potius eam oblationem vitio fuisse inquinatam censeamus. Satius certe erat, si DEO placuisset, mori, aut armis arreptis domus contra multitudinem defendendæ consilium inire, quam tantum dedecus (dedendorum hospitum, quorum sanctissima tum Jura erant) alio haud multum minori vitatum ire.

An liberos liceat vendere, vel oppignorare?

An Pater Liberos possit prostituere?

Quid de Lothi facto tenendũ?

(a) Pufend. *de O. H. & C. II*, 3. 9. *Certe ex Exod. XXI*, 7. *Si quis vendiderit filiam suam: patet patri concessum fuisse, summa saltim in necessitate, filiam vendere.*

(b) Gen. XIX, 8. *observat tamen* Jo. Clericus; *Forte Lothum hic filias obtulisse, quod sciret non ausuros Sodomitas, quod offerret, accipere, quia filiæ ejus, ut in sequentibus docet Moses, duobus Sodomitis civibus*, forteau Principum filiis, *erant desponsatæ.*

X.

Non indignum penitiori indagine est, quid de Forensi Lege

Quid censendum de Lege forensi Deut. XXI, 18.

de filio ad Judices ducendo.

Lege (a) sentiendum, qua Pater filium immorigerum ad Judicem deferre ipse, & ad mortem velut ducere jussus est. (b) Lex, ut *Grotius* ait, satis dura videtur: * Filium ad portam deducere; publico ibi judicio condemnandum supplicioque afficiendum. Sunt, qui sic solvant nodum: Priora Legis verba *hypothetice* reddenda esse: Si cui fuerit filius contumax, adeoque adprehendentes eum pater & mater produxerint ad Seniores, tum hunc observabit, me DEO sic edicente, processum. Ratio sententiæ esse videtur, quod στοργὴ naturalis haud permittat filium ad necem offerre: nec verisimile sit, parentes fuisse constitutos peculiari Lege filiorum delatores: nec periculo res vacasset, sive prævaricandi in στοργὴν naturalem, sive Legem divinam transgrediendi. (c) Communiter tamen alii putant delationem à Parentibus factam, ob proterviam scilicet intolerabilem, & si Parentes contumeliosè adpellasset, iisque maledixisset, ut Lex expressa hoc de casu est. (d) Nobis ex ipso Legis tenore manifestum est, *potuisse utique* Patrem & matrem, filium, ut textus ait, contumacem & rebellem, (e) eumque simul comessatorem & ebriosum Senioribus deferre; (f) & in hoc nihil omnino inhumanum contineri, si finis præcipuè spectetur, qui est Parentes revereri, quibus alias, adversus immorigeros, in aliorum terrorem opem & severissimo quidem remedio laturus esset Magistratus. Quem casum dabilem esse, & sæpius extitisse non dubitamus. ** Porro & hoc tenendum, non ea liberis modo, sed & Parentibus scripta esse, ut si contumacis degenerisque animi signa in liberis subodorentur, *severioris domesticæ disciplinæ remedio* maturè obviam eant, malisque obstent principiis, antequam in peccati abeant consuetudinem. *Liberos enim, quam Parentes, aliquando & totas familias, emittere lacrymas satius est.* (g)

(a) Deut. XXI, 18, 19. seq.

* *add. Pufend. de J. N. & G. VI, 2. 12. p. 921, 922.*

(b) Josephus *ita de hac lege: Archæol. XVI.* πάτρᾳ νόμῳ ὃς ἐκέλευσεν

σεν εἰ τὸ καταγρηόεντος· οἱ γονεῖς ὀπιθοῖεν τῇ κεφαλῇ τὰς χεῖρας, ἐπάναγκες ἔναι τοῖς παιεσῶσι βάλλειν καὶ τὸν ὀπτεύειν τὸν τρόπον.

(c) *add.* Prov. XIX. 18. *notantque Hebræi hanc Legem unquam in consuetudinem venisse, add. Ziegler. ad Grot. II.* §. 4.

(d) *Exod. XXI.* 15, 17. *& si parentes percussisset. add.* Majmonid. *Duct. Dubit. P. III. c. XLI. edit.* Buxtorf. & Hottinger. *Jur. Hebræorum Lege CCLII.*

(e) *adeoque non simpliciter ebriosum, sed cui ebrietas & prodigalitas mater inobedientiæ aliorumque peccatorum sit. Unde non malè* de protervia intolerabili *exposuit.* Jo. Clericus, *quem tamen reprehendit Dissertatio Viri docti de* Censura morum, *velut de comessatione & ebriositate tantum fiat mentio, quæ vitia non adeo sint intolerabilia.*

(f) *Docuitque adeo hoc exemplo DEUS, Jus vitæ necisque Parentibus non competere. Recte igitur improbatum fuit facinus* Consulis Stargardiensis *in Pomerania* Appelmanni, *qui diffidatorem filium suum, incendia, nisi pecuniam mitteret, minitantem, postquam promissis illectum ad locum solutionis deduxerat, privato consilio decollari fecit; desuperque conventus respondit: Heroicum Romanum facinus fuisse.* Es wäre ein altes Römer-Stücke. *add.* Henric. Gisebertum, *Deuteronomio Harmonico, ad Cap. XXI, 20. n. 328.*

** *Add.* Würtemb. Lands-Ordn. *tit. LXXXIX. n. 19. & castigatio publica Parentibus injungitur. tit. XCVII. n. 2. 209. & Land-Recht P. III. tit. XVII.* Ursachen/ derentwegen die Kinder enterbt werden mögen.

(g) Gu. Zepper. *Leg. Forensium L. IV. c. XII. p. 385. seq. add.* Cellar. *Polit. c. IV. §. 13. p. 59.*

XI.

Non extendit se patria potestas *ut Tales* (alia * est ut Reguli) *ad vitam* prolis: nec simpliciter ad *bona* ejus: nec denique ad *quodlibet vitæ genus*, à quo ipsorum genius abhorret, quodve communi hominum indoli est intolerabile, ut cœlibatus, (a) & vita monastica. (b) Cæterum auctoritas Patris PROTENSIVE, & per omnem ætatem est perpetua. (c)

An patria potestas se extendat ad vitam liberorum? Quomodo ad bona?

* *An verò se extendat eo, ut Patris familias segregis? negat Kulpisius*

An Pater in familia segrege habeat jus necis in liberos?

Affirmatur contra D. Kulpsium.

Exercit. IV. §. 3. lit. p.) cujus tamen rationes sive loca è sacris non concludunt. Certe Judas *Thamarem voluit comburere. Gen. XXXVIII. 24. Sic* Abrahamus *exercuit Jus belli. quidni &* Pœnarum? *Loci* Ephes. VI, 4. *sensus est: Cavete Parentes, ne fine causa liberos malè tractetis. Nam sic ne equum quidem reddideris docilem, at hic sermo est de causa puniendi justa, & occasione delicti capitalis.* Colos. III. 21. *adversus severitatem Parentum agit, quam paternæ mansuetudinis affectu vult temperari. Jubet autem Pufendorfius distinguere* tum inter Patresfamilias segreges, *& qui in Civitatem coierunt:* tum inter potestatem *quam habet genitor* ut talis, *& quam habet* ut est caput *suæ familiæ, de Off. H. & C. II, 3, 4. priori sine modo patresfamilias, qui nondum in civitates concesserunt, in domo sua aliquod instar Principum gessere, II, 3, 7. quod verò imperium familiare deinceps ad usum & decus civitatis ob varias, quas congessit, rationes attemperatum fuisse ostendit. Cæterum familiæ segreges utique* aliquod instat Civitatum *habent; igitur & Jus vitæ ac necis, si finis familiæ requirat, qui Jus dat in moralibus. add. denno Pufend. de J. N. & G. VI, 2, 11.*

(a) Pufend. *de J. N. & G. VI, 2, 12.*

An Pater possit filiam perpetuæ Virginitati consecrare?

(b) *Objicies tamen Pauli sententiam* 1. Cor. VII. 37. *posse* 1) *Patrem firmiter sibi proponere, apud animumq; decernere, Filiam suam perpetuò servare virginem.* 2) *esse hoc decretum in libera ipsius voluntate positum.* 3) *rursus posse ipsum hoc in corde suo definire.* 4) *ita decernendo Patrem hunc facere. Igitur cœlibatum posse liberis pro Imperio imponi. Sed rectè* primò *Grotius observat, verba sic exponenda esse:* Qui autem stat firmus in suo animo, filiam servandi Virginem; (μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος) si scilicet tali proposito neque corpus neque animus filiæ obsistit: (*quæ esset certe ἀνάγκη à proposito ipsum retrahens*) si facultatem habet faciendi quod vult, id est, si per filiam non stat, *ejusque* consentiat Voluntas: *is rectè laudabiliterque facit.* Secundò, *non eam esse Pauli in hoc loco intentionem, ut laqueum cujusquam conscientiæ injiciat, ipse diserte dicit* 1. Cor. VII. 35. *sed quid pro illorum, quæ Corinthios manebant essent, temporum conditione optimum existimet, edisserere. add. etiam* D. Spener. *Consil. & Respons. P. III. art. 1. distinct. I. Sect. XVI. 3. Necessitas, de qua Paulus loquitur, quamque*

abesse

abesse supponit: Μὴ ἔχων ἀναγκλω ad filiam omnino respicit, i. e. nisi filiæ infirmitas ipsum trahat ad necessitatem elocandi.

(c) add. hanc exercitat. §. 2. scilicet ut Patris. *Alia tamen functionum publicarum ratio est, quibus nulla privata nomina possunt aut debent intercedere. Hinc impotentiam Liviæ non Tiberius modo, sed & Respubl. gravabatur. Ludovicus etiam XIII. exilio matris suam auctoritatem stabilire contendit. Exsilium, dixere secessum Luynæi Fautores, vocabuli lenitate (qui aulis mos) temperata asperitate rei.* Gramond. *Histor. Galliæ L. VI. ad A. M DC XVII. Ferunt, addit, specie honoris interrogatam, quid se factum vellet: respondisse, paratam se exsilio, carceri, & si quid ultra destinabitur; esse se subditam eidem REGI, CUJUS SIT MATER.*

XII.

Officium Parentum est de temporali quoque fortuna liberis prospicere, ut filiæ, ne fiat exoleta; (a) aut ne familiam polluat. (b)

Quousque liberorum fortunis prospiciendum?

(a) Martialis: *Jam poscit dotem filia grandis, si sit* Σωφρονισμός 1. Cor. *VII, 36. add. Sir. XLII, 9,*

(b) *de Salaci Catullus:*

Asservanda nigellulis delicatius uvis.

XIII.

Pertinet quoque ad liberorum officium, ob ingentia Parentum in se merita, his egentibus alimenta suppeditare; quod non legibus tantum proditum est, sed vulgari proverbio ἀντιπελαργεῖν; adeo quidem ut laudetur Solon, quod qui id non facerent eos notavit infamia. (a)

quid ἀντιπελαργεῖν?

(a) Grot. II, 7, 5. *Ajunt Hebræi vel in pistrino laborare debere filium, ut subveniat Parentibus. Hoc divinior lex vocat* τιμᾶν 1. Tim. V. 3, 17. *reverentiæ signis, & ad vitam necessariorum exhibitione.*

XIV.

Ut *servitutem* in utroque Correlatorum procuravit * *indigentia*: (a) suæque haud raro imbecillitatis conscientia: ** sic ea species est subjectionis ex consensu, sed ignobilissima. (b) Dividi solet *in* (c) *perfectam & imperfectam*, *** item *in privatam & publicam.* (d) Nec prætermittenda servitus pœnalis, ubi subjectio oritur

quæ origo servitutis?

quotuplex servitus?

oritur (e) ex delicto. De aliis speciebus prostant idonei Scriptores. (f) Cæterum, si *Pomponium* audias, servorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores captivos vendere ac per hoc servare, nec occidere solent. (g)

* *adeoque non Natura.* Grot. III. 7, 1.

(a) *conf.* Gen. XLVII, 19, 25. *ubi Ægyptii se dant in servitutem, ut vitæ tantùm necessaria impetrent. add.* Lactant. *Lib. de Justitia cap. 6. ibi: ut servitio cæteros subjugarent, inprimis necessaria vitæ subducere & colligere cœperunt, eaque firmiter concluſa servare; ut beneficia cœlestia facerent sua; non propter humanitatem, quæ nulla in ipsis erat; sed ut omnia cupiditatis & avaritiæ instrumenta corraderent.*

quid servitus imperfecta?

** *imperfecta est, aut* in diem, *aut* sub conditione, *aut* ad res certas. *Talis est libertorum, statu liberorum, nexorum, addictorum, adscriptorum glebæ, SEPTEM ANNORUM servitus apud Hebræos, & altera ad Jubilæum usque; eorum quos manu mortuas vocant, ac postremo mercenariorum.* Grot. II, 5, 30. *Glebæ addicti erant, qui cum agro Dominum mutabant. Mortuæ manus, agricolæ vocabantur vel rustici hac conditione manumissi, ut si morerentur sine liberis, bona omnia redirent ad Patronum: Sin liberis relictis, optimum pignus Domino cederet: Si nihil esset tale, defuncti dextera abscissa offerretur.* Bodin. *de Rep. I, 5. Est etiam servitus* vel pactitia, vel legalis; *illa est species locationis conductionis. Hæc durior est, qua de auctor agit §. 5.*

quid servi glebæ addicti?

quid arrogatio?

(b) *contradistincta nimirum nobilissimæ, quæ est* arrogatio, *qua quis se ita dat in familiam alterius, ut ei subsit ad eum modum, quo Filius qui maturæ est ætatis subest Patri; definiente* Grotio II, 5, 26.

An optandum, perfectam servitutem inter Christianos introduci?

(c) *add. omnino* Grot. II. 5, 27. *qui ait, cum ea perpetuas operas debeat, pro alimentis & aliis quæ vitæ necessitas exigit, in terminis naturalibus nihil habere in se nimiæ acerbitatis; perpetuam enim istam obligationem compensari perpetua illa alimentorum certitudine; Hinc introduci eam apud Christianos optavit* Busbequius, *& post eum* Jo. Tesmarus *ad Grot. II, 5, 27. v.* Busbeq. *Ep. 3. distinctio inter servum mercenarium & plane proprium singulari Lege declaratur Lev. XXV. 39, 40, 41, 42, 43. sqq. & merces servo adcuratè statoque tempore solvenda, Deut. XXIV. 14.*

*** Grot.

*** Grot. *II*, 5, 27. *Lex Hebræa eum qui inopia coactus se vendidit, diserte mercenario comparat* Deut. XV, 18, 40. 53. *& in redemtura ejus operas ita vult ipsi prodesse, sicut fructus ex agro vendito percepti prodessent veteri Domino. add. denno* Grot. *III.* 14, 2. *& de Verna* Pufendorf. *O. H. & C. II*, 12, 7.

(d) *quando populus aliquis se alterius Regis vel populi Imperio deditione absoluta, subjicit.* Grot. *II*, 5, 31. *Quemadmodum* Belgium Fœderatum *dedere se olim Gallis primum, deinde Britannis volnit; sed rejectum ab utrisque, seu metu potentiæ Philippi II, seu quia credebant, Batavos id jure facere non posse. add. Camden. Hist. Elizab. ad A.* 1575. *Sic & Revalienses dedere se volentes Christiano Danorum Regi repulsam tulere. Thuan. L. XXI. Sed & hæc subjectio vel perfecta, & absoluta, vel imperfecta habendi modo aut quoad imperandi plenitudinem. Quod* Phaneas *apud Liv. XXXVI*, 29. *vocat non in servitutem, sed in fidem se tradere.* quid servitus publica?

(e) *tum in privatis, tum in populo ex publico delicto habens locum.* Grotius II, 5, 32. *Usitata castigandi ratio, eripere peccantibus libertatem.*

(f) Kulpisio *notati Exerc. IV. p.* 60. §. IX.

(g) Grotius III, 7, 5.

XV.

Jus vitæ & necis Domini naturaliter in servos (a) non habent; neque quisquam homo hominem jure potest interficere, nisi is Capital commiserit. Quare etiam recte adfirmavit Seneca, servum à Domino posse *capere injuriam.* (b) An verò servus tam vernaculus quam emtitius ab Abramo ejusque posteris cogi ad Circumcisionem potuerit? apud Judæos vexatissima quæstio est, quibusdam hoc è fundamento ajentibus, quod servus sit possessio Domini, ac res sua: aliis negantibus, quod nemo nisi volens in fœdus eat, quale hoc divinum fuit. (c) An Dominus naturaliter habeat Jus invitam servi?

(a) *Grot. II*, 5, 28. Gen. XVI. 6. *de Hagare, jam in thalamo suo viditante, Abramus: Ecce, inquit ad Saram, est in manu tua. Utere ea, inquit, ut lubet. Quo audito, Sara eam volvit humiliare. Imo* תְּעַנֶּהָ, *adflixit eam, duro, ut videtur, adflictionis genere, quippe quod ad fugam compulit. Quod si in gravidam permisit Abramus, & uxo-*

rem

Locus Exod. XXI, 20, 21. vindicatur.

rem quidem secundariam: quid non in ancillam simplicem eo tempore Juris existimandum? Nec obstat locus Exod. XXI. 20, 21. Si quis servum aut servam ad necem verberarit, adeo ut eo verberante animam efflarit, homicidii reus habetor; si verò per diem unum alterumve superstites fuerint, ac deinceps moriantur, nulla sit ultio, nam (servus ille, vel mancipium) pecunia illius erat. Ubi quidem in primo casu, homicidii reus dicitur Dominus, servum qui interfecit, non item altero. Atqui, inquies, & hic homicida fuit. Quam enim facile contingit, ut lethaliter vulneratus biduo spiritum ducat? Nonne Antoninus Pius non minus qui servum suum, quam qui alienum occidisset, puniri jussit? Nonne & Græcis antiquissimis, ab Heroicis usque temporibus, ea Lex fuit, ut & qui liberum & servum occidissent, æquè punirentur? Hecuba apud Euripidem ita Ulyssem alloquitur versu CCXCI. mortem filiæ deprecans:

Νόμος δ' ἐν ὑμῖν τοῖς τ' ἐλευθέροις ἴσος
Καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πρέπει.

Lex enim apud vos liberis par
Et servis posita est circa cædem.

Sed hujus Legis hic est sensus: Si mancipium per unum alterumve diem superstes manserit, verberans nulla pœna, præter mancipii jacturam afficitor, prout enm expressit in paraphrasi Jo. Clericus. Quasi ex eo, quod servus sub ictibus animam non efflasset, colligere Judices deberent, herum noluisse eum occidere; itaque satis eum pœnæ luisse decernerent, quod pecuniæ, quam emendo servo impenderat, ac utilis ejus operæ, jacturam fecisset. Quam ejus Legis rationem Philo dat: Μηδὲν ἄτοπον ἡλίθιον εἶναι, ὡς λυπεῖν ἕτερον ὑπάρχειν, ἐν οἷς αὐτὸς ἀδικηθήσεται; neminem tam stultum esse, ut aggrediatur alterum dolore afficere, ea re qua ipse læditur.

[b] Grot. d. l. partim quod ad dominium, ut sic, non requiratur infinita potestas re sua utendi: partim quod servus Jus habet perfectum postulandi alimenta. v. Pufend. de O. H. & C. II. 4, 4. & Grot. III. 14. 2, ut & III. 14, 3, 4. Nec obstat: 1) Qui est homo noster, ac res nostra, ei non potest fieri injuria. A. servus ejusmodi. ubi Maj. probari videtur, quia Dominus uti potest re sua pro libitu, ita ut ei injuriam non faciat. Nam Resp. 1. qui est homo noster, neque ex pacto alimenta petere potest, hominique debita. neg. Min. 2. ad prob. supra diximus, in dominio ut sic proprietatem, non omnimodam re

An servo fiat injuria?

nostra

noſtra utendi libertatem involvi. 3. Si ſit in Statu ſegrege, domeſticam Jurisdictionem ea religione tenetur exercere, qua exercetur publica. Grot. III. 14, 3. Job. XXXI. 13. & deinceps.

(c) *quæ etiam* Samuelis Bochardi *è noſtra diſciplina ratio eſt, qui ad Majmonidis conſenſum provocat, Servum Cuthæum non vi circumcidendum, ſed niſi circumcidi velit, Cuthæis denuo vendendum eſſe. conf. Gen. XVII, 12. & ad eum locum* Henrici Ainſworthi *notas è* Majmonid. *de Circumciſ. I, 3, 6.*

XVI.

Am ſervi capti aut emti proles pertineat ad Dominum?

An ſervi, bellica vi capti, aut emti proles naturaliter pertineat ad Dominum? apud DD. diſquiritur. Auctor adfirmat, (a) quod cujus eſt Corpus, ad eum etiam fructus pertineat. (b) *Grotio* viſa difficilis quæſtio eſt, (c) & ſpecie negativa non caret, quod Jus *Patri ex Generatione* oriatur, adeoque non ad Dominum, ſed ad patrem ſpectare ſoboles videatur. Forſan clarius evadet argumentum, ſi patriam poteſtatem in Dominum *effectivè*, tametſi *non formaliter* transferri hoc in caſu adſeramus; idque, *cum* ob vitam Patri ſervatam, *tum* ob ipſius prolis, quam Pater procurare haud poterat, educationem. (d)

[a] *II, 4, 6. Servitio ſubjectum uterum dixit* Tacitus, *Annal. 1. add. Grot. III. 7. 2. & tale ſit Jus, quod DEUS in Cananæorum poſteros Hebræis dedit. Deut. XV. 13. Grot. III. 14, 8. Lex divina diſtinguit inter prolem domi & foris natam. Illam Domino adjudicat, Exod. XXI, 4. ſic ut & ſervus absque uxore migrare jubeatur.*

Servi emti qui?

[b] *II, 4, 6. & 1, 12, 7. Servos emtione adquiri mos vetuſtiſſimus.* Gen. XVII. 12, 23, 27. *eorumque pretium XX Sicli,* Gen. XXXVII, 28. *aliquando etiam vita ipſorum XXX Siclis æſtimata,* Exod. XXI. 32. *ſicque ad inſtar mercium venire ſolebant, II, 4, 5. Græcia Tyriis venumdedit mancipia, quæ* Ezech. XXVII. 13. *animæ hominum dicuntur, ut Græcis poſterioribus* ψυχάγια. *Sic* Apocal. XVIII. 13. ψυχαὶ ἀνθρώπων *Grotio ſunt ſervi,* σώματα *autem ingenui, qui pretio ſe aut proſtituebant, aut addicebant arenæ. Alexander ejusque ſucceſſores in gratiam Judaicæ gentis multos Judæos in Græcia ſervientes libertati reddiderunt. Demetrius apud* Joſephum III. 5. Καὶ Ἰουδαίων δὲ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας καὶ δουλεύοντας ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἀφῆ-

μι

μι ἐλαθέρας. add. Grot. J. B. & P. III. 9, 2. & ad Joel. III. 7. Sic Gen. XII, 5. Sumsit Abram animas, quas fecerant, i. e. Mancipia, quæ sibi comparaverant.

[c] II. 5, 29. de J. B. & P. conf. Puf. de O. H. & C. I, 12, 7.

[d] & alimentorum, eorumque quæ vitæ necessaria sunt, subministrationem, quæ Grotii collectio est de J. B. & P. II, 5, 29. qui tametsi alibi dicit Jus Patrium esse inalienabile, III. 7. 4. in hunc tamen sensum capi debet, quia dominium in prolem, nisi victor pepercisset, non nascituram extendi debet art. III. 7, 5.

Grotius conciliatur.

XVII.

An, & quãdo servus fugere possit?

Si immanis (a) sit Domini sævitia, servos illos, etiam qui ipsi se in servitutem dederunt, *fuga consulere* sibi posse, probabilis sententia est. (b)

[a] Habet hæc roboratque totidem verbis ὁ πάνυ de J. B. & P. II, 5, 29. ubi etiam Canones Ecclesiæ veteris exponit. Loca Gen. XV. 9. 1. Pet. II, 18. & ad Philem. de Dominis quidem agunt durioribus, attamen tolerabilibus, à quibus fugere nefas est. Diogenes apud Laertium dixit, inter servos ac Dominos malos præter vocabula nihil aliud interesse, nisi quòd mancipia servirent Dominis, Domini cupiditatibus. Exemplum atrox sævitiæ habet Cicero in Orat. pro A. Cluentio, ubi nefaria mulier Sassia, quæstione bis de servis duobus habita acerbissime, ut filium accusarent innocentem, eorum alterum Stratonem in crucem agit, exsecta lingua, quia metuebat ne condemnaretur extrema servuli voce morientis. Et Herorum sævitiam in servos graphice descripsere Plutarchus Libro de ira cohibenda, ac Seneca Epistola XLVII.

Ut differant servi & Domini mali?

[b] Dist. tamen inter fugam hoc animo, ut nolit reverti, etiamsi Dominus animi sævitiam mutet, & eam quæ reditum animo Domini mutato intendat. Quæ Osiander adversus Grotium allegat loca, non de extrema sævitia agere observat Obrechtus ad Grot. II, 5, 29. add. Grot. ipse III. 7, 6. Imo nec servus, qui receptum quærit, dedendus est, vigore Legis Deut. XXIII, 15. quorsum judiciosè observat Grotius, Leges Mosaicas multum favere libertati.

XVIII.

De Præceptis Oeconomicis, incidenter.

Possunt huc referri præcepta œconomica, (a) quæ in scholis tradi multorum interest.

[a] habet

[a] *habet nonnulla in* Panareto *Syracides XLII. 6, 7.*

XIX.

Specimen luculentū Demonstrationis *Officiorum Juriumque* præcipuorum EX FINE.

Quam solicitè in Politicis *ad Finem* respici debeat, quamque in eo tamquam cardine, societatum fere universarum natura versetur, jam semel quidem hac in Exercitatione monitum. Quod tamen singillatim expendenti, luculentius adhuc evadet, & infinitis prope exemplis docebitur. * Sic, si quæras, *quanta extensivè sit Patria potestas*? promta erit facilisque responsio, quantam requirit Paternæ Societatis finis. Atqui educatio felix erit, tametsi destituta vitæ necisque Jure. Quæ & Auctoris animadversio est: tanta, inquientis, in liberos potestas patri concessa intelligitur, quanta ad (a) hunc finem (bonam educationem) sufficit. Ad quæstionem: *An & vitrico competat Paternum Imperium*? ex eadem finis consideratione adfirmativè respondendum est. (b) Quæstio: *quousque Maritale Imperium se extendat*? responsione, quantum postulet finis conjugii, & res familiam ipsumque Matrimonium concernentes, resolvitur. (c) *Quo casu Matrimonium solubile*? eo nimirum, quo finis Conjugii pessumdatur, ut generatio educatioque sobolis, & mutuum adjutorium. Quæ ratio pro malitiosa desertione apertè militat. (d) Quo è fundamento derivari potestas maritalis debeat? E fine hujus societatis, quæ isto fine vinculo subsistere nequiret. (e) Sic à fine societatis paternæ generaliter demonstratur *Origo Juris* (f) *patrii*; & ex eodem patet resolutio quæstionis: *An & filius possit oppignorari*? affirmativa, si scilicet salus ejusdem conservatioque postulet. (g) Ita finis societatis herilis, sublevatio nimirum indigentiæ & vita politior, humanam servi tractationem inculcat, quippe qui sine gravi corporis affl ctione & morte regulariter obtinetur. (h) Sic neque *abortum procurare* licebit, quia contravenit Fini Societatis Nuptialis. (i) Pariter in difficili de Civitatis origine caussaque impulsiva externa sive utilitates, (II, 5, 2.) planum est è Natura Finis judicare. (k) Hic enim ipse finis est, qui vera realique caussalitate humanum genus

nus ad conſtituendam Civitatem incitavit ac propulit urſitque. Verbo: *Tranquillitas ſecuritasque publica.* (l) Porrò: Si quæras; *quæ efficiens ſit Civitatis;* reſpondebitur, (m) præceptum Dei id eſſe, hoc medium, i. e. Civitatem, ad ſecuritatem conſervationemque generis mortalium inculcantis? Quæ partes ac Jura ſint Majeſtatis? quas publica ſalus ac ſecuritas exigit. Hinc derivatum Jus Nomotheticum, quia absque eo finis, h. e. decus tranquillitasque Civitatis obtineri nequit. (n) Et cum finis civitatis potiſſimus ſit, ut homines mutua conſpiratione & ope tuti ſint adverſus damna & injurias, quæ ab hominibus invicem inferri poſſunt ac ſolent; hinc demonſtratum Jus *pœnas infligendi.* (o) Ut inter cives tranquillitas conſtet, lites civium decidi à Majeſtate oportet; (p) atque ut qui in Civitatem coierunt adverſus extraneos tuti ſint, ſummi Imperii eſt *jus* (q) *Belli. Pacis ac Fœderum.* Ad idem etiam, obtinendi hujus finis gratia pertinebit *Jus* (r) *conſtituendi Magiſtratus, exigendi tributa, & examinandi doctrinas,* num cum *recto fine* ac uſu Civitatum (s) congruant? Adparet quoque ad conſtitutionem formamque Civitatis requiri *unionem voluntatum viriumque.* & quidem multarum, per quas finis iſte attingi unicè (t) poteſt. Eundem finem reſpiciunt *duo pacta* circa coalitionem (u) Civitatis concurrentia, *de conſtituendo nimirum, communis ſalutis ſecuritatisque cauſſa, cœtu uno ac perpetuo:* ut & *de obligatione Imperantium ſubditorumque,* illorum quidem ad curam communis ſecuritatis & ſalutis; horum ad ſubjectionem voluntatis viriumque ad communem defenſionem; (w) demum & *decretum de Forma regiminis* ex *fine* Civitatis, quæ nimirum forma, Monarchica ne an Ariſtocratica? num Democratica? aut Mixta quædam huic fini commodiſſimè (x) inſerviat? Quo argumento etiam famoſa quæſtio: *Quænam è tribus Rerumpublicarum formis ſit præſtantiſſima?* facile deciditur. Nempe *quæ genio gentis cujusque,* & ejus adeo ſecuritati ſalutique publicæ (y) optime convenit. Rurſus: *quæ ſint cujusque Civitatis arcana?* ex eorum ad finem pro-

por-

portione colligendum est, (z) ex quo & tota ratio Status dependet. Idem aliquando Formas Rerumpublicarum miscere, (aa) ut & Summum Imperium certis limitibus restringere jubet. (bb) Ex quo adparet, Capitulationes summum inter Imperium & populum initas Majestati non derogare. Eodem è fonte, ad quæstionem; *num populus sit superior Principe*, aut eum in Tyrannidem degenerantem coercere possit vel deponere? negativè respondent nostri, quod contradicens opinio quot malis causam dederit, & dare etiamnum possit, (cc) nemo non videat. Pari è fundamento Doctrina *de Successione in Regno, Jure hæreditario obtento*, deducitur, ut nempe ea privatis ab hæreditaribus discedat *ob Salutem Civitatum*. (dd) Idem finis talem, (ee) quam Majestatem vocamus, potestatem requirit, summam ubique, & nemini cum effectu pœnæ ad rationes reddendum obnoxiam. (ff) Generalis etiam Lex summorum Imperantium est: *Salus Populi suprema Lex esto*; quia hac inprimis intentione in istos collatum Imperium est, ut per id procuraretur Finis, ob quem Civitates sunt institutæ. (gg) Unde *Leges* illorum *ne sint supervacuæ*, ut in eas velut laqueos incidant subditi: quod esset contra *finem* Civitatum, (hh) ut pœnis nihil sanciendum, quod non ad usum Civitatis facit: ita pœnæ quoque sunt temperandæ, ut ad finem istum proportionem habeant. (ii) Quia hoc fine in Civitatem coiverunt homines, ut *securitatem* adversus aliorum injurias obtinerent: Summorum Imperantium est, eo severius civium inter se injurias prohibere. (kk) Ut vitæ civilis honestas tranquillitasque conservetur, summi Imperii est, Legibus naturalibus vim Legum Civilium tribuere. (ll) Jubet tranquillitas Civitatis, ea quæ per Legem naturalem cujusque relicta judicio sunt, Civili Lege ad modum uniformem temperari. (mm) Urget eadem *jus pœnarum*, ad vitam quoque ac necem extensum: quoniam cum introducto inter homines Imperio, hoc quoque imperantibus SALUS SOCIETATUM attribuit, ut ipsi malo repræsentato malitiam subjectorum

jectorum cohercere queant, quo plures homines ſecurè invicem poſſint vivere. (nn) Eo pertinet, quod *exiſtimatio ſimplex* ſeu *Naturalis honeſtas* non poteſt eripi ex mero (oo) beneplacito ſummorum Imperantium; ea præprimis ex ratione, quod ejusmodi Jus eripiendi promiſcuè exiſtimationem ſimplicem nullo modo faciat ad UTILITATEM Civitatis (*cui finem*) adeoque nullo modo in ipſos collatum intelligi poſſit. Eodem è Fine demonſtratur neceſſitas Juris ac poteſtatis Summo Imperio in bona Civitate contenta competentis; (pp) uti eſt: *Leges circa eorundem poſſeſſiones adminiſtrationemque ferre*; ſumtus ad defenſionem vitæ fortunarumque civium, nomine tributorum vectigaliumque imponere, ac denique, urgente Reipublicæ neceſſitate, bona ſubditi cujuspiam, quibus præſens tempus maxime opus habet, ad uſus publicos arripere & adplicare. Quod ipſum *Dominij Eminentis*, inviſi nonnullis vocabuli, *fundamentum eſt.* (qq) Pariter doctrinæ de eo, quod licet in bello, hanc ſubſtravit *Grotius* Regulam: *ea quæ ad finem ducunt in Morali materia, æſtimationem intrinſecam accipere ab ipſo fine*; quare quæ ad finem Juris conſequendi moraliter ſint neceſſaria, ad ea Jus habere intelligi. (rr)

* *vid. Exerc. IV. 3.*

(a) *Pufendorfius de Officio Hominis & Civis, è quo libello & ſequentia, in demonſtrationis exemplo, allegabimus:* II, 3, 4. *Nec terribili, quale* Norimbergenſibus *dedit* Imp. Ludovicus, *privilegio opus, ut parentes filios inobedientes carcere turris coercere, vivosque in profluentem demergere poſſint.* Becmann. *Polit. Parall. VII, 5. p. 563. §. 7. queriturque fruſtra* Bodinus, *Jus vitæ & necis in liberos parentibus perniciosò exemplo Lege Conſtantini ademptum eſſe. Conf. interim* Deut. XXI, 18. *Competere tamen Patri aut Patrifamilias ſegregi nullatenus dubitem. An enim delicta liberorum in Statu naturali maneant impunita? Et annon ejusmodi Paterfamilias habet Majeſtatem, quia neminem in terris ſuperiorem agnoſcit? Quare dextrè capiendus eſt* Kulpiſius, *Coll. Grot. Exerc. IV. §. 3. Rectius* Puf. *Off. II, 3, 4. add.* D. Rechenb. *de Jure aggratiandi circa homicidium §. 35. omnino circa med.*

(b) *II,*

(b) II, 3, 3. (c) II, 2, 12. (d) II, 2, 6. (e) II, 2, 4.
(f) II, 3, 2. (g) II, 3, 9. (h) II, 4, 2.
(i) & *quod vivit, pari nobiscum jure gaudet.*
(k) *ex his enim fundamentis deducenda est ratio officiorum, quæ Statũ hominum civilem comitantur, ait Auctor* II, 5, 1. *Pertinet huc* Libri II. caput V. *cujus inscriptio est de* CAUSA IMPULSIVA CONSTITUENDÆ CIVITATIS: *Externa scilicet, & quatenus dicit principium sub ratione Boni vel Mali ad agendum movens. Verbo:* Finalis. *Nam de Impulsiva interna, seu principio in ipso homine existente, quod est impulsus generalis ad societatem non quæritur.* II, 5. 2. *Alii fines potuissent in societatibus minoribus obtineri: at securitas plurimorum obtinetur in Civitate tantum, & ex hoc ipso fundamento, Causa nempe impulsiva, cujus veluti finalis causalitas tamen realis est,* deducenda est ratio officiorum, *quæ Statum hominum Civilem comitantur,* II, 5, 1.
(l) *Hic Finis Civitatum primarius est, ipsi Apostolo notatus* 1. *Tim.* II, 1, 2. ὁ ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον; *qui & Rom.* XIII. 4. *describit Magistratum tanquam* DEI *Ministrum, gladio armatum, bonorum tutelæ, improborum ultioni destinatum. Secundarius ex illo fluens, est major vitæ commoditas; quem Auctor* II, 5, 7. *his verbis designat: Postquam autem per Civitates — Hinc à Statu naturali, in quo omnes per naturam sunt constituti, libere fuit discessum, quod securitati parum in eo esset consultum,* II, 1, 9. *fin. & quam miser sit Status ἀνέφαλος, seu Civili Imperio destitutus, ipse divinior Spiritus repetitis vicibus inculcat, Jud.* XVII. 6. XIX. 1. *sq. exemplo Civium Gibeanorum, ad extremam licentiam nequitiamque, desistente Judice, provolantium, totique tribui perniciem inferentium* XXII, 25.

Qui finis Civitatum?

Exempla Status ἀκεφάλου.

[m] II, 6, 4. [n] II, 7, 2. *eadem demonstratione usum adverto Cl. Buddeum* P. II. c. XVI. §. 18, p. 354. *ubi Jura partesque Majestatis plenius recensentur. Vide eund.* §. 21.
[o] II, 7, 3. [p] II, 7, 4. [q] II, 7, 5. [r] II, 7, 6, 7. II, 11, 9. & 10.
[s] II, 7, 8. *Obligatur itaque Princeps ad impediendum, ne talis introducatur Religio, quæ Statum Civitatis evertere, aut tranquillitatem per se turbare possit. Multo minus Atheismo locum concedet, cum hic palam saluti civitatis adversetur. conf. Pufend. h. l. L.* I. c. IV. §. 9. *init. & fin. Et in hoc triumphat Religio Evangelica A. C. Inva-*

Interesse Religionis Evangelicæ.

Invariatæ, quo cen vera, maximè quoque ſocialis eſt. Zentgr. de J. & J. art. de Jure Sacrorum §. 5. p. 459. add. Auctor. II, 11, 4.

[t] II, 6, 1. [u] II, 6, 7. *quia* ſanitas ac firmitas *interna Civitatum ex Unione Civium provenit*, II, 11, 12.

[w] II, 6, 9. [x] II, 6, 8.

[y] *Sic Belgis, nationi libertatis tenaci & commerciis liberioribus aſſuetæ nihil minus quam Monarchia congruit. Contra orientis populi non alia quam Monarchica forma reguntur. Lege omnino Beckmann. Meditat. Polit.* XXIII, 3. *p.* 334. *& reſpicere eo videtur Abimelech Monarchiam affectans, Judic.* IX, 2.

[z] *de Germania ſpeciatim videndus* Rechenberg. *Lineam. Phil. Civil. pag.* 258.

[aa] *hinc famoſa de Rep. Mixta quæſtio, quam in monſtroſam, vel ſaltem morbidam (qualem hodie in dolendis paſſim diſtractionibus dari, nemo negabit C. Thomaſio, multis hoc argumentum exaggeranti,* JPr. Div. III, 6, 45. *p.* 561. *ſq.) degenerare poſſe, quis dubitet? Vide interim Kulpiſ.* Coll. Grot. ad J. B. & P. I, 3. *p.* 26. §. XI.

[bb] II, 9, 5, 6. *omninò.*

[cc] *Grot. I, 3, 8. init. & §. 9. Bonitas, inquit, & malitia actus, præſertim in CIVILIBUS, apta non ſunt ad partes diſtinguendas. Unde ſummam confuſionem ſequi neceſſe eſt, cognitionem de re eadem pro Jure poteſtatis, obtentu actus boni malive; hinc ad ſe Rege trahente, inde populo; qualem rerum perturbationem introducere nulli, quod ſciam, populo in mentem venit. ſub fin. §. 9.*

[dd] II, 10, 9. *omnino.*

[ee] *quo etiam argumento in terminis utitur D. Buddeus Elem. Philoſ. Pr. P.* II. *c.* XVI *§. 6. p. 348. ſaltim* Perſonæ Imperantis *ſemper parcendum. d. l.* §. 7. *Grot.* I, 9, 7.

[ff] II, 9, 2. [gg] II, 11, 3. [hh] II, 11, 5. fin.

[ii] II, 11, 6. [kk] II, 11, 8. [ll] II, 12, 3.

[mm] II, 12, 7. *uti contingit in ultimis voluntatibus* I, 12, 12.

[nn] II, 13, 5. [oo] II, 14, 10. *alia ratio eſt, ſi exiſtimatio ſimplex declaretur conſumta eſſe ex antegreſſo delicto,* II, 14, 9.

[pp] II, 15, 1, 2, 3, 4. [qq] II, 15, 4.

[rr] III, 1. *add. Kulpiſ. ad d. l. p.* 137.

COLLE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [460] - 450
PUBLIC DOMAIN

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO XI.

Summa.

I. An Origo Civitatis demonstrari possit ex naturâ hominis sociali? H. Commendatur & illustratur aureus Auctoris in capite quinto paragraphus, numero *nono*, III. Ut fiat generatio Civitatis? IV. An origo Majestatis immediatè à DEO, & quomodo? V. Quomodo Jura Majestatis dividenda? VI. Quomodo perpetua Civitas? quomodo desinat? VII. Quid Civitas? VIII. Modus definiendi lites in Civitate. IX. Quod Jus Regis apud Samuelem? X. An ad jus circa Sacra pertineat potestas alienam religionem obtrudendi? XI. Quid præcipuè ad Jus circa Sacra pertineat? XII. Quo fundamento nitatur Jus vectigalia, tributa, accisas exigendi? XIII. Historia Scriptorum de Legatis. XIV. Cur Legati inviolabiles? XV. An Jus mittendi Legatos competat Ordinibus Imperii? XVI. Distinctiones Legatorum. XVII. An Legatis competat Jus asyli? XVIII. An Majestas desinat, si in collatione Regni clausula adjiciatur commissoria, ut, si Rex fidem fallat, regno tum cadat? XIX. An detur Respubl. mixta? XX. Quæ forma sit Imperii R. Germ.? XXI. Quid Respubl. irregularis? XXII. An fœdus inæquale tollat Majestatem? XXIII. An pensitatio Stipendii, aut nexus feudalis? XXIV. Quid Monarchia? XXV. Quid Aristocratia? XXVI. Quid Politia? XXVII. Quotuplicia Systemata Civitatum? XXVIII. Quid Civitates Clientelares? quid feudales? quid vectigales? XXIX. Quotuplex Subjectum Majestatis? XXX. An detur summus Imperans temporarius? XXXI. Exemplum Regni nimium accisi *Ambiorigis*. XXXII. Distinctio Imperii in absolutum & temperatum. XXXIII. Ulterius de temperato. Quid Regnum patrimoniale? quid non patrimoniale? XXXIV. An Civitas alienari possit, aut pars ejus? XXXV. Quatenus ex contractu Regum Principumque teneantur successores? XXXVI. An beneficia donationesque revocari semper possint? XXXVII. An melior sit successio electione, aut vicissim? XXXVIII. Quid, si Rex nihil super successione disposuerit? XXXIX. Cur succedere non possint, nisi nati secundum Leges Regni? XL. Quotuplex successio? quid hæreditaria? XLI. Cur mas præferatur fœminæ? XLII. Quid institutiva? quid Francica? quid Castiliana? quid Agnatica, quid Cognatica? XLIII. An de una linea possit fieri transitus in aliam? XLIV. Quod fundamentum subjectionis bellicæ? XLV. Quæ rationes successionis Francicæ & Castilianæ? XLVI. Quid Legibus maximam conciliet auctoritatem? XLVII. Circa officium Imperantium, occasione L. II. c. XI. quæritur de educatione Principum? XLVIII. Quæ boni ac felicis Prin-

Principis fundamenta? XLIX. De Miniſtris Principum, quid cenſendum? L. De circumciſione ſumtuum. LI. Qui providendum, ut res familiaris Civium gliſcat? LII. Qui ad parſimoniam revocandi Cives? LIII. Ut de bello cogitandum in pace? LIV. Quid ratione objecti perſonalis reſpiciendum in ferundis Legibus? LV. Quando Leges mutandæ? LVI. Quid porro ratione objecti realis in Legibus tenendum? LVII. An Lex humana etiam obliget conſcientiam? LVIII. Quid Leges? Mandata? Reſcripta? LIX. Appendix de ſanctimonia Principum. LX. Qui Tyrannus? Uſurpator? quid ſi quis abdicaſſet ſe imperio? LXI. Quid ſubjectio? LXII. Quid à ſubjectione exemtum? LXIII. Quæ forma ſubjectionis?

Ad Libri II. Cap. V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, XII.

An *origo* Civitatis demonſtranda ex appetitu ſocietatis?

§. I.

IN demonſtranda Civitatis *Origine*, cauſſaque ad eamdem impellente, non incommodè quidem ad Socialitatem, ſeu naturam hominis ſocialem provocatur; diſtingui tamen (a) eam ab *adpetitu Societatis* præciſe civilis debere Auctor animadvertit. Cæterum quid de Cauſſa hujus Societatis impulſiva decernendum ſit, præcedenti de FINE ejusque in Moralibus efficacia Demonſtratione ſufficienter explanavimus. (b)

[a] *Unde paſſim apud Politicos hanc videas illationem:* Homo eſt animal ſociale. *Quod coacervatis Veterum teſtimoniis probant. E.* per naturam fertur in Societatem Civilem. *Quam quidem ſequelam negat noſter, quod è Natura hominis ſociali per ſe non ſinat adpetitus Societatis Civilis,* ut talis: *& Socialitas generalibus illis vinculis contineatur, ut quis quemlibet æquè hominem cenſeat, ut ne cuiquam noceat: ut quantum commodè poteſt Socio opem charitatemq; demonſtret: quæ omnia præſtari etiam extra Civitatem poſſunt. Nec poterit non diſtinctarum adeo notionum permixtionem videre qui Böclerum, eo Politices loco, ubi de Civitatis Cauſa efficiente agit, evolvet. Cæterum etſi in Civitate* materialiter *idem ſit finis Legis Naturalis & Civitatum: probè tamen uterque ſecernendus eſt, cum detur Societas aut dari poſſit, quæ non eſt Civilis, adeoque nec habet finem* formaliter *Civilem, etſi quoad REM idem ſit.* Pufendorf. *h. l.* II, *14, 23. lin. 5. Confer interim omnino Hobbes. de Civ. XI, 14. & diſtingue inter* neceſſitatem Judiciorum, quà talium, & qua præciſe civilium.

[b] *Exer-*

[b] *Exercit. X, §. ult. lit. i. k.) add. Civ. Off. 2. infra §. 3. allegandum.*

II.

Expositio §. Ultimi in capite V. ejusque commendatio ad praxin.

Aureæ sunt, &, quia *efficacissimæ in Praxi*, observationes, quas in ipso quinti capitis fine (a) proponit, animo numquam satis commendari imprimique possunt. Qualis est, de officio, effectuque Legis Naturalis; deque malitia hominum * ejusque perversitatis *cum causis, tum occasione.* Illas vocat educationis consuetudinisque vitium, quo vis rationis velut obsurdescat. ** Unde communis mortalium (b) stupor nascatur, qui quoniam quemvis tentat, sedulo vitandus, ne præsentibus tantum immineamus, futurorum parum curiosi. Hanc vindictæ divinæ (c) lentitudinem vocat; & scandalum ex improborum *** prosperis haud rarò successibus. Eo spectat monitum nobilissimum de *stimulorum conscientiæ facinus antegressorum, ac subsequentium atroci discrimine*, & horum mira in pectus humanum validitate. (d) Cogitandum etiam est, subitaneas esse rerum humanarum immutationes. *Quem dies vidit veniens superbum: Hunc dies vidit veniens cadentem:* Proborum hominum propria hæc laus est, quæ Nervæ olim data:

—— *Temporibusque malis ausus es esse bonus.*

(a) *II, 5, 9.*

* *ejus exemplum habes in gente Israelitica, Ægypto liberata. vide Strac. XVI, 11.*

** *Seculi* Nomadum *meminit Grotius, quo sensum naturalis societatis, quæ est inter homines, mores exsurdaverant. de J. B. & P. III, 9, 18.*

(b) Wenn auch die Boßheit deß Menschen so überhand nimmt/ daß sie dämpffet und verfinstert das noch übrige kleine natürliche Lichtlein der Tugend und Erbarkeit/ so ins äusserliche Leben gehöret. *Ita Arndius, de Ver. Christ. I, 41.*

(c) *conf. omninò Cob. VIII. 11. & Deut. XXIX, 19. & quam pulcrè Elihu Luthero Interprete:* Es ist ein Gericht vor ihme; Harre sein nur. Ob sein Zorn so bald nicht heimsuchet/ und sich nicht annimbt/ daß so viel Laster da sind. *Iob. XXXV, 14, 15.*

Theodectes: —— —— *νῦν δὲ τῆς πιμωρίας*

Ἄπωθεν ἔσης τῇ φύσει χρῶντες βροτοί.

add. Sirac. V, 3, 4. Sirac. IX, 16.

Scandalo ex rebus improborum prosperis ut occurrendum?

*** *Graviter hæc exaggerat Salomo: Tam bona, inquiens, quam mala, justis impiisque eveniunt; immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. Ut perjuro, sic juramentum timenti & εὐόρκῳ Cobel. IX, 2. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala, Cobel. VIII, 11. & quis dixerit, quid promereatur impius, si rem exterius contueamur? quis ei malefacta compenset? Iob. XXI, 31. Cæsar in responso ad Helvetios, quod est Belli Gallici libro primo, verè dixit, etiam adversus semetipsum: Consuesse DEUM Immortalem, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulciscì velit, his secundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere. Sallustius Philosophus: Εἰ τοῖς ἡμαρτηκόσιν εὐθὺς ἠκολούθει αἱ δίκαι, φόβῳ δικαιοπραγοῦντες ἄνθρωποι χρεὼ σὰκ ἂν εἶχον.* * *Atque hoc sensu Moses: Rependit DEUS suì osoribus in conspectu eorum, ita ut eos perdat: neque DIFFERT pœnas osoris suì, ut ei rependat in conspectu ejus. Quem locum ita* παραφράζει *Clericus: Sæpe (imo dixerim semper) impios præsentibus suppliciis adficit, nec semper scelerum suorum fructu frui patitur. Deut. VII, 10.*

* Si peccata confestim ultio sequeretur, ac metu bene ageret mortales, virtuti non esset locus. * conf. *Exercit.* II, §. XXIV. p. 73.

(d) *Possis huc referre locum* Num. XXXII, 23. *etsi de pœnis agentem:* Ihr werdet eure Sünden inne werden/ wenn sie euch finden wird.* *Add.* Jud. IX, 56, 57. *unde patet, DEUM vindictæ moram pœnarum severitate compensare. Ita sæpe nos cruciant commissa, de quorum Justitia ante ne quidem dubitabamus. Quadre elegans ac virilis est sententia Abigailis 1. Sam. XXV, 31.* Non erit tibi offendiculo, neque scrupulum olim inquietudinemque cordi dabit, quod effudisses sanguinem sine caussa *(prægnanti)* Teque ipse esses ultus. *Pertinet quoque ad conscientiæ post factum explicationem illustris locus 1. Sam. XXIV. 10,* וַיַּךְ לִבּוֹ דָּוִד אֹתוֹ *Et percussit Cor Davidis ipsum.*

De conscientiâ post factum.

III.

Quæ genesis Civitatis?

In constituendâ Civitate *pactum* * (a) primo, quod *unionis* vocant, requiritur; & unionis quidem multorum, cum voluntatum Esr. III, 1. Neh. VII, 66. VIII, 1. tum virium ratione consideratorum.** Illud sequitur *Decretum* de forma regiminis, quam

* *Civitas est soci*
** *& sic pacisce*
cero L. I. de Le
(a) *Genesin Civit*
scursu ac mente
Regni Israelitic
stantibus const
ut Plutarchus:
Spiritus in pop
tio est Summ
ret, spiritus vit
II, 9, 3.
(b) *conf. omnino*
cet, etiam ante
electione popul
(c) *conf. Judic. VI*
XII, 1. XXIX,
tum tu, tum fi
Madianitarum
tutes & merit
alterius ac po
lentia, aut ben
ſpe ſibi utile fu
nis promiſſioni
Off. 2. Seneca
rum conferre
cis & plura a
tem aliqua eſt,

quam determinare in populi (b) ſic coaliti poteſtate eſt. Qui proinde Summum Imperium *uni perſonæ Phyſicæ vel Morali* habendum exercendumve conferunt. (c) Sed & altero interveniente pacto [II. Sam. V, 3. fœdus dicitur] is qui imperium accipit, ad curam ſalutis publicæ, reliqui ad obſequium in omnibus ad finem Civitatis procurandum neceſſariis obſtringuntur. (d) Atque ita oritur Civitas, corpus voluntate contractum. [e]

* *Civitas eſt* ſocietas; *quæ ut fiat, pacta oportet intercedere.*

** & *ſic paciſcentes fiunt una quaſi perſona, unus ex pluribus, ut* Cicero *L. I. de Legib. loquitur.*

(a) Geneſin *Civitatis ita conciſe traditam delineavi ex prolixiore diſcurſu ac mente Auctoris II, VI, 7, 8, 9. Adde Joſephum de Geneſi Regni Iſraelitici. Eſt populus ex eo corporum genere, quod ex diſtantibus conſtat, uniqne nomini ſubjectum eſt, quod habet ἕξιν μίαν, ut Plutarchus: Spiritum unum, ut Paulus* ICtus *loquitur. Is autem Spiritus in populo eſt vitæ civilis conſociatio, cujus prima productio eſt Summum Imperium, vinculum, per quod Reſpublica cohæret, ſpiritus vitalis quem tot millia trahunt, ut Seneca loquitur. Grot. II, 9, 3.* quid Spiritus in populo?

(b) *conf. omnino* B. Gerhard. *L. de Magiſtr. Polit. ubi ex profanis docet, etiam ante & poſt Nimrodum nonnullos poteſtatem Politicam electione populi accepiſſe. §. 48.* Exempla delati à populo regni.

(c) *conf.* Judic. VIII, 22. 1. Sam. X, 24. XI, 14. 2. Sam. V, 1. *ſq.* 1. Chro. XII, 1. XXIX, 1. *dixerunt Iſraelitæ Gideoni: Dominium habe in nos, tum tu, tum filius tuus, tum nepos tuus, quia ſervaſti nos è manu Madianitarum, eique hæreditarium detulere Principatum ob virtutes & merita. Conf. c. IX, 6. XI, 6. Subjiciunt ſe homines imperio alterius ac poteſtati pluribus de cauſis. Ducuntur enim* aut benevolentia, aut beneficiorum magnitudine, *aut dignitatis præſtantia, aut ſpe ſibi utile futurum, aut metu ne parere cogantur, aut ſpe largitionis promiſſionibusque capti, aut poſtremo mercede conducti.* Cicero *Off. 2.* Seneca *Ep. CII. Nec obſtat: Quod quis non habet id in alterum conferre non poteſt. Sed populus Majeſtatem, Jus vitæ ac necis & plura alia non habet.* Primum *enim, argumenti vis ibi ſaltem aliqua eſt, cum quis aliquid non habet* neque formaliter, nec virtua- Cauſſæ delationis.

tualiter. *Deinceps respondent, populum habere Majestatem non quidem ut ex se, sed tamen ut divinitus Civitati commissam. Addit tertiò* Obrechtus, *etiamsi origo potestatis illius à DEO sit, ab eoque profluat, eo tamen non obstante populum illam Principi conferre, quemadmodum Mercator cambium ab alio delatum solvens, non pecuniam tantum adplicet, sed revera solvat & conferat.* Obrecht. *ad Grot. I, 3, 7. Imò quartò, quemadmodum in naturalibus ex commixtione & temperatione plurium simplicium provenire potest compositum quid, cui tales adsint qualitates, quæ in nullo simplicium mixtionem ingredientium deprehenduntur: Ita & corpora Moralia, ex pluribus hominibus constantia, aliquod Jus habere possunt, ex ipsa illa conjunctione resultans, quod FORMALITER penes neminem singulorum sit.* Pufendorf. *de J. N. & G. VIII, 3, 1. Nimirum dat* ipsa Consociatio CORPORI *Jus in partes. Grot. II, 5, 23.*

(d) *ejus pacti exemplum habes in Davide & Israelitis, II. Sam. V, 3. quod* ברית *adpellatur.*

(e) Grot. *II, 6, 4. cujus proinde Jus ex prima voluntate metiendum est.*

IV.

Quæ rationes, quiq; limites sententiæ veræ de *immediata à Deo* Majestatis origine?

Quæ tamen super constitutione Civitatis traduntur, receptæ ac salutari, de *Divina Immediataque* Majestatis origine, sententiæ (a) opponenda non sunt. (b) Nec præter rem à nonnullis inter rem ipsam, sive Imperium Civile, illudque sive adplicandi & conferendi, sive consequendi habendique modum distinguitur, (c) qui posterior, *humani licet instituti*, divinis Majestatis originibus nihil derogat. * *Res ipsa*, h. e. *Imperium Civile*, τὸ Κύριον suos utique DEO natales debet; ab imperantibus tamen (d) mediatè obtinetur. Cæterum nec immerito Principem, diviniore stylo, *Deum terrestrem* dixeris, Majestate, velut divino quodam charactere, fulgentem; tunc verò demum felici & fausto fruiturum regimine, si de divina potestatis suæ, licet in Civitate summæ, DEO tamen subordinatæ, origine semper cogitans Principatu suo rectissimè utatur, Numinisque perpetuo clementiam providentiamque humiliter veneretur, adoret, celebret; & Publicam demum Salutem supremam sui

Usus Practicus hujus sententiæ.

Re-

Regiminis actionumque Legem esse oportere, numquam oblivisca-
tur. (e) Tandem enim malè imperantibus, ut Tacitus
ait, facinora atque flagitia sua in supplicium vertunt, & in fine
obituque regimen detestantur ipsi, ut est apud Silium.

Quam vellent nunquam Sceptris fulsisse superbis. (f)

(a) *nixæ scilicet* ipsis Scripturæ elogiis *Rom. XIII. 1. sq. & quod ei, tametsi forte tyrannico, obsecundandum sit, 1. Petr. II, 12, 13. Conf.* de Nebucadnezare *Dan. II, 37, 44.* & August. Confess. *Art. VIII. ad eumque Apolog. ibi:* Ut hæc rerum Natura, hi siderum Motus vere sunt ordinatio DEI, & retinentur ac defenduntur à DEO adversus Diabolum. *Scherz. ad Brev. Hilsem. c. XX. §. 4. Quorsum (β) pertinet, quod DEUS, mediante quidem dictamine rationis, tanquam præcone Voluntatis Divinæ Legislatricis (vide Pufend. de O. H. & C. I, III, 10. ibi: Ut ista rationis dictamina) ANTECEDENTER præcepisse humano generi multiplicato intelligitur, ut Civitates, quæ Summo Imperio velut animantur, constituerentur.* Pufend. *h. l. II, 6, 14. Neque γ) prætereundum, quod tametsi in conferendo Imperantibus Civili Imperio DEUS ordinariè mediatè agat, tam admirabilis tamen haud ravò ejus hoc fit digitus, & viæ ejus usque adeo sint occultæ, ut manifestè doceat, summ esse Reges constituere vel deponere.* Qui Mario imperium dedit, ipse etiam Cajo Cæsari: *qui Augusto, ipse etiam Neroni, qui Vespasiano vel Patri & filio, suavissimis Imperatoribus, ipse etiam* Domitiano crudelissimo: *& ne per singulos ire rem esse fit, qui* Constantino Christiano, ipse Apostatæ Juliano. *Hæc plane DEUS unus & verus regit & gubernat, ut placet. Augustin. de C. D. V, 15, adde* Zentgrav. *Triad. Quæst. Selectiorum qu. 2. §. 11. p. 21. & ante omnes è Nostris Celeb. D. Jägerus Compend. Theol. de Magistr. Polit. p. 465. qui doctrinam ortbodoxam & sanæ rationi conformem rotundè proposuit.*

Unde merito in Viro Clarissimo sinceritatem requiras, qui contra recentiores argumentans, ita scripsit: Non ignoro, sponte homines ab initio in societatem civilem coaluisse, atque hinc originem traxisse societatem civilem. Ergone illa potestas origine sua non est nisi humana? At quis hanc thesin defendit? Ergone qui suo modo negant Majestatem esse immediatè à DEO, statim affirmant eam origine sua non esse nisi humanam?

Argumentum de Origine Majestatis purè atque absque involucris proponitur. Ansaque litibus vocabulariis è consensu *Theologorū* & *Philosophorū* præciditur.

Historia Monarchomachorũ, & præcipuè Jo. Miltoni.

(b) *uti quidem à Monarchomachis, & Parricidalis præcipuè disciplinæ assertore* Jo. Miltono *factum est, qui Def. pro Pop. Anglic. pag. 29. omnes Reges à Populo fingit & ea tantum ratione à DEO, quatenus omnia à DEO. Petulantius p. 134. Jure, inquit, naturali omnis Rex habet populum Superiorem. Sed verò Majestatis augustiores origines sunt, nec populi sed DEI Magistratum condentis ea vocatur* Διάνοια. *Idem instant cornu* Pontificii & Anabaptistæ, *quorum objectionibus jam à Gerhardo L. de Magistr. Polit. §. 48. satisfactum est.*

(c) *Scilicet, uti α) potestas Ecclesiastica Ministris verbi à DEO tradi dicitur, utut personam talem populus aut Magistratus, vel utrique (cum Potestas eligendi pastores Jure divino ad totam Hierarchiam pertineat,) eligant & designent. Accuratè* Scherzerus: *Diversi, inquit,* modi adquirendi Magistratum in abstracto sic dictum per hæreditatem, successionem, electionem, suffragia populi, per quos ad unum vel plures personas illa potestas determinatur à populo: non magis efficiunt, ut potestas illa radicaliter & effectivè hæreat in populo eligente; quam Jus eligendi Pastores, si consuetudine vel pacto ad solam plebem perveniisset. *Enucl. Breviarii Hülseman. c. XX. §. 7. p. 1559. & mox p. seq. Facultas ipsa, inquit, manet origine divina, etiamsi modus transferendi eam sæpius variet, vel etiam iniqua sit. Porrò β) ut Matrimonii institutio divinæ est originis; ita & Majestatis origo immediatè DEO tribuenda est. Ut autem cum illa IMMEDIETATE MATRIMONII, ratione originis, in personis CONSENSUS consistere potest, quo MEDIANTE proxime matrimonium fit: ita aliud est origo Majestatis Politicæ, quæ immediatè divina; aliud eligendi potestas hanc vel illam personam, CONSENSUS in hoc vel illud Subjectum, quam potestatem non denegamus Populo. Ita ἀκριβῶς, uti solet.* Jo. Adam Osiander, *Coll. Systeм. L. de Magistr. Polit. §. 3. p. 10. b. Aut denique γ) ut Pontificem CHRISTI Vicarium nihilominus eligunt Cardinales, nec illa electio divinæ Pontificatus origini ipsorum sententiâ præjudicat; sic nec electio, determinatio, nominatio personæ Regiæ à Populo facta, divinæ ejus Auctoritati opponenda est. vide rursus* Osiand. *ad Grot. I, 3. p. 470. Neque est, quantum sciam, qui non, personam, formam regiminis &c. à populo liberè determinari, ultrò fateatur. Cæterùm commendari in hoc argumento prorsus meretur solidæ reconditæq; eruditionis Viri* G. P. Rötenbecii *auspicio ductuque edita Dissertatio de*

de MAJESTATE MOTUI ANALOGA, qui λογομαχίας hoc passim obvias erudite adnotat, & simul ostendit, posse utique eligentes Causam dici Majestatis Effectivam, sed sensu latiore, C. III. §. 16. p. 17. item causam principalem, sed secundam; Immediatam quoque, sed IMMEDIATIONE APPOSITI. Simili fere modo, ac si quis effectum à Lumine lunari pendentium causam lunam dicere vellet immediatam, Solem verò mediatam, qui tamen sua potius virtute ac radiis suis, ad Lunam tamen prius trajectis & hinc reflexis (alioque adeo supposito intercedente) effectus tales communiter supponatur præstare. τὸ immediatè exponitur,

(d) Mediantibus videlicet pactionibus ac decreto (conf. §. præced.) conventionibus item aliis, quæ in primis Rerumpublicarum constitutionibus, in Imperiorum delationibus, in Principum electionibus, populum inter & Imperantes ineuntur. Quas duras haud raro esse, & personam imperantem vehementer constringere notum est. Atque isto quidem Pacto sedari controversiam posse existimo, quæ tantis animorum fluctibus jacta agitataque inter Viros egregios fuit. Possumus enim devoti piique Regum cultores esse, tametsi cum Petro de Marca, Præsule Patisiensi de Conc. Sacerd. & Imp. Tom. I. L. 2. c. 2. §. 1. f. 54. non dicamus: Unicuique Regum potestatem regiam immediatè à Divino Numine conferri. Quam Casparis quoque Ziegleri sententiam velut excedentem in hoc argumento allegat Noster D. Zentgravius, laudata superius Triade, qu. II. §. 6. pag. m. 16. Mediata certe personarum designatio ac modi isti mediantes, negari haud possunt. Nec populus ut media ibi sententia ait, Principem eligit modo, sed & electo Majestatem adplicat, ut superius de Potestate Ecclesiastica, Vocatione licet mediata, Ministro collata monuimus. Quare flammis quidem aut carnifice ad componendam hanc litem opus nondum erat, ut in Regiâ Urbe novo controversias definiendi instituto factum esse vir doctus conqueritur. Quanquam quæ ejus rei causæ fuerint, nostrum non est arbitrari, & historiæ nexus nos latet. Addi meretur, qui hæc ex instituto eundem in modum edisserit, cordatus Theologus Frideric. Bechmannus Instit. Theol. Part. III. Loc. XV. §. 6.

(e) Pulcre in hanc rem D. Spenerus Respons. Theol. P. II. c. IV. sect. 8. Soviel grosse Herrn GOtt dem HErrn näher sind/ soviel weniger kommt ihnen zu/ daß sie desselben Gebott aus den Augen setzen. Insignis

ſignis eſt de Doctrina Principum, de Trajano locus: Illius exactæ eruditionis, in verbis poſitæ, compos non erat. Rem tamen ejus & norat & implebat. Conf. Grot. III, XI, 4. *in notis ſub fin. Abſolutum datur imperium, ſed non à juſtitia, non ab ordine, quum ne DEUS quidem à Juſtitia ſit abſolutus, quippe neſcius mentiri.*

Quale Imperium abſolutum?

quid Regnum Saturni?

(f) *Simul hinc intelligitur, quale Regnum Saturni fuerit, ſub quo primos mortales auream ætatem egiſſe, magno conſenſu fabuloſa tradidit antiquitas. Id enim ex Adæ Hiſtoria derivatum eſſe obſervant Viri doctiſſimi, Saturnus nil aliud eſt quam Sator noſter. Græci* χρόνον, *quaſi* χρόνον *dixere: quippe temporis principium, & in quo gens humana ſuum terminat ordinem.*

V.

Quid Majeſtas?

quid Jura Majeſtatis?

Quemadmodum *Majeſtas Summa ubique* Poteſtas*, ſive facultas exercendi univerſa Civitatis Jura eſt: ita eadem Jura (vocata aliis (a) Regalia) commodè dividuntur in immanentia & tranſeuntia. (b) Nec rationibus illa deſtituitur ſententia, quæ Majeſtatem totum POTESTATIVUM adpellat. (c) Differt *Majeſtas* à *Magiſtratu*, qui ab illa dependet atque conſtituitur. (d) Cæterum, ubi hæc Majeſtas: ubi hæc una, (in perſona ſive ſimplici ſive compoſita) voluntas eſt, ſeque exerit: ibi Imperium, ibi Regnum ſive Principatus eſt, ſive quocunque Formæ nomine Imperium inſignias. Et quocunque ea voluntas ſe extendit, eo etiam usque Imperium protenditur. (e)

quid Magiſtratus?

* *ſive facultas Moralis Civitatem gubernandi.* Grot. *I. 3, 6. ac rotundè etiam Königius*; infinitæ Virtutis impetium *definivit, Theol. Poſit. P. III. §. 245.*

Iterum definitur Majeſtas.

(a) *quæ quidem vox generaliter hoc accipitur, non ſaltem uti Monarchicis apta eſt formis, ſed & uti omnia Civitatis Jura comprehendit. Speciatim verò Jus notat Principis, quod is habet Sede vacante Eccleſiaſtica. Quod quomodo in Romanam ſibi vendicarint Imperatores Germanici, docuit in de Libertatibus Eccleſiarum Germanicarum* Jo. Schilterus. *Adde pro Eccleſiis Luſitanicis* Iſmaelem Bullialdum. *Specialiſſimè apud Gallos* La Regale *ſive Jus Regalium dicit illud Jus, quod habet Rex Chriſtianiſſimus in omnibus Epiſcopatibus Regni ſui, ut in iisdem Epiſcopos eligat, dignitates &*

Regalia, quid notent in genere?

quid in ſpecie? quid *la Regale* Gallis?

bene-

beneficia Ecclesiastica conferat, & de præbendis illis vacantibus disponat, nec non fructus per mortem Episcopi vacantes suos faciat, eousque, quo sedes vacat, & tamdiu, donec novus Episcopus, qui demortui in locum suffectus fuit, Regi præstiterit Juramentum fidelitatis.

(b) add. Jacob. Thomasium Tab. XLIX. lin. 35. cujus hæc distinctio est, à filio nuperè repetita. Jura verò ipsa luculento Commentario exposuit Zieglerus, ex quo quæ ad usum modernum spectant, suppleri possunt. add. Grot. I, 3, 6. Qui Civitatem regit, eam partim per se, partim per alios regit. Per se versatur, aut circa universalia, aut circa singularia. Circa universalia versatur condendo Leges, easque tollendo, tàm circa sacra, quàm circa profana. Ars circa hæc Aristoteli vocatur Architectalis. Singularia, circa quæ versatur, sunt aut directe publica, aut privata quidem, sed quatenus ad publicum ordinantur. Directè publica, sunt actiones, ut pacis, belli, fœderum faciendorum; aut res, ut vectigalia & si quæ his sunt similia: in quibus comprehenditur & dominium eminens, quod Civitas habet in cives, & res civium in usum publicū. Ars circa hæc Aristoteli vocatur πολιτικὴ, i. e. civilis, & βουλευτικὴ, i. e. consultatrix. Privata sunt res controversæ inter singulos, quas publica auctoritate dirimi publicæ quietis interest. Hæc ars vocatur Δικαστικὴ, Judicialis. Quæ per alterum expediuntur, ea expediuntur aut per magistratus, aut per alios curatores, in quibus etiam sunt Legati. De Juribus Majestatis; eorumque divisione, ac divisionis fundamentis

(c) huc pertinet inscriptio Capitis VII. L. II. Vide denuo Jac. Thomasium Tab. XLIX. lin. 4. & 5. Grot. I, 3. 17.

(d) applicari hæc ad sublimiora possunt. Christi Regnum Universale est, quia ejus Majestati subjecta omnia Ps. VIII. 7. XCIII. 1. XCVII. 9. Hæc Monarchia universalis est, mundanis regnis vel hoc ipso opposita, quod hæc particularia sint. Conf. profundæ Vir doctrinæ Lichtscheidius, de pura salutis intentione, tractatu singulari pag. 36. seqq. Usus doctrinæ in spiritualibus

VI.

Populum semper eundem dixere veteres ob communionem Juris, & illam, quæ singulos jungit, in societate consociationem. Inde populum qui nunc est, alloquentes, ei tribuimus, quæ eidem populo ante multa secula acciderunt. (a) Interim Qui perpetua civitas?

Ut desinat Civitas?

terim & desinit esse Civitas, vel interitu corporis, vel interitu speciei, sive spiritus. Corpus interit 1) sublatis simul partibus, sine quibus corpus subsistere nequit, vel sublata corporis ratione. Ad priorem modum pertinent populi mari abrepti, item ii, quos terræ motus hausit penitus, (b) aut chasma. 2) interit corpus, sublata corporis ratione, i. e. si cives sponte ob pestilentiam aut seditionem à societate discedant, aut vi ita distrahantur, ut coire non possint. [c] Ipsa verò species interit, sublata aut omni, aut perfecta Juris communione, quo pacto formale populi interire ait Pufendorfius. (d) Civitas esse non desinit, si loco migraverit populus, aut muri urbis disjecti sint.

Ut non desinat?

Exempla perpetuitatis populi è sacris.

(a) *laudat eam in rem sacra quoque testimonia Grotius* II, 9, 3. *Marc.* X, 3. *Jo.* VI. 32. VII. 19, 22. *Act.* VII. 38.

(b) Grot. II. 9. 4. *insigne exemplum mari haustæ urbis vidi ipse ad Enchuysam. Chasmate periit Pluvia, apud Rhetos. add. Obrecht. ad h. l.*

(c) *huc partinet etiam noxa venenatorum animalium. Pufend. de J. N. & G. VIII.* 12, 7, 8.

(d) *d. l.* VIII. 12. *ult. non quidem semper desinit cœtus esse, sed desinit esse Respublica; ut ablato ab Judæis sceptro,* Gen. XLIX. 10. *ut post occupationem Solymarum Judæi omnes, quotquot capi potuerunt, sub hasta missi sunt & venditi.*

VII.

quid Civitas?

Civitas est [a] *Persona* [b] *Moralis composita*, [c] cujus voluntas ex plurium pactis implicita & unita, pro omnium voluntate habetur, ut singulorum viribus & facultatibus ad pacem & securitatem communem uti possit.

Cur Civitas dicatur *persona?*

(a) *nostro scilicet concipiendi modo, II, 6, 10. init. quia Civitas velut UNUM Suppositum, intelligit ac vult, aliasque actiones peculiares à singulorum actionibus separatas edit. Distinguitur ab una persona naturali II, 8, 4.*

Cur unam habeat voluntatem?

(b) *quia est persona spectata cum Statu suo.* Pufendorf. *Elem. L. I. def. 4. p. 26. & quod actio una censetur ac una voluntas Judicio Morali, etsi plura sint individua physica. Adeoque* plures personæ Morales, *ex officio aut statu resultantes* in unum hominem *cadere possunt.*

sunt. Pront Cicero de Oratore dicit: Tres personas unus sustineo, meam, adversarii, Judicis. *Conf. Pufendorf. Jus Feciale* §. 39. p. 146, 147.

(c) *i. e. quia plures personæ ita heic inter se uniuntur, ut tum voluntas, tum actio ipsarum pro unica actione aut voluntate, non pro pluribus, censeatur.* Cæterum personæ compositæ *sunt vel Ecclesiasticæ, vel Politicæ. Inter illas quædam sunt generales, ut Ecclesia Catholica, item Ecclesiæ particulares: quædam speciales, ut Concilium* Oecumen. National-, *aut* Provinciale: *Synodus* Diœcesana, Consistorium, Presbyterium, *Capitulum. Societas politica itidem est vel* Universalis, *ut* Civitas, *quæ in diversas species, puta,* Monarchiam, Aristocratiam, & Democratiam *dispescitur: vel* particularis, *ut* Senatus, Scabinatus, Tribus. *add. Pufend. Elem. Jprud. Univ. Def. IV. L. I. p. 26. sqq.*

Quid & quotuplices personæ compositæ?

VIII.

Ut in omnibus consociationibus, sic in Concilio quoque, cui Civitatis commissum est Regimen, *vincit pars major,* quod vocamus Jus partis majoris, vel pluralitatem votorum. [a] Quanquam *& Collegia* dantur, ubi unius dissensus cæterorum omnium consensum reddere irritum potest. [b] Quo nomine Galli contra Concilium Tridentinum Protestantes dixere, ad id se non teneri. [c] In paritate votorum vincit pars mitior. [d]

Quid Jus *partis majoris,* seu *pluralitatis votorum?*

In paribus cur vincat pars mitior?

(a) Grotius II, 5, 17. *quia ut neque Pufendorfius de J. N. & G. VII. 2. 15. diffitetur, VIX alia est via negotia expediendi; Unde necessum esse ait, ut in Conciliis plurium suffragia vim habeant universorum. Quis enim judicium alias feret, utra sententia sit melior? Non partes ipsæ dissidentes, quia judicare in propria causa non licet. Non tertius, cum & arbiter suspectus, imo Reip. inimicus esse possit.*

Quæ ratio victoriæ votorum majorum?

(b) *ut* Poloniarum Reges *non eliguntur, nisi suffragiis singulorum & nemine contradicente.* Becmann. *Histor. Orbis Terr. c. VIII. §. 5.*

(c) Pufend. *de J. N. & G. VII, 2, 15.*

(d) *ex* calculo Minervæ, *quæ in Judicio super Orestem instituto sic definiit:*

Evasit hic vir ultionem sanguinis
Nam calculorum numerus æquus exiit.

add. Böcler. *nobili Dissert. de Calculo Minervæ, quæ est inter Dissertationes politicas.*

Calculo Minervæ.

De eo confer Tractationem nostram de *Jure Pœnar. IX, 5. p. 200. sqq.*

IX.

Quod *Jus Regis* apud Samuelem?

Quod apud Samuelem est de *Jure Regis*, num de vero Jure, (a) hoc est, facultate justè & honestè aliquid agendi? aut nudo facto? (b) an denique de facto effectum Juris habente (c) exponi debeat, inter Auctores acquiritur. Sunt, qui litem declinent, quum ab hypothesi ad thesin argumentari heic non sit consultum, & ad Europæos aliasve gentes nihil attineat Jus Ebræorum, vel Dominatus vel Regnum mixtum, vel aliud quid fuerit. [d]

An Jus verum intelligendum?

(a) *ut vult* Osiander, *infra de Dominio eminenti allegandus*; *& post eum* Ulr. Obrechtus *ad Grot. I, 4, 3. quia* 1. מִשְׁפַּט *verum Jus indigetet, Deut. XVIII. 14.* 2. *quia illa regiminis ratio ad Majestatem Statumque Regis necessaria sit, assumere sibi juvenes in satellitium, vineas in alimentationem, decimare greges: quia* 3. *hoc jus redactum in scripturas, depositumque coram Domino, 1. Sam. X, 25. quid verò periculosius, quam perscribere & in sanctissimo loco Jura recondere tyranni? quia* 4. *hoc Jus, suppositâ Reip. necessitate, nihil habeat iniqui. Quod argumentum ad 1. Sam. VIII. 10. exaggerat* Calovius, *ac ante eum Hülsem. Extens. Brev. XX, 12. ut & Jo. Wandalinus de Jure Regio, ac novissimè* Zentgravius *post alios adnotavit, eo ex Jure, à Samuele, Ebræorum, in Status sui mutationem prurientium, motui oppositio, dominii eminentis Jura doceri posse. Summ. I. D. Sect. II. art. II. §. 13.*

An nudū factum?

(b) *ut* alii; *quod Juri naturæ Legibusque divinis contrarium sit, auferre populo agros optimos, veterumque patrimoniorum turbare ordinem, 2. Vox,* clamabitis, *& lamenta arguant tyrannidem. Quorsum enim querelæ, quamdiu secundum Jus imperatur? 3. Longè aliud Jus sit Regis Deut. XVII. 14. Nimirum ejusmodi Jus Regis describi, quale habuerint Reges Orientis, quæ vellent, suis imperantes: atqui talem Israelitas Regem petiisse 1. Sam. VIII, 5, 18. Consentit in tantum* Danhauerus *in Politia Basilica, qui Jus Regium duplex dicit, unum antiquum à Mose Deut. l. c. intimatum, à Deo propitio dictatum: alterum quod Jus scriptum magis fuerit, quam datum, Deo iratio & irritato permissum, quod Samuel non tàm dictitat quàm præsagit.*

An *factum* Juris effectum habens?

(c) *id est non resistendi obligationem. Quæ est* Grotii *sententia, I, 4, 3. qui Jus vocari ait, quomodo Prætor Jus reddere dicitur, etiam cum iniquè*

iniquè decernit. Adstipulatur Danhauerus: *Cum Samuel, inquit, Jus Regium proponit, sine dubio non loquitur de Jure justo ac legitimo, longè enim hoc ab alto antiquiori discrepat: nec de unquo facto, nihil enim esset in eo eximium, cum injurias facere & privati privatis soleant: sed de tali facto, quod conjunctum erat cum effectu Juris obligatorio ad non resistendum, ut nihil supereresset nisi pœnitens ad DEUM Vindicem provocatio. Et quam gravia Reges, hoc Jus sequuti, subditis imposuerint, vectigalia, docuit Salomon; qui populum sic gravavit, ut ab illo se relevare voluerit; neq; filius leviora cogitabat, sed cum supremum se Dominum existimaret, & populi bona suam possessionem arbitraretur, barbarè inclementerque respondit: Pater meus adgravavit jugum: Ego gravius reddam.* Danhau. *Polit. Basil. p. 63.*

(d) *uti* D. Hedingerus *Siciliment. ad Grot. I, 4, 9. Judicioſissimi Viri, Venerandi Parentis mei*, D. Jo. Andreæ Hochstetteri, *Abbatis Bebenhusani, sententia est, textum de REGNO*, ejusque STATU, *ut hodie loquimur*, constituendo *loqui. Tum enim* Fisco seu patrimonio *Principatus opus erat, ad quem constituendum agros, vineas, decimas, aliosque reditus destinari, & à privatis Civium possessionibus decerpi necessarium omnino, eoque & justum declarat. DEUS. Sed* fisco constituto *peccavit Ahabus, Nabothum vinea sua privando. 1. Reg. XXI, 2, 7, 19. Quam expositionem cæteris antefero*, cum *quod prioribus obnoxia difficultatibus non est*, tum *quod vim textui non facit, & Regis pariter ac Civium Jura illibata tuetur.*

Qui judicium declinaverit? Verior sententia, à *Venerando Parente* Auctoris hausta. Qua & *ingens difficultas* de Ahabo facile solvitur.

X.

Ad Jus circa sacra male refertur potestas alienam religionem subditorum animis (a) obtrudendi, eamque vi adhibita propagandi; quo nihil magis humano ingenio repugnans, & veræ prudentiæ utilitatisque rationibus * adversum poterat excogitari. Adde quod neque *genius Regni Veritatis*, quale Christi est, id patitur. (b)

Quid præcipuè ad Jus circa sacra pertineat?

(a) *uti fecit Antiochus Epiphanes, 1. Macc. I, 43. qui omnes, queis imperabat, gentes paribus ritibus vivere jussit, tanquam omnes Macedones essent.* add. II. Mac. VI. 1, 2, 7. *ubi dira persecutio describitur, & exemplum Eleazari occurrit. Quale dirarum specimen Gallia dedit.*

(b) *Jo. XVIII. 36. add.* Pufendorf. *de Habitu Relig. ad Rempubl. §. 17. p. 62.*

* *Regi innoxium est, parentibus pergratum, si avitæ Religionis usus populo relinquatur.* Grot. III. 15, 11. *Gothi apud Procopium dicunt, se ad suam Religionem adegisse neminem.*

XI.

An & examen doctrinarum? & constitutio Doctorum?

Ad Jus *Summi Imperij circa Sacra* pertinet inprimis *Doctorum Constitutio*: (a) *Doctrinarumque examen*; quæ si finem Civitatum genuinum evertant, rectæ rationi non congruunt, adeoque nec à DEO ortæ esse facile intelliguntur. (b) Est etiam Summi Imperii efficere, ut *Sacerdotes secundum Legem officium faciant, ut ædes sacræ suum retineant Statum, atque in id & operas & pecunias indicere.* (c)

(a) *Novit id Ottomanicus Imperator, conf. Ricaut. Port. Ottoman. & de Statu Ecclesiæ Armenæ.*

Dignitas Religionis Christianæ.

(b) *Habet autem hoc præcipuum Christinana præ cæteris Regio, ut pacem, ut charitatem, ut tranquillitatem unicè inculcet. Conf.* Pufend. *de Habitu Religionis Christianæ ad Remp. §. 49.*

(c) *Jus hoc sibi vindicavit* Joasus, *II. Reg. XII. 4. & 10. Grot.*

XII.

Quod fundamentũ Juris vectigalium?

(a) *Vectigalia dè mercibus* rebusque cum avehendis tum invehendis; Tributa de personis (b) earumque facultatibus & bonis exigi solent. (c) Cæterum optima tributi est ratio, quæ divites maximè onerat, & quidem pro divitiorum modo. (d)

(a) *Conf.* Herman. Lavater. *de Censu*; Klokius *de Contributionibus*; Muller. *Instit. Polit. P. I. c. VII. §. 113.*

quid Jus accisiarum?

(b) *agendum heic de Jure accisiarum, ubi de pretio rerum consumtibilium modica pars decidit ur. Quod inprimis exercet Rex Borussiæ, & salutare remedium adversus luxuriam in colloquio nobiscum familiari censuit Pufendorfius. Si enim, inquiebat, nimiis pro publico sumtibus onerari nolim, penes me utique est à sumptuosis convivis abstinere. Add. eundem de J. N. & G. VIII, 5, 6. & de Off. H. & C. II, 15, 3.*

Exempla tributorũ & vectigalium,

(c) *Esdr. IV. 13. tributi & vectigalis & aliquorum redituum fit mentio. Sunt, qui tributi nomine intelligant, quod in capita datur; vectigalis, quod in merces, redituum, quod de agris. add. 1. Macc. X. 29. Demetrius ad Judæos: Condono tributa Judæis omnibus. Tributa*

alias

alias sunt, quæ in caput aut solum dantur. Hîc verò, ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς πλέσι. Joseph. Archoel. XII. 9. Confer omnino locum è Maccabæis allegatum, ubi promissa remissio Coronarum, quales aureas dare Judæi soliti erant Regibus quotannis.

(d) *ut Menahem Rex Israelis pecuniam Regi Assyriorum dandam exegit à ditissimis, quorum quisque quinquaginta siclos dare tenebatur. 2. Reg. XV, 20. Pertinet hùc* capitatio, *Tributi genus, quod pendi solet pro capite cujuscunque, in signum servitutis & subjectionis inventum, unde exteris imponi non posse docet Grotius II, 2, 14. num. 1. & capitationes (excepta illa, quam DEUS pro expiatione animarum Exod. XXX, 12. & constructione tabernaculi Exod. XXXVIII. 26.) à tyrannis ortas esse, adeoque à principibus aliis, uti Servio Rege & Constantino Imp. Rom. sublatas post* Dionys. Halicarnass. *testatur Bodinus de Republ. VI. n. 663.*

quid Capitatio?

XIII.

Ad Jura Majestatis Jus quoque pertinet *mittendi Legatos.* Prostat insignis tractatio *Jo. Georgij Kulpisii* de Legationibus Statuum Imperii, absoluta XXIII. Capitibus, quam *ob ordinem & judicium* non vulgare laudat Celebris Observator, (a) quod in definiendis controversiis ad Jura Legationum pertinentibus, & refutandis opinionibus vulgo receptis adhibuerit. Qui tamen addit, elegans hoc scriptum, pariter uti & aliud simile Kulpisii, laborare nævis quibusdam sapientiæ scholasticæ, qui hodie cordatioribus parum se adprobent. (b) Scripsit etiam, ut Kulpisius monet (c) nobilissimum Opus *Viquefortius*, vir in Belgio natus, sed qui sedem fortunarum in Gallia fixit. Ubi postquam per XXX annos vixisset, & in aula Gallica Ministrum Electoris Brandeburgici ageret, Anno M DC LIX. jussus est abire, & mox loco publico detentioni personarum Illustrium destinato (*a la Bastille*) inopinato inclusus: sed paulo post jussu *Cardin. Mazarini* liberatus, ac, in oblivionem acceptæ injuriæ, annua pensione mille thalerorum, honoratus est; quam & retinuit, donec Rex Galliæ hostis Belgii deveniret. Durante isto bello inter Regem Galliæ & Status Fœderati Belgii, cum

Historia Scriptorū de Legatis.

inprimis *Wiquefortii*

in

in patria ſua degeret, ſub prætextu, quod arcana Status prodere-
ret, carceri iterum mancipatus eſt: non obſtante, quod ſe Mi-
niſtrum publicũ Sereniſſimi Ducis Cellenſis in patria eſſe dice-
ret; unde tamen ad interceſſionem haud dubie Domini ſui fuit
liberatus. Noviſſimè prodiit *Juſtini Presbeutæ* de Jure Legatio-
nis Statuum Imperii Tractatus, ab Obſervatore mirificè com-
mendatus, (d) præprimis, quod Lectores in eo reperturi ſint
experientiam Viquefortianæ non imparem, & methodum, &
Judicium Kulpiſiano, ut is quidem ait, ſuperius, civile nempe,
non ſcholaſticum.

(a) *Obſervat. Halenſi To. II. XVII. p. 413.*

(b) *Dolemus, inquit Cl. Obſervator, Viro celeberrimo in capite XIX. & tempus & chartam periiſſe in examinanda Controverſia:* Quæ actio competat Statibus Imperii pro conſervandis Juribus Legationum? *ubi ſimul concludit, quod Principes Imperii adverſus Electores in quæſtione: an ipſis liceat mittere Legatos primi ordinis? poſſint uti actione confeſſoria utili: ſed tamen, quoniam actiones in rem, probationum oneri ſint magis ſubjectæ, conſultius eſſe, ſi actor utatur interdicto: uti poſſidetis: aut etiam poſſe inſtitui actionem injuriarum. Quæ cum legeremus, in mentem venit, quod de eximio J Cto Seculi XVII. fama veroſimilis fert, quod cum à Sereniſſimo quodam Imperii Principe ad conſilia adhiberetur, in quibus deliberatio inſtituebatur, de damno à vicino Principe dato reſarciendo; & reliqui conſiliarii diſquirerent: utrum conſultius foret repreſſaliis, aut bello, aut legationibus uti? ipſe in voto ſuo inſigniter commendaverit uſum modernum & praxin viridis obſervantiæ actionis* Legis Aquiliæ; *ſed infelici ſucceſſu. Cum ab eo tempore à Domino ſuo ad conſilia amplius non fuerit adhibitus. Ita Obſervator.*

(c) *ad Grot. II, 18. §. 1. p. m. 105. lit. e.*

(d) *Tomo II. Obſervat. XVII. §. 20.*

XIV.

Quid Legatis debeatur?

Inter ea quæ Legatis *Naturali Jure* debita ſunt, primum eſt: *admiſſio.* (a) Alterum *inviolabilitas.* Admiſſio tamen reſtringitur, ea Lege: *niſi juſta cauſſa obſtet.* Aliquando enim, ut alia prætereamus, cauſſa mittendi ſuſpecta eſt, ut *Rhabſacis* Aſſyrii Le-

Legatio ad populum concitandum merito ſuſpecta erat Ezechiæ. (b) De *inviolabilitate* pulcrè Grotius, quod communis mos, qui quemvis in alieno territorio exiſtentem ejus loci territorio ſubjicit, exceptionem patiatur in Legatis. Ut, ſicut fictione quadam habentur pro perſonis mittentium: ſic etiam ſimili fictione conſtituerentur quaſi extra territorium. Præterea valde in lubrico locari ſalutem Legatorum, ſi actuum ſuorum rationem alii reddere debeant, quàm à quo mittantur. (c) Alia ratio Legatorum eſt, qui per fines Principum tranſeunt, non accepta prius venia, (d) ſiquidem ad hoſtes eorum eunt, aut ab hoſtibus veniunt aut hoſtilia moliuntur. Sæpe etiam non admittuntur vel & puniuntur Legati, velut ii ab quibus miſſi ſunt, rebelles potius, quam adverſa pars habeantur. (e) Sicut autem in univerſo Jure regnant exceptiones: ſic ne in hoc quidem negotio nullos exiſtere poſſe caſus dixerim, quibus ſingularis Legatorum aut ejus Comitum improbitas dare poſſit cauſam in eos animadvertendi. (f)

Quæ ratio *inviolabilitatis* Legatorum?

(a) Grot. *II*, 18. 3. *Sunt Legati perſonæ neceſſariæ ad pacem conſervandam vel conciliandam; unde Cicero Jus Legatorum cum hominum præſidio munitum, tum etiam divino ſcripſit, Orat. XXX. de Haruſpicum Reſponſis. Nec obſtat, quod regerit Kulpiſius, ſuaſoriam hanc ſolum rationem eſſe, quæ ex ſe non ſufficiat, ad inducendam apud Gentes obligationem efficacem, ut non liceat & contrarium facere. Nam quæ ſocialitate nituntur, ea ſuaſoria dici non poſſunt. Atqui ſine Legatis velut mediis Pacis ipſa pax tanquam finis obtineri nequit. Deinceps pleraque Juris naturæ præcepta ſic ſunt comparata, ut inter eos, qui in Statu Naturali vivunt, ſat debiles exerant vires; Ideone vero, quod malitiæ hominum tribuendum eſt, ipſi Naturæ Legi adſcribemus? Igitur obligatio in Lege naturali per ſe ſatis eſt efficax, reſpiciendo interim vinculum ac tribunal divinum, ſed non ſemper eſt efficax ex accidenti, vel potius non efficiens ob intervenientem hominum malitiam, & quoniam apud multos educationis & conſuetudinis vitio vis rationis velut obſurdeſcit.*

Fundamentum Juris Legatorum.

Cur & Jus Naturale?

(b) *II. Reg. XVIII.*

(c) Grot. II, 18. 4. per tot. *Sunt, qui fictione missa pondus argumenti in hoc ponant, quod utilitatis reputatio & consequentium metus ex nulla in Legatum animadversione Legatos fecerit inviolabiles.* conf. *Huber. de Jure Civ. III. 4, 2, 25.*

(d) Grot. *II, 18, 5. omnino. Hoc pretextu* Carolus V. *duos Franciſci Regis Legatos per Italiam ad Turcos euntes interfici curavit. Satisfecit exemplis* Viquefortius, *cujus tractatus ferè nihil eſt, quam perpetua exemplorum textura, non omnium æquabili, ut in factis innumeris fieri amat, circumſtantiarum fide, add.* Ulric. Huberus *de Jure Civit. L. III. Sect. IV. c. II. §. 20.*

(e) *quomodo Dux* Albanus *à Principe Arauſionenſi miſſum ſuſpendit; tametſi Hiſpani deinceps æquo Jure bellum gerere didicerunt. Ab Ordinibus Belgarum anno M DC XLIII. repulſi ſunt Legati rebellium Hibernorum.*

(f) *ut Curia Suprema in cauſa æris alieni ſæpè pronunciavit adverſus res Legatorum; ut Angli ſub Cromwellio, fratrem Legati Regis Portugalliæ ob cædem in foro, ſive Burſa Londinenſi inſolenter admiſſo, capitis ſupplicio adfecerunt.*

XV.

An Jus mittendi Legatos competat Statibus Imp.

Status Imperii, ſicut ſuperioritate gaudent territoriali, quæ plenam quidem Majeſtatem aut perfectam non refert: ita *ſecundum receptam opinionem* Jus habent mittendi Legatos, quia ſummi Imperii *analogicè dicti* ſint compotes. (a) Quod ita exercent, ut eos non ſaltem mittant ad alios Imperii Status aut Principes extraneos: * ſed & ad ipſum Imperatorem. (b) De Pontificis Legatis ſæpè dimicatum fuit. Neomagum veniebat *Aloyſius Bevilaqua*, Patriarcha Alexandrinus, Nuncii officio functurus. Cæſarei ac Hiſpanici Legati cupiebant, ut ipſum recens advenientem viſitarent Brandeburgici. Elector deſuper conſultus reſpondebat: ſi Nuncius parem iis honorem in viſitatione exhibere cuperet, quem exhibeat Cæſareis & regiis: viſitandum eſſe. (c) Profeſſus autem publicè eſt Nuncius, ſe non ut perſonam Eccleſiaſticam, ſed *uti Principis Itali* Miniſtrum Neomagum veniſſe, quibusdam bellantium, ſuper pace non-

An & Papa?

nonnulla propositurum. Porro: quando de Pontifice mentio incidebat, eum nunquam Pontificem, aut suam sanctitatem, sed tantum *meum* Principem vocitabat: insuper declarabat, reliquis se Legatis Protestantibus de adventu suo indicaturum, si norit, humaniter id acceptum iri, ac se ab iis invisendum. Igitur Legato Electorali cavendum (charactere vestito,) ne concurrat in Aula Regis Pontificii cum Nuncio, quia alias ipsi citra dubium cedere necessum haberet; quod tamen Elector tanquam Principi Italiæ nullo modo concessurus est.

(a) Kulpis. *ad Grot. II. 18. §. 1. p. 204, 205. lit. c. Anno 1685. Ablegatus Brandeb.* de Spanheim *ob solennem actum in theatro stragulis exornato, ac in gratiam Legatorum ædificato, honoratiorem locum præ Ablegatis Belgicis sibi tribuit. add.* Pufendorf. *Rer. Brandeb. IX, 25.*

* *Nam & qui impari junguntur fœdere Jus habent Legationis: imò & hi qui ex parte subditi sunt, ex parte non sunt, pro ea parte quâ non sunt subditi.* Grot. *II, 18. 2.*

(b) *D.* Schweder *J. Publ. Part. Spec. Sect. I. c. 28.*

(c) Pufend. *Hist. Rer. Brandeburg. XV. 39.*

XVI.

Quæ distinctiones Legatorũ?

Subtiles *Legati*, *Ablegati*, *Deputati*, *Residentis* distinctiones, olim fere incognitas, aut non ita exactè observatas, summa Gallorum Italorumque his in ceremoniis vigilantia produxit. Ex horum igitur stylo, in ipsis rerum argumentis obtinente, Legatus (*Ambassadeur*) est, qui mittitur à Principe, non recognoscente superiorem cum charactere (a) repræsentatitio. An autem cum eo charactere aut sine illo mittatur, ex literis perspicitur credentialibus. Quod si hic nulla repræsentationis mentio fiat, non Legatus (*Ambassadeur*) est: sed II) *Ablegatus*, (*Envoyé*) qui adjectitio honore differt à Legato. Ambo verò vel Ordinarii vel Extraordinarii sunt. Extraordinarius *Ambasiator* non differt specie dignitatis ab ordinario *Ambasiatore*: quamvis utplurimum extraordinarius, qui supervenit, soleat Ordinario præferri, licet unius Domini Ministri sint, uno eodemque in-

 signiti

signiti charactere. Cæterum inter Ablegatum Ordinarium * & Extraordinarium illa differentia videtur esse, quæ est inter Residentem, h. e. Ablegatum ordinarium, & Extraordinarium, (*Envoyé Extraodinaire*). Plenipotentiarii verò nomen potestatis est, non dignitatis, ut multi sibi persuadent, cum quilibet Residens Plenipotentiarius esse possit, si mandatum tractandi liberrimum habeat, neque propterea Legato characterem habenti æquiparatur. *Deputati* autem vocantur Ministri ab illis missi, qui unum constituunt corpus. Ita pagi Helvetiorum (*Cantons*) Deputatos solent mittere ad Conventum Badensem. Provinciæ Fœderatæ Hagam Comitis. Inferior multum Residente est ille, qui vulgo communiter vocatur *Agent*, quippe quem multi inter Ministros publicos ne connumerant quidem, quia literas credentiales nullas fert, sed ad summum commendatitias. *Consules* Mercatorum & Commissarii huc non pertinent: Illi enim *Ministri* Societatis mercatoriæ sunt, hi Ministri publici, jurisdictionem ejus à quo missi sunt, non egredientes. (b)

quid Plenipotentiarius?

quid Deputatus?

(a) *hunc characterem describunt, quod sit Jus fruendi iisdem honoribus, quibus frueretur is qui repræsentatur, si præsens esset.*

* Ordinarios Ablegatos *antiquis ignotos non ita pridem à* Ferdinando Aragonio, *cujus summa consiliorum in explorandis aliorum consiliis erat, introductos, ideoque non necessari, os forte nec utiles videri, meritoque recusari posse scribit* Grot. *II, 18. 3. fin.* Huberus *d. Jure Civit. L. III, Sect. IV. c. 2. §. 8.*

(b) *conf.* Jac. Brunnemannus, *Dissertatione de Jure Ceremoniali circa Legatos.*

XVII.

An Legatis competat Jus Asylorum?

An Legatis *Jus Asyli & Franchitiarum* competat? acriter disquiritur. Grotius ex merâ concessione dependere putat: (a) Kulpisius ad Jus gentium confugit. Pontifex *Innocentius XI.* Galliæ Regis Legato *Lavardino* negavit, contra quem etiam scripsit *Sfondratus.* (b) Inprimis quod delicta impunè ferri Juri Na-

Naturæ repugnet, adeoque nec apud ipsos Gallos vel in *Parisiensi* vel aliis quamplurimis Aulis Curiisque admittatur.

(a) *II, 18, 8.*

(b) *à Pontifice Cardinalitiam Dignitatem adeptus.*

XVIII.

Quod si in collatione Regni *clausula adjiciatur commissoria*, * ut: si Rex fidem fallat, ut tum regno cadat: ne sic quidem, Grotio judice, summum esse desinet, quoad modum tamen habendi imminutum. (a) Sunt tamen, qui negant. Aut enim, ajunt: Summo imperante datur superior, qui an contraventum pactis fuerit, judicare possit, aut non datur. Si non, quis ergo Principi eripiet Imperium. Si prius, igitur Rex non erit Rex. Talis formula, inquit Bodinus, non Regiam Majestatem, sed in Republica primi conditionem sapit. (b) Pertinent eo *Leges Ducibus Bavariæ* Inferioris A. MCCCXXIII. ab Ordinibus latæ, quas inter & hæ erant: Rerum à se gestarum rationem Reipublicæ reddunto. Pacis bellique arbitrium penes Senatum Palatinum esto, & similes; quæ Leges satis indicant, Duces illos nonnisi nomine Principes, reapse Summum Imperium penes Ordines Provinciales fuisse. (c) Quid Principis Nomine indignius?

An Majestas desinat, si in collatione regni clausula addatur commissaria: ut si Rex fidem fallat, Regno cadat?

* Pufendorf. *de O. H. & C. I, 15. 9.*

(a) *nec dissentit* Pufendorf. *de J. N. & G. VII. 6. 10. quod tum in populo non sit cognitio causæ, sed mera contestatio, Jus suum violatum esse, quæ etiam in inferiorem cadat. 2. Addit Grotius, quod tale Imperium sit temporario simile.*

(b) *add. omnino* Bœcler. *ad Grot. I, 3. p. 250.*

(c) *add.* Hertius *Comment. & Opusc. To. II. §. 28. p. 140. sqq.*

XIX.

An detur Respublica Mixta? * vexata admodum quæstio est. Qui affirmant, ad exempla provocant, quibus Majestas penes Regem Statusque simul esse concipiatur, jura autem Majestatis sic inter eos divisa sint, ut quædam solus habeat imperans, quædam autem communia cum Ordinibus. Talem in

An detur Respubl. Mixta?

Imperio Romano mixturam esse. (a) Nec rationem deesse, quod Majestas in *partes dividi* possit**, ut penes unum v. c. sit potestas decernendi finiendique Belli, penes paucos potestas ferendarum Legum. (b) Sunt, qui malint *irregularem* vocare; (c) alii *monstrosam* (d) alii *morbidam*; (e) alii *temperatam*.*** Cæterùm observarunt cordati, non ejecisse Mixtam Rempublicam è Rerumpublicarum ordine, Pufendorfium, sed asserere saltem, concinnitati Civitatum Regularium eam non usquequaque congruere. Qua in re nihil sit, quod temerè reprehendas. (f)

* *Mixtam vocat Grotius ex Regis & Procerum potestate, I, 3, 20. & vide eo notas.*

(a) D. Schweder. *Introd. J.P. Parte Gen. c. IV. p. 159, 160.*

An Majestas divisibilis?

** *Cum nihil impediat vel ex parte materiæ: quia in partibus Majestatis est multitudo: vel ex parte efficientis, quæ est voluntas humana, & dividere potest: vel finis, qui voluntates ad divisionem movet; ut est evitatio tyrannidis & abusionis Regalium; cui malo remedium est partitio regalium, siquidem qui non omnia habet regalia, nec omnia potest quæ vult. Item finis ejusmodi est, conservatio concordiæ inter Imperantes. Addit Jacobus Thomasius, etsi maximè dividantur Regalia, manere tamen ipsa nihilominus indivisa ac unita in Subjecto communi, quod est tota Civitas; sicuti, tametsi facultates quinque sensuum maximè sint divisæ per certa temporis organa, uniantur tamen in ipso animali, tanquam Subjecto communi. Annot. ad Tab. XLIX, annotatione CCXXVI, p. 66.*

(b) *ibid. edit. quæst. pag. 158. add. Jac. Thomas. Tab. XLIX. & Notis ad Tab. XLIII. annot. CII.*

(c) *ut Pufendorfius,*

(d) *ut* Severinus de Monzambano, *in quem videatur Thomasius.*

JUS TEMPERATUM.

(e) *add.* Thomas. *JPr. Div. III. 6, 40. & in nota x) p. 561.*

*** *in quantum administrandi modus temperatus. Unde Bœclerus malè vult Temperamenti vocem adhibere.*

(f) Hertius *Opuscul. To. I, p. 458. §. 1.*

XX.

Quæ forma Imperii Germ.?

Facile hinc est, judicare, *quæ*, in hypothesi, *Forma sit Imperii Germanici?* Ea, quæ & Imperiali Aulæ & Principibus Statibusque

busque arriſit ſententia, mixtam eſſe ſtatuit; ſunt, qui irregularem adpellent. Sed quæſtio tandem erit de voce, quia mixtura ejuscemodi non competit regulariter Formis Rerumpublicarum. Certè partes Majeſtatis potentiales ita videntur diviſæ in Imperio, ut quædam ſoli Cæſari, quædam Cæſari & Electoribus, (a) quædam Principibus Statibusq; conjunctim competant. Unde aſſenſum haud meretur opinio, de Statu Imperii Monarchico, quæ placuit Reinkingio, Hennigeſio, & Lynkero. (b) Cæterum non inutilis eſt diſtinctio Reipublicæ *Mixtæ, quoad formam & modum adminiſtrandi.* Ut ſi v. gr. forma ſit ariſtocratica, modus adminiſtrandi monarchicus. (c)

[a] *e. gr.* **Jus** Fœderum. *Cap. Leopold. art. 10. edit. Cellar.* Wir ſollen und wollen ꝛc. **Jus** Belli §. *XIII.* ohne Chur-Fürſten und Stände Wiſſen und Bewilligung §. *XVI.* **Jus** educendi Militem **Jus** Vectigalium §. *XXI. ſuſpenſum non à majoribus, ſed unanimibus.* **Jus** *concedendi facultatem cudendi Monetas. §. XXXIV.*

[b] *utique enim manifeſtum eſt, in exercitio Jurium Majeſtatis, Ordines Imperii tanquam cauſas coefficienter influere, quorum ſi conſenſus deſit, actus ipſe ſit nullus. Ubi autem conſenſus alterius requiritur, ibi perſona una non eſt prædita ſufficienti poteſtate morali ad producendum effectum. Nec juvat dicere cum Viro docto, Ordines ſe habere ſaltem ut conditionem ſine qua non, non autem ut cauſam influentem. Nam per quem conſenſum actus Imperatoris reddantur validi, & quo abſente ſunt irriti, ille ſe habet ut concauſa, non ſaltim ut conditio ſine qua non. Conditio enim ſine qua non nullam vim aut efficaciam habet, e. gr. approximatio ignis ad lignum non facit, ut ignis urat: nam ea quoque aliundè ſuppleri poteſt. Atqui ut actus Imperatoris ſint morales & validi, requiritur Conſenſus Statuum.* Jus Ordd. Imperii.

(c) J. Thomaſ. *Tab. XLIII. lin. 30. quæ diſtinctio coincidere videtur cum mixtura formæ & Temperamento adminiſtrationis. add. Knipſ. Exerc. II. §. XI. p. 26.*

XXI.

Rempublicam qui *irregularem* vocant, non eam ob morbum

Quid Resp. Irregularis?

bum aut vitium in administratione ejus hærens, sed publicæ legis consuetudinisque respectum adpellant. (a) Cæterum potest Respublica considerari *vel in respectu ad Leges fundamentales: vel in ordine ad Statum in quo nunc est.* Juxta Leges ordinatum satis esse corpus potest, aut potius poterat: sed Status præsens id plerumque facit morbidum, irregulare, convulsionibus obnoxium, morti proximum. (b) Cæterùm irregulares civitates definiuntur cœtus, securitatis causa conflati, sed forma illa, quam è Statù naturali migraturis communis sensus quasi præmonstrabat, carentes. (c) Ea irregularitas oritur I. *à fine civitatis; qui si* bellica gloria sit, omnia civitatis studia eo collineabunt. (d) Si *magnæ* divitiæ, omnia pecuniæ causa facient; ut Tyriorum civitas, Esai. XXIII. Ezech. XXVI. XXVII. &, si Conringium audias, Batavica, de qua Poeta, & ipse in Batavis natus:

Unde irregularitas?

trux ventilet ignes
Tisiphone, quatiatque suos irata colubros,
Provehimur, quo lucra vocant. (e)

Si voluptates & luxus, eo etiam omnia referentur. Exemplo sunt Sodomæi, Gomoritæ, & hodie Turci, si Tavernierium audias. (f) II. *à summa* potestate: ubi à fine ejus declinant Resp. Heriles; cujus generis sunt pleræque in Asia & Africa Resp. forte, quia Noë Chamum, cui Africa sedes fuit, maledictione sua ad infimam maximèque servilem conditionem detrusit. (g) Quod contrà Hobbesium tenendum, qui distinctionem Rerumpubl. in civiles & heriles vocat falsam; (h) sed παμβασιλείαν cum Imperio despotico confundit. Sed & III. à *Subjecto* irregulares civitates sunt, ubi duo aut tres summam potestatem tenent; quos, si dissentire contingat, ad concordiam adducere non erit facile. (i) IV. *In forma* denique existit irregularitas, (quæ vulgo mixtio adpellatur) quando inter unum, & paucos, vel omnes partitio summæ potestatis instituitur, ut v. gr. quædam Rex solus, quædam cum Senatu: vel quædam Rex solus possit, quædam Senatus. (k)

(a) Pufend.

(a) Pufend. *de O. H. & C. II, 8. 12.* Kulpis. *Exerc. II, §. XI. lit. b.*

(b) *Jam confer rationem Status, prout Legi conformis esse debebat, cum Statu præsente Imperii. Vide* Rechenberg. *Lineam. Phil. Civ. P. III. c. 16. p. m. 257.*

(c) *conf.* D. Hert. *Polit. I, XI, 1.*

(d) *d l, I, XI, 2. 208. sq.* Carolus Gustavus, *Rex Sueciæ dicebat apud Chevalier. Jerlon Memoires p. 346* qu'il falloit, qu'un grand Prince fit tonjours la guerre, & ne demeurât jamais en paix, pour tenir les sujets occupez, pour faire des conquetes, & pour se faire craindre. *Talis est graphica descriptio Chaldæorum Regis apud Habac. I, 6, 7.*

(e) *l. XI, 3.* (*seqq.*

(f) *add.* Hert. *I, XI, 4. p. 212.*

(g) *Gen. IX, 24, 25. Exemplo est Regnum magni Mogolis.* D. Hert. *I, XI, 5.* (h) de Cive *X, 2.*

(i) Hertius *Polit. I, XI, 6.*

(k) *Citra controversiam ad hanc mixturam pertinent Regnum Angliæ, & Poloniæ, nec non Germanicum Imperium, si tantum spectetur in majore Republicâ, quæ in Imperatore & Statibus Imperii consistit.* Hert. *Polit. I, XI, 8. 219. sqq.*

XXII.

Fœdus *inæquale* non tollit Majestatem, (a) nec eam amittit *, ubi quis alterius Majestatem *comiter* tenetur observare. Quia hoc in casu Civitas manet libera, & imperio alterius non subjecta; nec fœdus inæquale cadit in potestatem, sed dignitatem ac ut sic loquar existimationem (b) neque demum patrocinium publicum tollit libertatem publicam, uti nec privatum personalem. (c) Ut advocatus rem curat clientis sui, soluto ei ex pacto annuo salario: ita Patronus sive advocatus publicus tuetur ac defendit clientem, nihilque ei imperat, sed constitutum ex pacto honorarium accipit. (d)

An fœdus inæquale tollat Majestatem?

* *ut ante Bellum Turcicum extremum Summus Princeps Turco Imperatori certam pecuniæ summam quotannis solvere debuit.*

[a] Grot. *I, 3. 21.* Pufend. *de O. H. & C. II, 17. 4. 5. ubi fœdera inæqualia distinguit in ea, quæ conjuncta sunt cum imminutione S. Imperii, & quæ illud non diminuunt.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [487] - 477
PUBLIC DOMAIN

[b] *quæ oritur jure perfecto non saltem ex Imperio, sed & ex pacto;* Putend. *O. H. & C. II, 14, 14.*

[c] Obj. *ubi sit inæqualitas, ibi esse superioritatem & inferioritatem. E. nonnisi una ex parte S. Imperium.* 2. *Fateri Grotium quod in fœdere inæquali sit unius prælatio, I, 3, 21. n. 1. præprimis si accedat protectio. Sed (1) non omnis inæqualitas, existimationis diminuit Majestatem, quæ vel ad intra vel ad extra respicitur, & ut talis ad extra dicit paritatem. (2) Prælatio illa non tollit Majestatem, sed alteri dat prærogativam. (3) aliud est esse in ditione, aliud in patrocinio.*

[d] *facti est, non juris, si fœderatus in fœderatum exerceat judicium.*

XXIII.

An pensitatio Stipendii, vel nexus feudalis?

Nec *pensitatio Stipendij* aut *nexus feudalis* impedit, quo minus à solvente aut ligato teneatur summum Imperium. De Regibus Hebræorum, post Antonii tempora, Romanis quædam solventibus idem pronunciat Grotius: Sunt tamen, qui dubitent, an Judæi, ut is vult, summum adhuc Imperium habuerint, postquam Pompejus eos fregerat, jureque victoriæ templum, ipsumque sanctum sanctorum ingressus fuerat. Neque id probat locus è Chrysostomo à Grotio allegatus. (a) Feudalis nexus libertatem ut dixi, civilem non tollit. (b)

[a] *I, 3, 22. ex Orat. II. de Eleemosynis: qui dicit potius:* Judæos Romano attributos Imperio in plena non mansisse libertate, licet sociorum vocabulo honoraretur.

[b] *feuda franca, quæ nullum plane habent onus vel servitium.* Ligium *quod onus habet, v. c. auxilii adversus omnes. Grot. I, 3, 23. Bodin. I, 9. p. 114. Feudi vel Feodi nomen in Anglia primum natum, à Fee stipendium militare, & Oed bona, autumat D. Hertius, Opusc. To. II. p. 491. ut* Elmod / *quasi bona deserta,* Kleinod / *quasi bona parva. Vox est Germanica, & in* Angliam *translata.*

XXIV.

Quid Monarchia?

Prima * Civitatis Regularis forma est *Monarchia*, sive Regnum, cui primus ideo à Politicis dari solet locus, quod cæteris formis videatur antiquior. (b) quanquam Asiam olim democratiis & oligarchiis non caruisse liqueat exemplo Cananæo-

næorum, Philiſtinorum, & Judæorum poſt captivitatem Babylonicam. (c) Hodie Africa & Aſia univerſa Regibus paret, niſi quod Incolæ Inſulæ *Bandæ*, Moluccorum celeberrimæ, ſuperiori ac nuper elapſo ſeculo adhuc ſpeciem ariſtocratiæ habuiſſe feruntur. Eſt & aliquando Regnum tutorium, quando unus vel plures regnum adminiſtrant, Regum vice, qui ætatis vel alio defectu laborant, aut in captivitate bellica detinentur. Sed & ariſtocraticum regni temperamentum exoritur, quando Rex certo Senatui nonnullam regendæ Reipubl. poteſtatem permittit.

* *Pulcrè de tribus formis* Cicero *apud Auguſtinum:* Rempubl. eſſe rem populi, cum benè aut juſtè geritur, ſive ab uno Rege, ſive à paucis Optimatibus, ſive ab univerſo populo.

[b] *Conf.* Hert. *I*, 10, 5. *p.* 187.

[c] *Joſ. IX*, 11. *ubi exemplum Gibeonitarum*, Democratiæ *tertium*. 1. *Sam. V*, 8. *ubi* Ἔκλισις *Philiſtinorum* & 1. *Macc. IV*. 59. *IIX*. 29. *XII*. 6. *XIII*, 36.

XXV.

Altera eſt *Ariſtocratia*, quam Optimates ſive pauci regunt ad communem utilitatem. (a) quid Ariſtocratia?

(a) *Talis Status videtur fuiſſe in Populo Iſraelis, ſub Senioribus, & Tribunum ac familiarum ſingularum Principibus, antequam Regnum conſtitueretur. Joſ. XXII, 14. Jud. I.* & 2. Beſold. *Polit. I*, 7. *p.* 266.

XXVI.

Politia eſt univerſi populi imperium ad communem utilitatem. Eſtque vel *pura* (ubi potentia populi promiſcua) vel *temperata*. Et quidem vel *Regie*, ut apud veteres Germanos, & in multis Græciæ civitatibus, hodie Weſtfriſiæ, Ultrajecti, Groningæ. Vel *Ariſtocratice*, ut Berna, Lucerna, Friburgum, Salodorum in Fœderata Helvetia, à Senatu, qui libera electione ex omni civium numero delectus fuerit, adminiſtrantur. (a) Eſt etiam politia alia *Urbica*, alia per *Vicos* ſparſa. (b) Ac maximè conducit, multitudinem omnem in tribus, in claſſes, in decurias, in collegia ejuſdem artis diſtribuere, iisque capita impo- quid Politia?

 nere,

Qui characteres Tyranni?

nere, & ſupremos Moderatores. (b) Cæterum de *artibus Tyrannicis*, & è quibus dignoſci facile tyrannus queat, ſolicitè egit Ariſtoteles. (d) Eas ait: *Curare, ut ne cives*, præcipuè potentiores, excelſoque animo prædîti *inter ſe fidant:* tum *ut nihil poſſint:* tum *ut demiſſo abjectoque ſint animo*; denique ut qui excellunt, deprimantur, * omninoque tollantur. Quam ob cauſam nec fratribus parcunt. Qui mos fuit Sultanorum Turciæ, nec deſunt exempla veteris ævi. (e) Arcanum quoque Tyrannorum eſt, fœminis & ſervis ſe indulgentem præbere, ut eorum opera domuum arcana explorent. Uti Tiberius primus legem tulit, ut ſervis accuſare dominos liceret. Qua ex lege ſeu δουλοκρατία, toto terrarum orbe ingentes extitiſſe calamitates, ſcribit Suidas. Claudian. in Eutrop. L. I.

— — *non beſtia tetrior ulla,* (f)
quam ſervi rabies, in libera colla frementis.

Pertinet eo *ars ſimulandi*, ut Tiberius Domini adpellationem, ut maledictam exhorruit. Ut *Liceſtrius*, Gubernator Fœderati Belgii, regnum in illo populo ſibi paraturus, interpretes ſacrarum literarum (qui multitudinis aures & affectus nonnunquam poſſident) adjungebat ſibi ſpecie pietatis, & aliorum diſſimilitudine. (g) Neque inſolens Tyrannis eſt, eos, qui antiquius ſive potius ad Imperium Jus prætendere poſſunt extirpare. (h) Sed de Tyranno quidem philiſophandum eſſe ait *B. Oſiander*, uti de Republ. Platonis. (i)

[a] Hert. *I*, 10, 19. p. 205. [b] *I*, 10, 21. p. 206.

Subdiviſio Regnorũ.

[c] *II*, 8, 15. p. 145. *conf. I*, 5, 16. p. 106, 107. *quod & in aliis Rerump. formis utile. Sic Imperium hodie Germanicum in Circulos: Britannia in Comitatus, quos Saxones* Schyras *vocant: ea in Hundredas, i. e. centurias, hæ in Thidingas, hoc eſt, decurias; Polonia in Palatinatus, quibus præſident, quos vernaculâ lingua Vaivodas dicunt, & Caſtellanias, quæ anguſtiores regiones ſunt, & ſecant Palatinatus: Hungaria in Comitatus: Tartaria in Hordas, id eſt, congregationes, ſi credimus Jovio, dividuntur. add.* Beſold. *Polit. Major. I*, 7, 27.

[d] *vide* D. Hert, *II*, 23, p. 213. *add. Ariſtot. Polit. V*, 11.

* *Apud*

* *Apud Tacitum hoc argumentum est pleræque partis annalium, cen in quibus utramque paginam faciunt suspecti, depressi, contusi, subversi, potentes ac illustres Viri. V, 6. XIX, 1, 12. LIX, 1, 14, LXV, 1, 16. unde nova & satis efficax ad infamiam temporum prudentia, claritudinem suom obsequiis indecoris protegere. Tacit. Annal. III, 61, 2. & inertiam pro Sapientiâ amplecti, Agricol. cap. VI. add. Hert. II, 23, 8. p. 215. b.*

[e] *Jud. IX, 24. II. Paralip. XXI, 4. Ita* Herodes *præcipuos ex Synedrio sustulit.* Albanus *quoque, Belgii Præfectus voce aspera, suică ingenii, panca Salmonum piscium capita multis ranunculorum millibus præstare jactitans, novo more, veterem expressit sententiam, quæ, sublatis è Republ. primoribus, regnum munire docet. Grot. Annal. Belgic. ad A. 1568.*

[f] Hert. *Polit. II, 23, 16. p. 218.*

[g] *Grot. Annal. Belgic. V. ad A. 1586. conf. Hert. II, 24, 7. p. 226.*

[h] *1. Reg. XV. 29. ubi exemplum Baesæ, totam Jeroboami familiam extirpantis. 1. Reg. XVI, 11. Simri, domum Baesæ universam interficientis: 2. Reg. X. 11. Jehu, posteros Ahabi delentis. add. Hert. Polit. II, 24, 16. p. 231. sq. De Duce Bragantiæ in Portugallia ita loquitur Vittor. Siri tom. 1. Mercur. lib. 1.* Fu veramente un estrema bontà ò transcuraggine de' ministri del Re Cattolico quella, di lasciare nel Portogallo li Prencipi di questa casa, chi aspirarono con vive ragioni a quella corona.

(i) Osiander, *Theol. Casual. L. de Magistratu c. IV. p. 661.*

XXVII.

Systemata Civitatum vel sunt *fœderata*, vel ut sic loquar, *Regia*, seu quæ per communem Regem, coeunt. (a) De his pulcrè Grotius: *Non*, ait, *ut in naturali corpore non potest unum caput esse plurium corporum, ita in morali quoque corpore: nam ibi eadem persona, diversa ratione considerata, caput esse potest plurium ac distinctorum corporum.* (b) Quædam Systemata sibi Principem præponunt, ut nuper Belgæ habuere *Auriacum*: ut *Valleliæ* Episcopum Sedunensem: (c) quædam Principe carent, ut Helvetia. Deinde quibusdam *fœdera sunt concilia*, quibusdam non. Quædam denique adpendices habent, ut Pagi Helvetiæ Præfecturas plures, quædam non.

Quotuplicia Systemata Civitatum?

(a) Pufend. O. H. & C. II, 8, 13.
(b) J. B. & P. I, 3, 7.
(c) conf. Hert. Elem. Polit. I, 12, 7.

XXVIII.

Quid Civitates Clientelares?

Sunt etiam Civitates vel *Clientelares*, vel *Feudales*, vel *Vectigales*. (a) *Illæ* sunt, ubi populus alterius populi majestatem comiter conservare tenetur, id est, operam dare, ut ejus imperium in tuto sit; tum ut dignitas, quæ Majestatis nomine venit, ei constet. Ubi tamen interdum arctior, interdum laxior obligatio est. In fœdere Hebræorum cum Philistinis 1. Sam. XIII, 19. usus armorum illis ademtus, ita ut ne cuiquam teli belljci conficiendi aut rustici ferramenti potestas esset. Exemplum etiam est Civitatis *novæ Bataviæ*, cujus cives equidem Societati Indicæ subsunt, attamen bella indicunt potentibus illorum locorum Regibus. (b)

(a) Hert. Elem. I, 12, 9. p. 235.
(b) Temple Remarqu. sur l'Etat des Provinces Unies. p. 347.

XXIX.

Quod Subjectū Majestatis?

Subjectum Majestatis *Grotius* spectavit ut commune, vel ut proprium. Illud dicitur Civitas, cœtus perfectus; (a) hoc *persona una* pluresve, pro cujusque gentis legibus ac moribus. Nimirum Summum Imperium duplici ferè modo considerari potest, uno in quantum respicit civitatem, extra quam nec est, nec esse potest: * altero respectu ad Imperantem, qui civitatis caput est, adeoque membrum ac pars, æquè ac visus nunc totum corpus (vel potius animal) nunc præcisè, qui in corpore est, oculum, respicit. Sic Summi Imperii duplici isthoc respectu duo in Politicis assignantur subjecta; commune scilicet, quod ita Summum Imperium recipit, ut præter ipsum recipiat etiam alias formas, v. c. subjectionem, & dicitur Civitas: ac proprium, quod ita idem recipit, ut quo sensu illud recipit, simul alias formas recipere nequeat, & est summus imperans. Cæterùm non confundenda hæc distinctio

ctio est cum illa Majestatis *in realem ac personalem*; quam, *sensu Monarchomachorum* rectius dixisses PERSONATAM. Est enim absurda, turbisque & convulsioni civitatis occasionem potest præbere. (b)

(a) Grot. I. 3. 7. *adeoque sui Juris. Simile addit Grotius, ut visus subjectum commune sit corpus, proprium oculus.*

* *Usus est v. c. vacante Imperio. add.* Vitriar. *Instit. J. N. p.* 23. *subjectum proprium vocat Subjectum existentiæ. Igitur commune ipsius sententia poterit vocari subjectum essentiæ, sed cum grano salis.*

(b) *monente* Jac. Thomasio *Tab. Philos. Moral.* XLVIII. *sub finem. Illi enim ajunt realem semper esse ac manere penes populum: personalem penes personas imperantes. Illam hoc esse majorem, ita ut personæ Majestate personali præditæ à populo tanquam habente Majestatem realem in quavis Reipubl. forma jure possint ea iterum exui. Quæ pestilens sententia in terminis* Miltoni *est, pro pop. Angl.* 1. *p.* 5. *seq. inprimis* 9. & 197, 198. & Jo. Althus. *Polit. c.* XXIV. *n.* 37.

XXX.

Modum habendi summum Imperium *Grotius*, & ex eo noster, dicit * vel *usufructuarium*, vel *pleno jure proprietarium*, vel *temporarium*. Nos etiam postremum verè talem agnoscimus, ac dari summum Imperantem (a) *temporarium* statuimus. Nec dictatura fuit Magistratus, aut summi Imperii Vicariatus, ob rationes hoc ipso loco edisserendas, (b) & à Grotio quoque I, 3, 11. tactas, inprimis quod intra tempus suum omnes actus summi Imperii exercuerit eodem jure, quo qui est Rex optimo Jure; neque ejusdem actus ab aliis potuerint reddi irriti. (c)

Quotuplex Grotio Pufendorfioque, modus habendi Imperium?

* *Add. Pufend. de O. H. & C.* II, 9. 7. *ubi modum habendi definit, distinguit etiam* Grotius *inter Regem, qui habet Imperium* plenum, & qui plenè. *Grot. J. B. & P.* II, 6, 7.

(a) *Referunt eo* Dictatorem Romanum, *invito Sulpitio. Alii distinctione rem expedivit. Nam utique Dictatores summum habuisse Imperium usque ad Legem* Horatiam *ac* Duillium *Livius III.* 55. *de non creando in posterum ullo sine provocatione sub pœna capitis Magistratu: Anno U. C. CCCIV. quo tempore Decemviratus è Republ. proscriptus fuit. Antea illis competebat Jus animadvertendi in caput Civium: Jus judiciorum: Jus Pacis ac Belli: ferendarum tollendarum-*

rumque Legum: Jus fœderum, Jus in possessiones ac bona civium: constituendi, deponendi, mutandique Magistratus. Adde quod tot fasces cum securibus Dictatori à Licto ribus prælati. Conf. omnino Dn. Muller. Dissertatione II. de hoc argumento, quæ adjecta est Institutionibus politicis.

(b) Dissentiunt Jo. Bodinus de Rep. I, 8. p. m. 79. edit. Paris. C. ibi: ex quibus efficitur, nec Dictatorem. Kulpis. Exercit. II. §. 9. Pufendorf. de J. N. & G. qui excipit: Dictatori omnes & singulas partes Summi Imperii simul ita commissas, ut intra semestre spatium pro arbitrio illas exercere potuerit, nemo sanus admiserit. L. VII. c. V. §. 15. p. m. 1071. sub fin. 2. ajunt, ad summitatem Imperii requiri etiam perpetuitatem. At hanc in Dictatore non fuisse. Sed 1. quæ Bodinus profert Dictatorum exempla, ex illorum solum erant ordine, quorum potestas dudum Lege Duillia Horatiaque imminuta erat, adeoque huc non pertinent. Alia erat primorum illorum quatuor Dictatorum ratio, è quibus primus extitit T. Larcius (vel Largius): alter A. Posthumius, tertius M. Valerius, quartus L. Quinctius Cincinnatus, quorum ἀνυπευθυνον ac omnino summum fuit Imperium. Liv. II. 8. Ad 2. Resp. durationem esse accidens Majestatis, adeoque salva ejus substantia abesse posse, nec naturam Majestatis immutare. Nullumne E. Imperium summum habuit Carolus V. quia eo se abdicavit? Non ergo habent Optimates, qui definiti reiminis tempore elapso ad privatas fortunas redeunt.

(c) quanquam minus recte à Grotio I, 3, 11. in classem Monarcharum temporariorum referantur ii, qui antequam Reges in suam perveniant tutelam, aut dum furore, aut captivitate impediuntur, curatores Regni ita constituuntur, ut populo non subsint, neque ante legitimum tempus eorum potestas sit revocabilis. Quod exemplum in quorundam Ducatuum Administratoribus habemus. At hi summum Imperium exercent, non suo, sed alieno nomine: adeoque non magis Monarchæ vocari possunt, quam Tutor Dominus bonorum pupilli. Pufendorf. de J. N. & G. VII. 5. 15. & Dn. Wernher. Posit. ad usum Juris Nat. in foro civili c. X. §. 83.

XXX.

Exemplū Regni accisi.

Singulare Regni nimium accisi exemplum apud Gallos proponit *Ambiorix* Eburonum Rex, sua, inquiens, esse ejusmodi

di Imperia, ut non minus haberet in se juris multitudo, quam ipse in multitudinem. Qui etiam ea usus est excusatione, se quod fecerat de oppugnatione castrorum non aut judicio aut voluntate sua fecisse, sed coactu civitatis. (a)

(a) *conf.* Cæsar. *Bell. Gall. V. 27, 3. (non VI. ut allegatur apud Kulpisium) ubi Græcus verba*: coactu civitatis, *sic exponit*: ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῶν τῆς ἐβαρίων πόλεως ἀναγκασθεὶς ἐπιπορεύομαι. *add.* Ger. Brant. *in Cæsar. B. G. VII. 4. p. m. 917.*

XXXII.

Retineri commodè potest summi Imperii distinctio in absolutum, & temperatum. (b) *Absolutum* non vocamus effrenem omnimodamque quælibet agendi patrandique libidinem: (c) sed *facultatem administrandi Imperium*, proprio ex judicio, absque habito ad certa perpetuaque statuta respectu, (d) & prout Reipubl. tempora postulaverint. Quo de pulcre observavit Vir summus, tantum abesse, ut in vocabulo *absoluti* lateat aliquid invidiosum, aut liberis hominibus intolerabile: ut idem potius longè acrioris curæ & circumspectionis necessitatem Principibus injungat, siquidem officio suo & conscientiæ satisfacere velint, quam queis ad præscriptam formulam negotia publica sunt expedienda. (e)

Quid Imperium absolutum?

Quid τὸ ἀπόλυτον in Regnis?

(a) Pufend. *de O. H. & C. II, 3, 7.*
(b) Pufend. *de O. H. & C. II, 9. 5. seq.*
(c) *ut τὸ summum explicare adulatores solent, quorum hæc illatio est: Qui absolutus est, Ei, quod libet, licet.*
(d) Pufend. *d. l. & de J. N. & G. VII. 6. 8.*
(e) Pufend. *de J. N. & G. VII. 6, 8.*

XXXIII.

Temperare* Imperium, unius hominis judicium erroribus haud rarò obnoxium, & genius populi ipseque Civitatis Status nonnullas gentes docuit. Fit autem ista *temperatio* per pacta inter Principem ac populum, illiusque promissum non *generale* illud: (a) sed *speciale*, in quo modus & media in regno administrando adhibenda exprimuntur; ut, cum promittat, se

Quæ causæ temperati aliquando Imperii?

privilegia non daturum, oneri reliquis cedentia: non laturum leges novas: milite externo non usurum, quod utique & conscientiam & regimen Regis stringit. Qui si in Senatum simul sive concilium populi consentiat, ** Legesque Fundamentales condi patiatur, imperium utique temperatum redditur, salva (b) tamen manente (c) summitate.

* *quod fit, quando in ipsa delatione Imperii Civitas voluntatem suam exprimit.* Grot. II, 4, 12.

(a) *v. c. se diligenter invigilare velle saluti publicæ: bonos defensurum, malos coerciturum: justitiam integrè administraturum. Per hoc promissum planè non delibatur τὸ absolutum, quia modus imperandi non describitur.*

** *add. denuo* Pufend. *de J. N. & G. VII. 6, 10.*

Argumenta *Hobbesii* diluuntur.

(b) *Multa sunt, quæ reperunt. Et* Hobbesius *quidem 1. distinctionem summi Imperii in absolutum & limitatum vellicat, quod DEUS ipse Principibus Imperium dederit, adeoque ab hominibus restringi nequeat; & si Princeps pacto obligetur, desinere esse Principem, quia pactum sit Translatio Juris. de Civ. VII. 17. 2. Arguit alius in forma. Cujuscunque potestas per obligationem efficacem diminuta est, ille non est propriè Rex, nec habet potestatem absolutam. Atqui Principis, antequam admitteretur ad Imperium, jurantis vel promittentis. Hoc, ait, argumentum adeo firmum est, ut nihil possit in contrarium adduci. Pugnat enim cum natura summæ & absolutæ potestatis, esse vinculis adstrictum. 3. Ajunt, sic Imperium desinere esse summum, quippe quod vinculo sit ligatum imo populo subjici. 4. Obstare Legem de Rege Hebræorum, quæ infinitam ei potestatem tribuat. 1. Sam; VIII. fin.*

Sed ad primum respondit Auctor: misceri rem cum modo *habendi. Summum Imperium utique à DEO est: at modos habendi ex instituto humano variare ab ipsoque DEO probari, quis non videt? add.* Pufend. *de J. N. & G. VII. 6, 9. 2.* Gradus Libertatis *pro natura genioque Gentis variant, quæ tamen differentia summitatem non tollit, aut veritatem Majestatis minuit.* Lux *est* diluculo, *etiamsi gradibus a pleno meridie discrepet. 3. Pactum illud non transfert Jus, sed restringit* vel exercitium actus, *e. g. nolo gerere bellum sine communicato cum aliis consilio, summumque relinquit imperium, &*

soli

soli quidem Imperanti: vel directè in ipsam cadit facultatem, *e. c. nec volo nec possum gerere bellum, nisi consensu Statuum.* Wir sollen und wollen ꝛc. *ut in* Capitulat. Leopold. §. 2. & *pluries. Summum utique manet Imperium, sed cum Statibus, quoad habendi modum communicatum. Qua posteriori ratione actus promisso contrarius est nullus, non ex vi superiori, sed ob defectum facultatis, quam solus non habet. add.* Vitriar. *Instit. J. N. & G. I, 3. q. 45 &* Pufend. *VII, 6. 10. Quod est fundamentum Communicationis in Republica mixta.*

Ad secundum dico. id incongruè inferre. Aliud enim primò τὸ temperatum cum diminuto. Secundò Imperii summitatem cum τῷ absoluto. Summum *est, licet* absolutum *non sit. Et consensus concilii est conditio sine qua non, publicæ caussa salutis adjecta, & ut conscientiæ Principis consuleretur. Porrò: obligatio hæc nequaquam est à populo, tanquam à superiore, sed ex ipso jure, add. Pufend. de O. H. & C. II. 9, 6.*

Ad tertium, nego sequelam. Non enim sequitur: Hic non potest agere omnia ex propria libidine, E. non habet summum Imperium. Etiam Rex insans est summus, cui tamen tutela & restrictio exercitii non præjudicat. Est & Deus piorum, Rex subditorum, salva distantia, amicus, ac socius. ut egregiè expedivit Osiander, *ad Grot. I, 1, 3.*

In quarto observandum, agi eo in loco de constituendo Principis Statu & Fisco, quam sententiam supra proposuimus. Add. Pufend. de J. N. & G. VII. 6. 9.

(c) Restrictio exercitii *non tollit substantiam Rei; Pertinetque ad modum habendi, non ad rem ipsam. Confer Grot. J. B. & P. I, 3, 16. Apud Persas Rex summo cum Imperio erat: Leges tamen, certa forma, etiam ab se latas, mutare ipsi nefas erat,* Daniel. VI. *8, 12, 15.* Esther. I, *19.* VIII, *8. Conf. Pufend, b. l.* II, *9, 5.*

XXXIV.

Qui regnum habet in Patrimonio,* ei & Jus *illud alienandi* in solidum competit; (a) idq; cum *directè per venditionem, tum per infeudationem,* (b) sub onere commissi ex felonia aut deficiente familia; tum per oppignorationem: In regno autem *non Patrimoniali* Civitas est causa efficiens alienationis, quia in hoc casu agitur de modo habendi Imperiū, qui Modus pendet à *primæva vo-*

Quis alienare Regnum possit?

luntate, (c) & ſub Imperio *per ſe* non comprehenditur. (d) Quod autem Rex non accepit, primæva voluntate, qua civitas conſtituta eſt, id nec uſurpare poteſt, *quamdiu non adquiſiverit*. Atqui facultatem alienandi, ſicut & modum PLENE habendi Imperium hoc in caſu non accepit. Rectè autem à Sapientibus monitum, debere hunc locum æſtimari *ex Formulis Regnorum & quaſi limitibus Imperio poſitis*, quos *Leges* adpellamus *fundamentales*. Multum etiam ab uſu temporum, conſuetudine, moribusque explicari debere. (e) Cæterum actus alienationis eſt nullus, ob diſſenſum populi. Ut pulcrè Grotius: ſi, inquit, contractus ad Regni, ejusve partis, aut patrimonii Regalis, quatenus id Regi permiſſum non eſt, alienationem pertineant, non valebunt, ut facti de re aliena. (f) Quare, ſi Grotium audias, pars civitatis, ni ipſamet conſentiat, alienari à corpore non poteſt. (g) Ratio eſt, quia ſocietas naturaliter non diſſolvitur, niſi mutuo partium conſenſu. (h) Et ſi ſinguli coeundo in civitatem Jus adquiſiverunt, ut non poſſint inviti ex ea ejici (quo enim alias fine coiere?) nec alterius ſub imperium, (i) niſi pœnæ in vicem, ſubjici; pars utique non conſentiens alienari aliique in ditionem tradi non poterit. (k)

* *Ingentem hæc diſtinctio uſum habet etiam* in materia de ſucceſſione in Regnis. *Regna patrimonialia dividi poſſunt inter mares & fœminas, ut in Ægypto & Britannia olim factum. add.* Grot. II. 7. 12. *& alienari quocunque modo. Cum naturali tamen exceptione* voluntatis palàm inhumanæ & belluinæ, *ad populi exitium, aut immenſam contumeliam, exitio proximam tendentis. Cujus generis eſt, quod* Gunnatus *Norvagis devictis Canem Regem dedit; regio honore & miniſteriis proſequendum. add.* Bœcler. *ad II, 7. 12.* Quid ſi tamen fidem dediſſent? *At non poteſt fides adſtringi in rem divino humanoque Jure inconceſſam, & ad Dei, Imperii, omnisque humanæ ſortis injuriam ac ludibrium pertinentem. Quid ſi is, in cujus manu eſt Regem dare, populo Chriſtiano imponeret Regem Turcam aut Mahamedanum? Certè qui Chriſtianos ſub Imperium accepit, vel armis vel deditione, is tacitè obligavit fidem ſuam, ſe non erepturum illis, quod humanis*

Solvuntur aliæ quæſtiones. (1) (2)

humanis Imperiis non subjacet. DEO excepta, nullis pactionibus continentur.

(a) *ut qui armis regnum sibi quæsivit. add.* 1. Reg. IX, 10. sq. & v. 15, 16.

(b) *Notante ad Grot.* II, 6, 9. Gronovio, *Joannis Guilielmi Conqueſtoris Abnepos Angliæ regnum infendavit Papæ.*

(c) *Civitatis scilicet, à qua Princeps imperium recognoscit, quo sensu in Grotianam sententiam quasi agmine facto concedunt Jureconsulti, laudati* Zieglero *ad I. 3, 12. p. 139. add.* Kulpis. *Coll. Grot. ad* II, 6. §. 2. *pag. 62, 63. lit. e. Pulcrè etiam Theologorum Antesignanus* Jo. Gerhardus, *de Magistratu Politico*, §. *LXXXIX.* In Imperio, inquit, constituendo jus ac potestas constituendi sibi Magistratum jure naturali & gentium est penes populum, ut colligitur ex L. 5. hoc jure, ibi: Discretæ gentes, regna condita: Instit. de Justit, & Jure. Nec hoc à jure divino discrepat, sed ab eo potius confirmatur. Sic namque populum Israeliticum alloquitur Dominus Deut. XVII. 15. Eum constitues Regem, quem Dominus Tuus elegerit, 1. Sam. VIII, 19. Neque enim Principes constituerunt sibi subditos (*loquimur autem de Principibus populi suffragio electis, non de Tyrannis, violentis Regnorum occupatoribus*) sed subditi constituerunt sibi Principes. Ergo Principes sunt propter subditos, & commodis subditorum prospicere debent. *Ita* Gerhardus, *qui communia Juris Naturæ præcepta è Verbo DEI exquisitè confirmat. Et si populus conferendo Imperium societatem intendit perpetuam, non alienabilem; Igitur nec Imperans habet facultatem alienandi, nisi mutata populi voluntate. Ita duras conditiones tradendarum Regni partium in manus Caroli V. Cæsaris effugit Franciscus I. Galliæ Rex, qui petenti Carolo, ut Legibus Martianis satisfaceret, respondit: in sua non esse potestate, de Regni Francici corpore aliquid separare, nisi ejusdem Membri Ordinum ac totius Regni consensu ita decernatur, referente in rebus Austriacis* Ponto Heuteto, & *ex eodem* Boecler. *ad Grot.* II, 6, 4. p. m. 214. *Confer Historicos ad A. M D XXVII.*

Modus, habendi Imperium, unde æstimandus?

(d) *Objicit vir doctus:* Penes quem est Majestas, ille principaliter habet potestatem alienandi. *A. penes Regem; ac vicissim: Penes quem non est Majestas, ei potestas alienandi non competit. At penes populum. Sed nulla est majoris utroque in argumento vis; quia Majestas cum modo habendi Imperium nihil habet commune; & à Majestate ad modum habendi N. V. C. Majestas facit, ut quis veram habeat facultatem ac Jura Majestatis, & plenam quidem Majestatem;* tametsi

Cautela necessaria, de regno *quasi Usufructuario.*

Quo etiam respexit D. *Osiander* ad Grot. II, 6, 3.

Non PLENE: Grotius II, 6, 7. *id est, quoad modum habendi.* (2) *regerit, periculosè dici à Grotio, quod Rex sit usufructuarius, quia hæc vox ad privatum dominium respiciat. & sequatur, quod populus sit proprietarius, & consequenter habeat Imperium. Sed non tam Grotius usufructuarium dixit, quam cum usufructuario comparavit. Quâ cautione & noster dicit, Reges à quibusdam CERTO RESPECTU cum usufructuariis comparari.* de O. H. & C. II, 9, 7. β) *Terminus hic, ut & alii, v. c. contractus, pacta, &c. est μίσ & ad privata publicaque adplicabilis. Quod ait, si populus est proprietarius. Ergo habebit Majestatem: in eo nulla est illatio. Namque nec à proprietate ad Majestatem: nec à quasi usufructuario Regno ad negationem Majestatis valet consequentia. Modus enim habendi Regnum cum Majestate non coharet. Conf.* denuò B. Gerhard. *de Magistratu Polit. §. 93. ibi: Si adsunt, inquit, certa pacta, ac si restricta est potestas, tunc nonnisi cum Procerum ac subditorum consensu tale quid suscipere potest.*

Consensus B. *Gerhardi.*

(e) *ita* Bœcler. *ad* II, 6, 3.

(f) *J. B. & P.* II, 14, 12. *post medium.*

(g) Grot. II, 6, 4. *qui non de herilibus Imperiis loquitur, frustra ea propter petitus* Contingio *de finibus Imperii* c. XIX.

(h) *Auctor de O. H. & C. I, 16, 4.*

(i) *Speciosa est ratio, quam & Kulpisius examinavit: Si populus totum potest Imperium alienare. Ergo & partem. Sed Resp. N. C. quia alienans eo in casu est pars, non totus populus.* (2) *Obj. At utique in herilibus Imperiis alienationem absque partis vel totius consensu fieri posse. Resp. de iis hoc sermonem non esse, sed de Imperiis quæ plena, tametsi non plenè habentur.* (3) *Posse tamen in casu necessitatis alienari, quia melius sit partem perire, quam totum. Quemadmodum & membrum corporis humani potest abstindi in conservationem totius corporis; Cur non ergo & membrum corporis Moralis? Grot. II. 6, 4. Et quis dixerit, societatem civilem ita factam esse perpetuam, ut ea potius interire debeat, quam pars alienari? ut regerit Conringius, de finibus c. XIX. add. Bœcl. ad Grot. II, 6, 4. p. 212. Sed 1) Necessitas non tribuit Jus in ea, quæ non habeo. At qui pars major non habet Jus alienandi partem populi, quæ Jus habet consentiendi. 2) Non dicit Grotius, partem populi absolutè inalienabilem esse: sed esse inalienabilem citra consensum, cujus Jus habet*

bet. 3) Diversa est ratio corporis naturalis & moralis. Illius partes sine corporis vita vivere non possunt, & ideo in usum corporis recte abscinduntur; hujus verò partes absque corpore spiritum ducunt, quippe quod voluntate conflatum est, adeoque ex primo consensu metiendum. 4) In casu necessitatis dici potest partem alienandam, præprimis si probabiliter in hostium manus ventura alias esset, amore patriæ in alienationem consensisse, ut membrum, si posset, in abscissionem libens consentiret, ut corpus servaretur. Quo pertinet locus apud Ammian. Marcellin. XVII. 10. Contemne partem, ut cætera regas securus: prudenter reputans, medelarum quoque artifices urere nonnunquam ac secare, & partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris.

(k) Usus de cætero harum quæstionum ingens est in Imperio nostro; v. c. quando Pontifices Romani Donationis Cæsareæ titulum jactant, quæritur: An facta sit donatio? an fieri ab Imperatore solo potuerit? Item de titulo emtionis vend.tionis: an Imperatores, præsertim Rudolphus I. Henricus Luzelburgi.s, Carolus IV. Italiæ vendiderint Jus, quod Imperium & ipsi habuerant? Sic ex Provinciis Italicis ad Imperium Germanicum olim pertinuere. 1. integrum Regnum Longobardicum, in quo adhuc multa ad Germaniæ Imperium spectantia supersunt, ut Ducatus Mantuanus, Mutinensis, Mediolanensis, quas partim occupavit, partem Jure Belli Imperio vindicare annisus est Cæsar. 2. Urbs Roma, Exarchatus Ravennatensis, una cum quibusdam aliis locis, quæ titulo Imperatoris in Carolum M. ac post pari jure in Ottonem M. translata, & hodie sunt in manu Pontificis. Ubi quæritur, num Jus recuperandi ea loca in Italia, quæ titulo Cæsareo verè denotantur, superst nostris Imperatoribus, adeoque an dispositio articuli in Capitul. Leopoldina de iis quoque sit intelligenda? Affirmat Mauritius, ex hac ratione, quia cum tempore Ottonis M. Imperium Rom. cum Regno Germaniæ æterno fœdere sit copulatum, Jus illud perpetuum sine expressa Procerum consensione, neque ab Imperatoribus in Pontificem donationis titulo validè conferri, neque a Pontificibus sine justo titulo potuerit præscribi, qualis titulus ab iis ostendi non possit.

Usus Doctrinæ de alienabilitate Imperii.

XXXV.

Quæstio est: Quatenus ex contractu Regum Principumque

Ut ex contractu Re-

Quæ Antecessorum teneantur, Successores?

que teneantur *Successores*? Grotius, recepta formula, (a) distinguere jubet, an Rex regnum habeat in patrimonio, an verò idem possideat Jure velut usufructuario? Successorem in regno patrimoniali ut in omnia bona, sic in omnia debita constitui. *Usufructuarium* verò non teneri ad exsolvendum antecessoris debita, nisi mediatè, h. e. mediante Civitate. Ratio commodissimè, sicut alibi in Moralibus, ita hoc in argumento *à fine* petitur. (b) Qui finem vult, is etiam media velle censetur. Sed populus vult administrationem salutemque Civitatis. Igitur & media ad eam necessaria. Atqui sine facultate ipsam Civitatem per debita obligandi, sæpe necessitatibus Reipubl. non potest succurri, nec salus ejus obtineri. Igitur & hoc medium velle censetur Civitas, eoque utendi facultatem in Regem contulisse. Ubi tamen addunt, Regem non in eas redigendum esse angustias, ut ipsius contractus non obligent civitatem, nisi utilitas sit præsentissima, qualis negotiorum gestorum natura est, quæ tum demum rata habentur, si utiliter gesta sint (c). Hoc enim & Reipublicæ periculosum & *Regiæ auctoritati minus congruum* esset, ac utrumque vehementer turbaret. Sufficit rationem contractuum fuisse probabilem, h. e. non manifestè absurdam aut iniquam. Sufficit, si bono animo & salubri intentione Princeps obligaverit populum; licet eventus parum respondeat, quia & hic inter privatos non semper præstatur. (d) Legi meretur, qui varia exempla congessit, & Sacerdotum quoque argutias perstrinxit Jo. Bodinus. (e)

(a) Grot. II, 14 10.

(b) *add.* Pufendorf. *Off.* II, 6, 9, 10. II, 7. 1. II, XI. 1. & *de J. N. & G.* VIII, 10, 8. Grot. II, 14, 11.

(c) Grot. II, 14, 15.

(d) Tesmar. *ad Grot.* II, 14, 12. *add.* Seneca *de Benef. VII.* 13. *quibusdam, inquiens, pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent.* Si omnia effecit, ut sanaret, peregit Medicus partes suas.

(e) *de Rep. I, 8. edit. Paris.*

XXXVI.

An donationes Principum revocabiles?

An beneficia donationesque Principum revocari semper possint? quæsitum etiam est. (a) Irrevocabilia esse beneficia, quæ (I) ex pleno concedentis arbitrio, (II) & citra dispendium Civitatis, (III) nec precariò data sunt, non dubito. Cæterùm, si in homines nauci, atque inutiles immodica pecunia sit profusa, ærariumque per ambitionem exhaustum, satis, credo, fuerit, inde revocari, unde publicæ egestatis causa. (b) De PRIVILEGIIS quoque dispiciendum, an rationem modumque habuerint, & an cum FINE CIVITATIS consistere possint? quemadmodum & privilegia, quatenus ad onerandos reliquos cives faciunt, stricte interpretanda sunt. (c)

(a) Grot. II, 14, 13.

(III) Grotius *ait: nisi adsit precarii clausula, i. e. ut tamdiu valeant, quamdiu non fuerit aliter constitutum.*

(b) Pufendorf. *de J. N. & G. VIII. 10, 9. Sic* Succi *ajunt, donationes Christinæ à Carolo XI. Rege Sueciæ fuisse revocatas, quia vires Regni per eas fuerint exhaustæ. Non tamen paucos ob istam revocationem offensos fuisse ostendit* Pufend. *Rer. Brand. V, 9, 249.*

(c) Pufendorf *de J. N. & G. VIII, 10, 9. ubi* Ludovicum, *Galliæ Regem inter pacta & privilegia distinxisse refert, velut illa solum sint revocabilia. Pufendorfius autem monet, non alia privilegia revocari posse (si scopo Civitatis non repugnent) nisi quæ vim precarii obtinent.*

XXXVII.

An electio, an successio sit præferenda?

Uter è communibus Imperium obtinendi modis præferendus sit, *Electio aut Successio?* inter Politicos disputatur. (a) Cæterùm dantur & extraordinarii modi, uti sunt: emtio, venditio, donatio, testamentum, pactum gentilitium, voluntaria subjectio, fors, fors & alii. (b)

(a) *Pro electione facit Status naturalis. Idem argumentum præclarè tractavit* B. Gerhard. *de Magistratu Polit. §. 90.*

(b) Dn. Muller. *Polit. I, 7. Sæpe etiam ἀνυπονόητον diadema portavit; is de quo nulla erat expectatio.* Sir. XI, 5. *ut* Abdolonimus *apud Sidonios Alexandri M. temporibus: apud Romanos* Servius Tullius; *in X. Hebræorum*

brorum tribubus multi. In posteriore historia Romana habemus Imperatores ex fabro ferrario, ex suum custode, ex captivo. Proculus *joco factus Imperator.* Probus & Regillianus *quod eorum nomina placerent. Narravit Varro, tibicinem alicubi, quod arte sua populo placuisset, factum Regem. Vide quantum ex quantillo.*

XXXVIII.

Quid de successione *ab intestato* in Regno Patrimoniali?

Rex Patrimonialis qui nihil super successione disposuit, præsumitur voluisse (a), ut Regnum maneat indivisum, & ut *primogenitus* deinceps genitis præferatur. (b)

(a) *Soloecismus non adeò antiquus huc pertinet, de tentata divisione Monarchiæ.*

Cur Primogenitus succedat?

(b) *α) pacis caussa, quia aliàs fratres non possent non exitialibus inter se discordiis implicari. Et β) quòd hic communiter experientia partaque adeò prudentiâ juniores antecedere censetur, γ) observata verò hac velut sorte naturali nemo fratrum de illata injuria vel contemtu conqueri potest, I, 7, 4. fin. δ) quoniam qui primus natus est, naturaliter reliquos præcedit, & hic ordo sociorum naturalis est. ε) quod mos omnium populorum est, ut natu maximus Imperium habeat, Herodot. in Polymn. Et Livius duorum fratrum Allobrogum de Regno contendentium minorem ait Jure minus, vi plus potuisse. add. Grot. II, 7. 13. & II, 7, 18. Ita Exod. XI, 5. dicitur primogenitos Ægyptiorum omnes percussos à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, i. e. qui sessurus erat ex more gentium. ζ) inprimis primogenituræ Jura strictè observanda populo suo edixit supremus LLator Deut. XXI, 15, 16, 17. de non præponendo filio conjugis dilectæ primogenito exosæ.*

XXXIX.

Quinam præterea ad successionem admittendi?

Requirit salus Civitatum, ut succedere nequeant, nisi qui *nati sunt secundum Leges Patriæ;* (a) adeoque nec nothi, (b)

(a) *quod argumentum est Anglorum, contra Principem Walliæ. Etiamsi nulla de suppositione esset suspicio.* Pufend. *R. Br. 19. 97. p. 1623. Sic* Friderici II. *mater* Constantia *quinquagenaria peperit, tentorio in foro urbis erecto, & præsentibus plurimis nobilibus Viris & fœminis.*

(b) *quia in Regnis personam Regis expedit esse venerabilem: Exceptionem*

nem in Heroibus, ut in Jiphtacho, Jud. XI. 1. fecit DEUS ipse circa Legem Deut. XXIII. 2. Etsi sint, qui Jiphtachum non adultera, sed extranea Matre natum esse arbitrentur; Testis est Flavius, & apud gentes aliquas matre non cive nati νόθοι dicebantur. Add. Grot. de J. B. & P. II, 5, 15. Cæterum apud Ebræos Mater, quæ Legi se abjecerat, natales haud maculavit, neque ad hæreditatem capessendam natis obstitit. Quare merito ea de injuria conquestus Jiphtachus est. Jud. XI. 7.

XL.

Quid Successio hæreditaria?

Successionem nonnulli distinguunt in *Hæreditariam* sive Patrimonialem & *Institutivam*. *Hæreditaria est* in patrimonialibus, & eodem transit modo, quo privatæ, hoc est, per *expressam* ultimi decessoris Dispositionem, (a) quæ Testamentum est: vel *ex tacita* ejusdem voluntate, quæ est fundamentum successionis ab intestato. (b) Ubi præsumitur, eum nequaquam Regnum suum secum expirare velle, sed ut in liberos suos devolvatur. Ratio sufficiens est, communis mortalium adfectus. Nimirum hæc efficacissima caussa est, ut *propinquitas Sanguinis*, ubi nihil expressæ voluntatis extat, mensura sit affectionis. Valere etiam prærogativa Marium & Primogenitura intelligitur. Si Imperium expresse factum sit individuum. (c) Sed & Principis erga subjectos amor cogitandus; quum ergo manifestum sit, concursum Successorum in Regno, non posse non gravissimam Civitati adflictionem, aut prope destructionem adferre: ideo præsumendum non est, in dubio, Regem voluisse, ut populus, à quo tot tantaque commoda percepit, in tam ferale, minimeque obscurum discrimen præcipitetur. Adde quod *Jus primogenituræ* usu generis humani adeo invaluerit, ut Justinus, Ptolomæum mutata hac consuetudine, contra Jus gentium decrevisse pronunciet. Ubi tamen secundogenitis salubri multis in regnis remedio prospicitur, certæ nimirum partis reditu, sub obsequio primogeniti Imperantis, quod barbarè appenagium adpellatur.

quid appenagium?

(a) *Auctor II, 10, 6.*

(b) II, 10, 7. *add. I*, 12, 10. & Ulr. Huber, *de Jure Civit. I*, 7, 6. p. 216. *seq.*

(c) *alias enim sanguinis paterni in prole bullientis caritas, omnes æquè propinquos, pari honore in universum haberi postulat.*

(d) Lib. XVI. *quare si nihil esset dictum à Ptolomæo Patre, nemo dubitasset, quin Ptolomæo Ceraunо, majori filio, potius debita fuisset successio, quam minori Philadelpho.* Ulr. Huber. *I*, 7, 6, 32. p. 218.

XLI.

Cur Mas præferatur fœminis? Illustratur locus *Grotii II*, 7, 13.

Mas etiam præfertur *fœminis*, quod is maturitate judicii & valore sexus videatur aptior, aut citius futurus speretur. An aliter Grotius, L. II. c. VII. n. 13? ubi ait: in regnis patrimonialibus, si dictum sit, ne dividatur Regnum, nec cui cedere debeat, expressum sit, ut quisque natu est maximus, mas aut fœmina, regnum habebit? Putem, à Grotio mares & fœminas non comparari illis in verbis, ut fœmina primogenita mari præferatur: sed ut primogenitum marem, vel si mas non sit, tum fœminam vocari velit. (a)

(a) *nec abit ab hac expositione* Huberus *de Jure Civit. I*, 7, 6. 41. *pag.* 218.

XLII.

quid Successio institutiva?

Successio *Institutiva* est, quæ defertur secundum voluntatem ac institutum ejus, qui primum Imperium fundavit, sive populus fuerit, sive major Princeps, qui Imperium in alium contulit. (a) Cæterum hæc iterum vel (b) hereditaria simpliciter est, vel linealis. (c) Ratione sexus successio dividitur in *Francicam* & *Castilianam*.

quid agnatica?

Illa, quæ & *Agnatica* audit, soli mares obtinent regnum, exclusis fœmellis. * Qui mos in Gallia Lege Salica confirmatus est.

quid Cognatica?

Hac, quæ *Cognatica* dici solet, si mares desint, fœminæ etiam sceptri capaces sunt; ut in Regno Castiliano & aliis. (d)

(a) *Auctor* II, 10, 8.

(b) II, 10. 9. (c) II, 10, 10.

* *LILIA non nere, ajunt ex Evangelio. Conf.* Beckmann. *Notit. Dignit. Illustr. Dissert. VI. c. III. §. 5.*

(d) Grot. I, 7, 12.

XLIII.

XLIII.

In lineali ſucceſſione (a) de una linea non fit tranſitus in alteram, quoad ex priore aliquis adhuc ſuperſit: licet forte exiſtat, qui propiore gradu proximè defunctum attingat. (b) Succedit etiam *Regis Nepos præ patruo*, quia mortui habentur pro vivis: (c) adeoque minor frater ſuperſtes Regis, majoris fratris filio in lineali ſucceſſione præferri non poteſt. (d)

Quæ ratio ſucceſſionis linealis?

(a) *Sæpius acriterque ventilata quæſtio eſt: An in ſucceſſionibus reſpicienda* propinquitas lineæ, an gradus? *Jus* Francicum *præfert proximitatem lineæ.* Longobardicum *proximitatem gradus.* Saxonicum *verò ſimultanèe inveſtitos vult præferri. Sub finem elapſi nuper Seculi Fridericus Guilielmus Dux Regens Mecklenburgicus Sverinenſis, defuncto ſine liberis Guſtavo Adolpho, Guſtrovienſi, poſſeſſionem Guſtrovii adprehendit ex capite Juris primogenituræ, & Succeſſionis linealis, juxta diſpoſitionem Jo. Alberti I. Sed Patruus ejus minor natu* Adolphus Fridericus, *Dux Strelizienſis Meklenburgicus, ſucceſſionem prætendit ob proximitatem gradus. Tandem ab Imperatore adjudicatus Frider. Guilielmo eſt Ducatus Guſtrovienſis, ut primogenito primogeniti: Cui ſine prole decedenti ſuccedat Carolus Leopoldus ſecundogenitus Lineæ Primogenialis, vel deſcendens ejus Linea. Adde* Imhof. *Notit. Proc. IV*, 5, 14. *qui tamen, antequam Imperatoris Edictum repeteretur nuperè, ſcripſit.*

An reſpicienda propinquitas lineæ, an gradus?

(b) *Prætendit ob propinquitatem gradus Succeſſionem, in Electoratu Palatino* Leopoldus Ludovicus, *Veldentinus Comes Palatinus, defenſum à Jo. Schiltero; & de ſucceſſione in hujus bona diſputatum ex Jure primogenituræ & propinquitate gradus. Conf.* Imhof. *Notit. Proc. Germ. IV*, 1, 15. *Edit. noviſſ.*

(c) *Bœcler. ad* Grot. *II*, 7. 30. *pag.* 348.

(d) *ſic intelligis Kulpiſiana ad II. 7. §. 7. p.* 69.

XLIV.

Ratio *ſubjectionis ex Bello*, non eſt Jus modo victoriæ & quod vitæ parcitum ſit: ſed & conſenſus devicti, qui aleam Belli ſubeundo in omnem belli eventum cenſetur conſenſiſſe. Namque qui in bellum conſentit, non obſtante omni, qua hu-

Quæ ratio ſubjectionis bellicæ?

manitus possibilis est, præparatione & vi cogitare debet, (a) se velut per aleam vinci posse. (b)

(a) *Victus ab Ahabo est* Benhadad, *qui per audacem hyperbolen dixerat:* Si m lites singuli pugillu n aufe ant, de terra Samariæ nihil remansurum. 1. *Reg. XX, 10. Ab exercitu Xerxis flumina si cata, Græciamque omnem vix capere exercitum ejus potuisse narrant Historici.*

(b) *Unde* Benhadado *Achabus*: Ne g'orietur accinctus æquè ut discinctus. 1. *Reg. XX, 11. Nolo triumphum canere ante victoriam, qua parta ponuntur arma.*

XLV.

Quæ causa Regnorum hæreditariorum?

Hereditaria autem Regna fecere populi, ut certi quid esset, & reverentia conciliaretur ex sanguine: Simulque ex genere & educatione spes esset præclaræ virtutis & regni possessor regnum magis curaret, animosiusque defenderet, si id ipsum iis relicturus esset, quos ipse ob acceptum beneficium aut ob caritatem maximi faceret. (a) Cæterum f ndamentum *Successionis* Linealis cognaticæ est spes populorum de optima educatione eorum, qui spem regni habent justissimam, quales sunt, quorum Parentes si viverent, essent successuri. (b) Agnatica sive Francica introducta est, ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum sanguinem Imperium deveniret. (c)

quod fundamentũ Successionis Linealis Cognaticæ?

(a) *Grot. II, 7, 19.*

(b) *Grot. II, 7, 22, 23.*

(c) La couronne de France ne tombe pas en quenouille. Lex, ut ajunt, Salica.

XLVI.

Unde magna Legi auctoritas accedat?

Legi nihil magis auctoritatem addit, quam si ad eandem, ubi materia ejus in ipsum quoque cadit, ultro Imperans sese componat: (a) etsi ipse directè Legibus civilibus non teneatur. (b)

(a) Tacitus *Annal. L. 3. præcipuus adstricti moris auctor* Vespasianus *fuit, antiquo ipse cultu victuque. Obsequium inde in Principem & æmulandi amor, validior quam pœna ex Legibus & metus. Hæc demum est ἡγεμονικὴ πειθαρχία Sir. X. 1. & eo Grot. Martialis:*

Nemo suos; hæc est aulæ natura potentis,
Sed Domini mores Cæsarianus habet.

Quin-

Quintilian. *Declam. 8. Hæc est conditio Principum, ut quidquid faciant, præcipere videantur.*

(b) *Potest tamen Lege sua obligari indirectè, per reflexionem, qua scil. pars est communitatis ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri. Quod à Saule in regni initiis observatum notat sacra historia* 1. Sam. XIV. 40. *add.* Grot. II, 4, 12. *Item ubi ratio & materia Legum sunt universales.*

XLVII.

De *Studiis* (a) *atque educatione Principum* id recte monitum, ea inprimis instillanda studia iis esse, quæ ad plenam officii cognitionem pertinent. Quæ inter primum locum obtinet Historia patria, Legesque & genius, cui præfuturi sunt, populi, (b) quorum ignorantiam infelix plerumque ac turbulentum Regimen consequitur. Sed & huc præ aliis referenda Status, cui præsidebit, accurata ac omnimoda notitia. (c) De Studiis & educatione Principum.

[a] *Ea sunt, Linguarum exoticarum, Gallicæ, Italicæ, Anglicæ peritia. Arithmetica, Geographia, Historia, Geometria, Mechanica, Calligraphia, Logica,* non ad Syllogismorum anxiam compositionem, *sed mentis exercitationem: Politica. In Physicis è Museis & Gazophylaciis; in moralibus per exempla potius quàm subtilia præcepta informandum. Confer.* Morhof. *Polyhist. Literar. L. II. c. XII. qui & Scriptores de educatione Principum enumerat; & Kulpisii Epistola de Studio Juvenis Nobilis rectè instituendo. In vita omni timor DEI, ac metus Numinis cum Christianæ fidei fundamentum sedulò inculcetur, & quod Princeps DEO reddere rationes, æquè ac infimus subditorum teneatur. Prostat de hoc argumento insignis Oratio à* Paulo Fuchsio, *cum Hereditario Principi Electoratus Brandeburgici, nunc & Borussiæ Regni, Ephorus præficeretur, habita.*

[b] *hinc eximiè Auctor b. l. quam penitissimè, inquit, ipsi conditio sui Status, subjectique indoles populi est cognoscenda.*

[c] *Exemplo insigni est* Fridericus Guilielmus *Brandenburgicus, apud Pufend. R. B. 19, 104. p. 1633.*

XLVIII.

Tria sunt boni ac felicis Principis fundamenta: (a) *Consilium:* (b) *Vires:* (c) *existimatio.* Quæ Principis felicis fundamenta.

[a] *quod*

[a] *quod vel interuum vel externum conf.* Sebastiani Cæsaris de Menesses, *Lusitani summa Politica à Cl. Welsio edita.*

[b] *Potens erit Princeps, si ei præsto sint fidelitas, amplitudo, concordia, arma, opulentia.*

[c] *propter exteros, apud quos audire debet DEI consilio insignis, viribus egregius, exteris nationibus commendabilis.*

XLIX.

De Ministris.

Benè aut malè à Ministris gestorum imputatio aliquando in Principem redundat. (b) Cæterum ipsorum Ministrorum Regula esto: *Ne quid nimis.* (c) Misera demum res, ubi stultus est positus in potestate sublimi. (d)

[a] *de Ministris, Dominorum aliquando Dominis legendus omnino* Berneggerus *Observat. XXXI. Prostat etiam Dissertatio Hornii de Sejanis.*

[b] *I, 1, 18. quæ ratio & generalis est & fundamentalis.*

[c] *Ad aulam, pariter ut ad ignem,* ne vel uratis vel frigeas, *Sir. XIII, 13. Characterem* Nimiorum *delineat Artaxerxes Fragm. Esther. Parte II. v. 2, 3, 4.*

[d] *Coh. XI. 6. Pelluntur aliquando à Regibus Sapientiæ Professores, qui suspecti ipsis sunt; artesque adeò bonæ omnes in exsilium aguntur. Vidi servos super equos, Coh. XI. 7.*

L.

De Oeconomia Regum.

Providendum, ut erogationes reditibus respondeant, & qua hi non pertingunt, à parsimonia & circumcisis sumtibus non necessariis (a) subsidium petendum.

[a] *Exemplo esse potest Aula Magni Ducis Florentiæ, cujus parsimonia in victu Magnificentiam non ledit.*

LI.

& Cura rei familiaris Civium.

Curandum inprimis à Principe est, (a) ut res familiaris Civium glisçat. (b) Ac duo præcipuè vitanda: ne impositione tributorum vel invidiæ, vel justæ populi querelæ fiat locus; (c) vel aculeata scorpionum severitas noxam publicæ rei adferat. 1. Reg. XII, 11.

[a] *non ut ex Civibus fiant mendici. Vide* Sekendorfii Fürsten-Staat/ & *Reinkingii Politia Biblica.*

[b] *vid.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [510] - 500
PUBLIC DOMAIN

[b] *vid. omnino* B. Danhau. *Polit. Bibl. p. 6*

[ ] *hoc inprimis curavit Frider. Guilielmus, de quo in ejus historia vid.* Pufendorfium, *sub fin.*

LII.

Ad parsimoniam revocandi Cives per Leges sumtuarias, (a) queis sumtus superflui prohibeantur, inprimis illi, per quos opes Civium ad exteros transferuntur. (b) Quid leges sumtuariæ?

[a] *ubi tamen plus valent exempla quàm Leges Imperantium. Quæ ubi deficiant, frustra sæpe sunt Leges. Obstat etiam haud raro improborum mentium contumacia, uti Elisabethæ, R. A. cum vestium luxum coercere in animo haberet, accidisse memorat* Camdenus *ad A. 1574. Add. Zentgrav. de Jure & Justitia p. 288. sq.*

LIII.

Inprimis etiam summorum Principum est muneris, in pace de Bello cogitare vel instruere, (a) armamentaria (b) adparatusque bellicos adornare. Ut in pace de bello cogitandum?

[a] *laudat hoc in Rebus Brandeb. Pufendorfius de Frider. Guilielmo Magno.*

[b] *quæ vocantur* Magasin, *si Grotio fides, à belli Deo Mazin, apud Phœnices sic dicto: qui* Ἄρης *dictus Juliano in hymno Solis, Dan. XI, 38.* unde Magasin dicta?

LIV.

In *ferundis in Civitate* Legibus ad genium populi non saltim, sed & ad vicinos respiciendum est. Quod apud Ebræos observatum in Lege de Usuris; * unde frequens apud Magistros sententia occurrit, quædam permitti pacis ergo, quædam prohiberi propter mores Amorrhæorum sive Ethnicorum. (a) Cæterum, solennis JCtorum formula est, se non disputare de Legibus, sed ex Legibus. Itaque *ex Jure naturali & Regulis* Christi de natura Legum prius dispiciendum erit. Quid circa Leges civiles tenendum?

* *Deut. XXIII, 19, 20. Conf. supra* Exercit. VIII. §. XLII.

(a) *Dn. Hert. II, 1, 46. p. 24.* Lightfoot. *Hor. Hebraic. ad Act. XV, 20. conf. Exod. XIII, 19. XX, 4. Deut. XIV. 1.*

LV.

Quando mutandæ Leges?

Neque ob quodlibet incommodum, sed ob maximum Leges sunt mutandæ. Apud *Locros*, qui volebat novam Legem ferre, suadens eam, cogebatur dicere collo in laqueum inserto, ut si placeret Lex & judicaretur utilis esse, dimitteretur suasor incolumis, laxato laqueo: Si non placeret, adstricto laqueo mox strangularetur. Quam Legem tulit *Zaleucus*, & Leges à se latas immane quantum communivit. (a) Quam ob causam Leges Mosaicæ quolibet anno septimo prælegi jubentur. (b)

[a] *vide Demosthenem Orat. contra Timocratem.*

[b] Deut. XXXI, 10, 11.

LVI.

Qui finis Legum?

Leges Civiles *ad Decus* (a) *& Tranquillitatem* Civitatis feruntur.

(a) Pufend. *hoc libello, I, 7, 2. I, 12, 6. multa enim in Lege naturali definita non sunt, sed liberè indulta, quæ tamen uniformi modo temperari Decoris, & tranquillitatis publicæ interest. e. c. Feræ bestiæ naturaliter à quovis capi possunt, ea tamen licentia ex fine Civitatis potest, imò debet restringi. Conf. I, 15, 3. ubi usus bonorum dicitur restringi, v. c. per Leges sumtuarias, quas omnino Decus Civitatis exigit. I, 14, 5. I, 12, 12. edit. vet.*

Exponuntur varia Auctoris loca.

LVII.

An & Lex humana obliget in Conscientia?

Lex humana etiam habet (a) vim obligandi in Conscientia.

[a] *mediatè scilicet, per jus naturale, cujus inter præcepta est, legitimis Imperantibus esse parendum. I, 12, 8. Conf. supra* Exercit. III. §. 25.

LVIII.

Ut Leges differant à ussis peculiaribus? quid Mandata?

Differunt Leges Civiles à peculiaribus Imperantium summorum jussis, (a) etsi singulis Cives obsequium debeant. Ea verò simpliciter immutabilia decernere, ab humanarum vicissitudinum temporumque conditione, ac ipsorum quoque Imperantium conscientiâ videtur alienum. (b)

(a) *uti sunt:* Mandata & Rescripta. *Illa jubentur ad certum tempus citra stabilitatem. ut, si jubearis hoc tempore in armis præsto esse. Hæc sunt*

sunt placita superiorum ad supplicationem pertis vel dubitationem Judicis prodeuntia. Add Becmann. Medit. Polit. XIII, 10.

Rescripta, quid?

(b) *Exemplum habes Dan. VI, 7, 8. Græci vocabant χάριν βασιλικὸν. add. Esther. I, 19.*

LIX.

Superſunt vexatæ circa potiſſimam Summi Imperii affectionem, quæ Sanctimonia dicitur, quæſtiones. Ut: An ſubditi poſitivè poſſint reſiſtere * Principibus? quæro, poſitivè: nam de eo, quod negativè, (a) *& malorum pia deprecatione, & obſequij in rebus divino Interdicto exceptis detrectatione* fit, non diſputatur. Nos negantem contra *Monarchomachos* (b) defendimus, *primo*, quia poſita reſiſtendi Licentia Civitas finem ſuum, qui eſt ſalus tranquillitasque publica, nunquam poſſet conſequi. Tuti eſſe navigantes nequeunt, ſi plebs juſſa gubernantium contemnat. Itaque cum pax & ordo ſit finis Civitatis, dubitandum non eſt, quin voluerit Jus reſiſtendi prohibitum, quoniam alias non poſſet finem ſuũ conſequi. Quia, *ſecundo*, non civitas eſt, ſed confuſa turba, nemo ubi audit neminem; quia *tertiò*, divina etiam Lege mortis reus declaratur, qui inobediens fuerit Rectori populi, & perſona Regum, quia *uncti ſunt Domini*, ſemper habita fuit venerabilis. Dubitant nonnulli an Grotius recte ad *1. Pet. II, 12.* provocarit, quia cives non ſint ſervi; rectius exemplum filiorum heic urgetur, qui parentum moroſitatem patienter ferunt, & in eos, tametſi duros ferrum nunquam ſtringunt. (c) *Singulare argumentum* eſt à ſingulari Numinis erga Reges cura, compluribus exemplis comprobata. Sic *Alphonſus, Arragoniæ Rex*, nobilis ille literarum Præſes, Titi Livii Patavini hiſtoriarum libros, à Coſmo Medice Florentino dono miſſos, quos cum metu veneni attrectare Medici vetabant, arripuit, evolvitque, adſtantes autem compoſito ad gravitatem vultu verbis hisce compellavit: *An neſcitis Regum animas privatorum libidini haud ſubjectas eſſe, ſed ſub cura DEI latas ſecuras que agere?* Re-

An ſubditi poſitivè poſſint reſiſtere?

ctè tamen monent Scriptores, interque eos *Kulpisius*, aliquando objectum mutari.

* *apud Anglos vulgatum his temporibus nomen est*: Case of non Resistence.

(a) ut objiciendo Clypeum, *ait ὁ πολιτικώτατος Kulpisius ad Grot. I, 4. p. 27. moderatam, sed non offensivam instituendo defensionem.* Lipsius Polit. VI. 5. è *Tito Livio: III, 53.* Quisquis est inter subditos, si me audis, scutum Tibi magis, quam gladium commendo.

Qui Monarchomachi? Quis *Stephanus Junius Brutus?*

(b) *Monarchomachi sunt* Stephanus Junius Brutus, *sive* Theodorus Beza, *ut habetur in editione Ægidii Valkenierii, Amstelod. 1660. quod ægrè tulit Senatus Genevensis. sive Phil. Mornæus, ut vult H. Grot. sive Hubertus Languetus, ut Kulpis. Coll. Grot. p. 23.* Franciscus Retcmannus *in Franco-Gallia.* D. Pareus, *Comm. in Ep. ad Romanos, quem manu carnifi. is A. M DC XXII. comburi, & publica Oxonienſium censura configi jussit* Jacobus I. *Rex Angliæ; & alii, quorum Historiam pertexuit* Jo. Nicol. Hertius *Opusculorum Tomo primo.*

Inviolabilitas sanctitasq; Principum è *sacris porrò profanisque Scriptoribus* urgetur.

(c) *quod protè perspexit David,* unctum Domini, *quia Talis, interficere nolens. 1. Sam. XXIV. 7, 11. & XXVI. 9, 11. cum* unctorum Judex *sit Dominus, 1. Sam. XXIV. 13. quos ipse percutere, periodumque ipsis figere solet, quo se David erexit. 1. Sam. XXVI. 10. Nec imprudenter sanè armiger Saulis veritus est* Regi Dominoque *suo manus inferre: tametsi volenti 1. Sam. XXXI. 4. quia ultor est, quisquis successit. Adde 2. Sam. I. 16. de Davide Amalekitam, Saulum à se occisum esse mentientem ultimo adficiente supplicio. & 2. Sam. V. 12. ubi in percussorem Jebosethi hostis sui, idem statuit Davides. Quorsum & illud* Taciti, *post narratam cædem* Galbæ: Plures quam CXX libellos præmia expoſcentium ob aliquam notabilem illo die operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri & interfici jussit: non honore Galbæ, sed tradito Principibus more munimentum ad præsens, in posterum ultionem.

LX.

An liceat resistere Invasori?

De Tyranno, (a) quis ille sit, circumspectè loquendum, repetendaque disciplina *Ostandri* superius laudata. Cæterum invasori ut tali quin liceat resistere dubium non est, ob defectum Juris imperandi. (b) Rex autem qui Imperium abdicavit, aut

aut manifestè pro derelicto habuit, si Grotium audias, pro privato deinceps est habendus. (c) quid si Rex abdicavezit?

[a] *adde omnino* Vitriar. *Instit. J. N. & G. ad Grot. I, 4. p. 54.* & Boeder. *Dissert. Polit. XVI. p. 406. sq.*

[b] *aliud est, si Jus habeat pacto aut armis victricibus quæsitum.*

[c] *nobile hoc argumentum tractavit Vir erudissimus*, Jo. Christianus Müldener, *in Positionibus inauguralibus Erfurti A. 1692. defensis.*

LXI.

Summo Imperio sive potestati respondet *Subjectio*: quæ est qualitas subditis inhærens, obligans ad fidem, obsequium & reverentiam imperanti præstandam. Generatur per pactum, cui hodie ex more plerorumque populorum accidit sacramentum, quod barbarè vocatur homagium. quid subjectio? quid homagium?

LXII.

Objectum subjectionis sunt omnia Imperio civili non exemta. Eximuntur verò quædam sive naturâ sui, sive voluntate civium. Ut alicubi Tertullianus: Oportere nos in omni obsequio esse subditos Magistratibus, Principibus, & potestatibus, sed intra limites disciplinæ. Ubi tamen notandum, etiam animum hominis, licet immortalem & liberum, summo Imperanti ejusque Jussis obligari: non quidem directè, sed obliquè, & interponente se ac efficaciam conciliante Jure divino & naturali. (a) quid objectum subjectionis?

[a] *Pertinet huc distinctio* Suarezii *L. I. de LL. c. 1. an Lex data sit de exercitio actus, sive aliquid fieri vel non fieri præcisè injungat? v. c. ut solvantur tributa; an verò lex data sit de specificatione actus, sive actui formam aut solennitates circumponat? Priore casu Legem neglectam vulnus conscientiæ infligere; Posteriori actum tantum irritum efficere. e. g. Lex quæ testamenti solennitates præscribit, add.* Hert. *Elem. I, 6, 28. p. 149.* Notabilis distinctio Suarezii.

LXIII.

Quæ Forma Subjectionis?

Forma Subjectionis ad Majestatem consistit *in fide, obsequio* * *& Reverentia, Fides* ex pacto resultat, cui ex natura rei insunt obsequium & reverentia. *Hujus* signa varia apud populos sunt, prout hi vel civili vel despotico imperio utuntur, aut illa diuturnis moribus introducta sunt. (a)

* *quod patet ex unione voluntatum II, 6, 5.*

[a] *apud Turcicum Imperatorem hodie etiam summæ dignitatis purpurati nonnisi brachiis decussatim ventri impositis comparere possunt. In Russia magnum Ducem, qui scripto adeunt, diminutiva nominis sui appellatione se insigniunt; ut Petruske loco Petri, Iwaske, loco Joannis & quæ sunt hujus generis. Conf.* Becmann. *Notit. Dignit. Ill. Diss. VI. & Hert. I, 6, 28.*

COLLE-

COLLEGII PUFENDORFIANI

EXERCITATIO XII.

Summa.

I. Ut summo imperanti competat Jus in Vitam Civium *directè*? II. Ut *indirectè*? III. Quid existimatio & quotuplex? IV. Quid *intensiva*? V. An infamia accedat ministro executionis? VI. Unde oriatur Jus poscendi ab alio honorem ex jure perfecto? VII. Quis modus finiendi litem *in præcedentia Principum*? Ubi & de *insignibus*, & Arte Heraldica. VIII. Quid Dominium eminens? IX. Quid Fiscus? quid ærarium? quid vectigal? quid tributum? X. Quid Bellum? XI. Quæ argumenta pro Jure Belli. XII. Quousque Grotiana probandi habeant vim? XIII. Quæ *causa belli justifica*? XIV. Quomodo Rector innectatur culpæ subditorum? quod Jus Receptus? XV. Quid *Repressaliæ*? XVI. An justè bellum geratur pro Sociis? XVII. Quid Ἀνδροληψίαι? XVIII. An ad bellum requiratur vocatio? XIX. An militare liceat in Bello injusto? XX. Quis modus agendi in bello? XXI. Qui adhibendi in bello? XXII. Quod Officium *Neutrorum* in bello? XXIII. An & veneno interficere hostem liceat? XXIV. An & immissis percussoribus? XXV. Quid in *Consultatione de Bello* tenendū? XXVI. An? & quomodo fieri debeat *significatio*? XXVII. Quod Jus spolii? XXVIII. & Prædæ? XXIX. An & res *incorporales* Bello adquirantur? XXX. Quibus parcendum in bello? XXXI. Quid *Ratio Belli*, vulgo *Raison de Guerre*? XXXII. Quanta adversus hostem licentia? XXXIII. Ut distribuenda Spolia? XXXIV. Remedium pro tuenda belli disciplina. XXXV. *Quid induciæ*? XXXVI An Jus belli competat Ecclesiæ in partes terrarum hactenus incognitas? XXXVII. Ut præcavendum bellum? XXXVIII. An bellum ex utraque causa justum esse possit? XXXIX. Quid alibi tractari occasione *Juris Belli* soleat? XL. *Pactum & fœdus*, quomodo differant? XLI. Quid Fœdera *Naturalia & Civilia*? XLII. Quid *comitas* in fœderato adversus confœderatum? XLIII. Quid fœdus *reale*? quid *personale*? XLIV. Quid *Sponsiones* apud Romanos? quid *Garantia*? XLV. Quid de consilio Grotii circa fœdus contra Turcos censendum? XLVI. An liceat *fœdus cum infidelibus* inire? XLVII. An fœdera de objectis naturâ notis repudianda? XLVIII. Quæ porro divisio Fœderum? XLIX. Quot ordinum Cives? L. Ut dividantur ratione *ætatum*? LI. Ut ratione *qualitatum*? LII. Quam varii *opifices*? LIII. Quod officium *Docentium*? LIV. *Judicum*? LV. *Militum*? LVI. An Civibus de Civitate abscedere liceat? LVII. An Civitas desinat ex vitio? examinatur locus Ciceronis de Republica tertio; subjungiturque, DEO clementer juvante, Epilogus. DEO O. M. sit Laus in æternum. Ipsi sit Gloria. Ipsi Honos; Ipsi Regnum & Virtus, & potentia, qui est & erit OMNIA IN OMNIBUS.

§. I.

Ad Libri II. Cap. XIV. XV, XVI. XVII, & XVIII.

Quomodo Imperans habeat Jus *directum* in vitas Civium?

§. I.

Directè vitam Civibus adimit summum Imperium ob (a) atrocia delicta & per modum pœnæ. Cujus Juris fundamentum, cum in ipsa delictorum quorundam natura tum in fine civitatis consistit; (b) qui, *nisi extremum aliquando malum repræsentari queat*, & morte quorundam reprimatur aliorum audacia, obtineri nequit. (c)

[a] *inde nata talio, vel proportionalis Exod. XXI. 23. & Compensatio exæquatoria. Conf.* Tract. de Jure Pœnarum *n. VI, 1.*

[b] *ubi, ut* Seneca *dixit, interdum* ut pereant interest pereuntium; *faciuntq; eo Leges foreases. Qualis extat e.g.* Exod. XXI, 12. *de homicidio, cujus manifesta est ratio. Nam qui occidere alium dolo malo non veretur, ab illo cæteris nunquam satis cautum erit, nisi eum vita exturbent. Gen. IX. 6. & vitæ profusæ nulla videtur compensatio nisi fuso vicissim sanguine.*

[c] *Nec obstat lenitas DEI in novo fœdere. Huc pertinet* tota Tractatio nostra de Jure Pœnarum, *quæ vicem justæ Commentationis hoc sustinebit.*

II.

Ut Jus in vitam Civium *indirectè* exerceatur in vitam Civium? Quod fundamentũ Juris *Obsidum?* Quibꝰ parcendum in eductione bellica?

Indirectè verò Jus in vitam civium (a) exercet Summum Imperium, ad vim aliis publici boni causſa inferendam, vel illatam ab exteris fortiter propulsandam, uno verbo: ad bellum eos vocans (b) aut compellens.

(a) *ubi non id agitur de industria, ut cives vitam amittant, sed dum taxat periculo mortis vita eorum exponitur. Pertinet huc traditio* Obũdum, *quæ aliquando ex hoc Jure justa, quia necessaria.*

(b) *quibus tamen parcendum in eductione bellica sit? suadet Lex forensis* Deut. XX, 5. *novarum videlicet ædium conditori, novitio item vineæ cultori & Neogamo,* Deut. XXIV, 5. *demum & timidis, ne alios metu suo deterreant, & exercitui adferant nocumentum. Quid enim miles timidus? vide* Cæsarem *ad suos.*

III.

III.

Existimatio est *valor & quantitas personarum*, & quidem vel *simplex* vel *composita*. *Simplex* vel *absoluta* est vel *hypothetica*. *Absoluta* dicitur, quæ ex Statu humanitatis, sive conditione hominum qua tali resultat, & in Statu potissimum naturali spectatur. (a) *Hypothetica*, quæ resultat ex instituto humano, *Statu scilicet Civili* simpliciter considerato: quando quis in civitate pro (b) integro ejus membro habetur, neque ejus famæ macula est inusta.

quid existimatio?
quid simplex *absoluta*?
quid *hypothetica*?

(a) *per quam quis consequitur, ut ab aliis communis Naturæ particeps æstimetur, in ipsumque exerceantur officia ex conditione humana præcisè spectata sinentia. Ea verò excidit, qui contemnit alios, vitæque eorum ac bonis insidiatur. conf. suprà I, 8, 4.*

(b) *Ea integritas partim ex conditione vitæ, partim ex morum honestate venit. Unde deficit partim* ob Statum, *partim* ob delictum. *Status, qui ab hac existimatione arcet, vel* originarius *est, qui aliquem sub initium statim, cum in Civitatem venit, comitatur; vel ex* postfacto superveniens, *cum quis nimirum ad tempus tanquam integrum Civitatis membrum vixit, postmodum autem existimationis jacturam patitur;* Originarius *rursus vel* naturalis *est; qui ab ipsa statim nativitate adest, ut puta, si quis ex servis Parentibus nascatur: vel* adventitius, *qui in iis conspicitur, qui in bello capti in servitutem rediguntur. Ad Statum, ex quo existimatio deficit, pertinent etiam quæstus, qui sordidi sunt; ut sortitorum, fœneratorum, mercenariorum. Conf.* Cicer. *de Offic. I, 42. omninò. Sed & ex delicto oritur vilitas, cum propterea* Jus Civitatis *amittitur, quod Romani exprimebant per mediam capitis diminutionem: qualis contingebat olim per deportationem, interdictionem aquæ & ignis & hodie iis æquivalet* declaratio in Banum Imperialem; *relegatio & condemnatio ad remos, aut opera publica. Conf.* Jo. Balth. Wernher. *Dissert. de Modo obligationem hominum, qua talium, mutuam scientificè demonstrandi.*

quomodo *integra* servetur existimatio hypothetica? ut *deficiat*?

IV.

quid intensiva?

Intensiva existimatio est quantitas (a) Moralis, qua inter eos qui civiliter sunt æquales, alii aliis anteponuntur.

(a) *ejus fundamentum est* præsentia peculiarium *qualitatum, quas æstimare homines & propterea unum altero pluris facere solent.*

V.

An infamia accedat Ministro exsecutionis?

Potest vera infamia contrahi, dum quis jussa civitatis (improba) per modum nudi Ministri exequitur. (a) Quid si enim innocentem alieno nomine violet! Num alienus erit à reatu læsorum Jurium Humanitatis?

(a) Pufend. *hoc opusculo, II, 14, 10. ubi Auctor secum sentit. Atqui talis non ad præscriptum Legis naturalis vivit, uti tamen supra monitum: II, 14, 3.*

VI.

Unde oriatur jus perfectum poscendi honorem?

Jus *perfectum* poscendi ab altero honorem oritur (a) *ex Imperio*, (b) *ex Pacto* aut concessione, (c) & *ex Lege*.

(a) *I, 2, 5.* (b) *uti* Belgæ Anglis *debent* velorum demissionem, *quam si recusent, justam iis bellandi causam suggerunt.* Beeman. *Polit. Parall. VI, 5, vi pacti de A. M DC LXXIV.*

(c) *quemadmodum assignatum à Summo Imperio in Civitate locum quivis ex* Jure perfecto *tenet, adversusque violantem tuetur I, 7, 3. & I, 7, 5. II, 14, 16.*

VII.

quis modo finiendi lites de præcedentiâ Principũ?

De *Præcedentia* titulisque Principum illustres sunt Controversiæ, & quæ longas sæpe moras optatis congressibus injecere. (a) Ubi extremum aliquando remedium est, ejusmodi conclavia comminisci, ut judicari nequeat, quis primum obtineat locum. Cæterum ad doctrinam de Existimatione referri potest elegans & jucunda materia de Nobilitate, ejusque origine, characteribus, & privilegiis; quam quidem Auctor in Opere Majori pro dignitate tractavit. (b) Pertinent etiam ad hunc locum *signa titulique honorum*; (c) Speciatim *insignia*, eorumque cum origo, tum usus, quod argumentum peculiarem hodiè disciplinam meruit. (d)

De Insignibus & arte *Heraldica*.

(a) *conf.*

(a) conf. Pufendorf. *Hiſt. Rer. Brandeb. paſſim, de præcedentia inter Electores & Venetos I, 53. II. 17, 23, 24. IV. 36. inter* Electores & Belgas *I, 55. II, 17, 71. cum* Auſtriis *II, 25. c. XVIII, 76. §. 53. Id conſiderationis eſſe Electori, quod* Belgæ *priorem præ Electoribus locum affectent, rem veteri mori, qui in vim Legis invalnerit, repugnantem. Sanè de iſtius Reip. novitate, ac vetuſta Electorum auctoritate nemini non conſtare. & II, 17. p. 64.* Avauxius *declaravit, ſi Elector Regi ſuo Majeſtatis titulum daret, ſe effecturum, ut ejusdem Legati Veneto pares habeantur.*

Exempla nuperarū Controverſiarum de Præcedentia, illuſtrium.

(b) Pufendorfius *de J. N. & Gentium L. VIII. c. IV. §. 25. & ſequentibus.*

(c) *de quibus extat eruditus Liber* Jo. Seldeni, *quem latino idiomate donavit, Vir Cl. Simon Joannes Arnoldus.*

(d) *Inſignia, ſtrictiore hoc ſenſu ſunt phrenoſchemata, ſeu conſtantes illæ familiarum Impreſiæ, & æquivalenti ſignificatu,* Arma, Arma Gentilitia, Wapen, *& ſ. dicuntur. Ars quæ Inſignium notitiam tradit,* Heraldica *vulgo audit; ac in ipſis inſignibus, præter eorum originem & cauſſas,* Scutum *primo, ſeu* campum, *cui inſignia inhærent: deinceps* Emblemata *& figuras* coloresque *ſcuto adhærentes: Tertiò* Galeam; *poſt* clinodia, *ornatus cauſſa Galeis adjecta: denique* ſuſtentacula, *inſigne ſuſtinentia ac velut fulcientia, expendit. Omnium hoc diligentiam & merita ſupergreſſus eſt* Philippus Jacobus Spenerus, *Theologus, idemque Polyhiſtor Celeberrimus; in Operibus Heraldicis. Proſtat etiam pro Tyronibus* Caſpar. Buſſingii *Introductio in artem Heraldicam, Libellus ſanè utiliſſimus. E Gallis commendaverim P. L. L.* de Vallemont, Les Elemens de l'Hiſtoire, *cujus tertiam partem faciunt* Les Elemens de Blazon *edita Pariſiis Anno M DC XVII; exiguum, ſi molem ſpectes, opuſculum, ſed mira brevitate, quidquid ad omnem penè literarum elegantiam pertinet, complexum.*

Quid inſignia? & in iis obſervandū.

De ea Arte Scriptores.

Ad Lib. II. c. XV.

VIII.

Dominium Eminens (a) in eo conſiſtit, ut urgente Reipubl. neceſſitate bona ſubditi cujuspiam, quibus præſens tempus maximè opus habet, ad uſus publicos arripi & adplicari queant; licet iſta longè ſuperent ratam partem, quam is ad ſumtus Reipubl. conferre tenebatur. Ejus itaque Fundamentum eſt *Eminis*

quid Dominium eminens.

Civitatis, salus tranquillitasque publica, ad quam vita bonisque tuendam civis obstrictus esse intelligitur. Cautela circa illud est, ut, si fieri possit, compensatio ex communi fiat ærario, damnumque privato illatum resarciatur. Difficultate non caret argumentum ex *Jure Regio* * neque ausim allegare illud Christi, cum Hierosolymam contenderet, Dominus, inquientis, opus habet. ** Occupatio privati Juris, hujus dominii (a) effectus est, & in subditos quoque temporarios se extendit.

(a) *an & in sacris literis ejus adpareat vestigium? quærit Vir Doctiss.* D. Rötenbeccius. *Salthm Rom. XIII. 1. expressa fit mentio τῆς ἐξουσίας ὑπερεχούσης, potestatis supereminentis; ubi tamen pro voce Dominii nomen potestatis occurrit. Dissert.* de Dominio Eminenti §. 4. 1. 5.

Locus eximius *Grotii*, pro Dominio eminente.

* *Pulcrè* Grotius: *Potest, inquit, subditis Jus quæsitum auferri ex vi supereminentis dominii. Sed ut id fiat, requiritur primo utilitas publica: deinde, ut, si fieri potest, fiat compensatio ei, qui summ amisit, ex communi. II, 14, 7.*

* *de quo ad II, 7.*

** Matth. XXI, 2. *add. Becman. Medit. Polit. c. XXI. §. 5.*

Solvuntur argumenta *contra dominium eminens.*

(a) *ei se opposuit* Gail. Lyserus, *pro Imperio contra Dominium eminens. 1. quod illud occasionem det tyrannidi; adeoque dominia turbentur. 2. quod unius rei duo non possint esse Domini, quod tamen fiat in hoc casu. 3. quod vindicatio contra Principem & fiscum privatis concedatur. Igitur Principem non esse Dominum bonorum privatorum. Sed ad I. responderi potest, negando quod assumitur. Non turbantur, sed subordinantur dominia. 2. non omnia subjiciuntur absoluto Principis arbitrio; sed dominium hoc restringitur ad casum necessitatis utilitatisque publicæ. Ad II. non esse duos ejusdem rei Dominos, uno eodemque modo ac respectu, & ratione habendi. Viget saltem actu secundo dominium eminens in casu necessitatis. Sic eloquentissimus non semper loquitur, sed sæpè tacet. Ad III. nego sequelam. Hæc enim occupatio Juris privati non est injusta, sed ex consensu saltem tacito civis orta. Quivis enim, qui in civitatem concessit, ut vitam, sic & vires saluti publicæ resignavit, add. Pufendorf. de O. H. & C. II, 6, 6, 9. & virium suarum usum & adplicationem ad communem defensionem detulit impetranti.*

IX.

IX.

Fiscus est patrimonium Principatus: *Ærarium* verò patrimonium est Reipublicæ, ejusque, ut Florus (a) dixit, nervus; Et in hoc quidem varia, sed apud plerosque populos vectigalia & tributa inferuntur. *Tributum* est pecunia, quæ tributim à singulis subditis pro portione census solvitur. *Vectigal* verò pecunia est, quæ pro rebus importandis vel exportandis pendi-tur.

quid fiscus? quid ærarium?

quid tributum?

quid vectigal?

(a) Histor. III, 13. *Fiscus à Junioribus etiam Domanium dici solet, & denotat bona Regi adsignata, quorum proventu regiæ suæ sumtus toleret.* Dn. Hert, *Elem. Polit.* l. 5, 23. *scribit Xenophon de Republ. Lacedæmonior.* Laconum *Regibus aliquid præcipui agri* (ἐξαίρετον γῆν) *attributum fuisse. Confer dicta* II, 7. & Huberus *de Jure Civitatis* III. 3, 1. n. 5. & 45.

quid Domanium?

X.

Bellum definiit Cicero, quod sit *Certatio per vim, Off. I, 16.* ac post eum Grotius, quod sit *Status per vim certantium*, qua tales sunt. (a) I, 1, 2. expresso præcipuè modo, quo sua invicem negotia expediunt in Statu naturaliter. (b)

quid Bellum?

(a) *conf.* Deut. XXIII. 9.

(b) *objicit* Feldenus: *Ita quoque qui cum Bestiis pugnant Bellum gerere dicendos. Sed notanter addidit ὁ πάντα, qua tales sunt. 2. Bellum ibi dicitur æquivocum.*

XI.

Probaturus egregii initio operis *Grotius*, non omne bellum Naturæ Juri repugnare, recte *ad prima* (a) *naturæ* provocavit, in quantum scilicet à recta ratione temperantur; neque etiam imbecillum *è sacra historia* argumentum est, quod & (b) Patrum sanctissimi bella susceperè, & (c) DEUS ipse eadem imperavit; ac Joannes denique Baptista (d) qui serio interrogatus à militibus Judæis, quid haberent faciendum, ut iram DEI effugerent? non eos militia abire jussit, quod facere debebat, si ea erat DEI voluntas; *sed abstinere concussionibus & fallaciis*, stipendiisque esse contentos.

quæ argumenta pro Jure Belli?

quid prima naturæ?

(a) Grot. I. 2, 1. *omnino, quo etiam pacto occurritur instantiis Feldeni, Ziegleri, alior.* Prima naturæ *vocantur, quod animal*, simul ac natum est, *ipsum sibi conciliatur, & commendatur ad se conservandum, atq; ad suum Statum, & ad ea quæ conservantia sunt ejus Status, diligendo; alienatur autem ab interitu iisque rebus, quæ interitum videantur afferre.* Grot. I. 2, 1. *Rectæ autem rationi non repugnat bellum, quia recta ratio non omnem vim inhibet, sed eam demum, quæ societati repugnat, id est, quæ jus alienum tollit. Igitur vis, quæ Jus alterius non violat, non injusta est.*

quæ vis prohibita?

(b) I, 2, 5. *ut* Abrahamus, *qui, cum legem Noæ datam non ignoraret, arma sumsit in Reges quatuor, ut quæ planè crederet cum ea Lege non pugnare, Gen. IX. 5. 6. add.* Grot. I, 2, 5. & Gerhard. *de Mag. Polit.* §. 396 *ubi docet Abrahamum fuisse personam publicam.*

(c) *ut tamen* Cananæis *pax offerretur. Vide tamen, quam longa annorum serie pœnitentiam ipsorum expectaverit DEUS, Gen. XV. 16.*

Vindicatur argumentum à præconio Joannis.

(d) Luc. III. 14. & Grotius I. 2, 7. *etsi hæc argumenta non placeant Viro Clarissimo, qui Dissert. de Habitu Juris Nat. ad disciplinam Christianam hæc adjecit Epimetra;* Oppido debilia esse, quæ pro Belli Jure Grotius & assectæ è libris V. T. allegare soleant; *nec solidius argumentum esse de Joannis responso militibus dato. Cui tamen jungendus noster Zentgrav. Summ. Juris divini Sect.* IV. §. 4. & Grotius *denno, qui præceptum Joannis insigni commentatione illustravit. J. B. & P.* III. 17, 2.

XII.

Quousque probandi vim habeant argumēta Grotiana?

Recte tamen animadversum à nonnullis est, *Grotij* argumenta quæ *capite secundo libri primi producit*, non directè omnia probare Belli Justitiam: sed quædam saltem; cæteris autem id saltem evinci, summæ potestatis constitutionem & suppliciorum irrogationem non esse doctrinæ N T. adversam. Interim validè ita (a) concludi censeo: Magistratuum constitutio suppliciorumque irrogatio non refragatur N. T. Ergo nec Jus belli gerendi. (b) Nam inter *Jura* Magistratus *transeuntia* etiam Jus Belli est, in ipsa summæ potestatis civitatumque natura intimè innexum. (c)

(a) *dubitat, immò negat* Zieglerus *ad* I, 2, 7. *p. m.* 84.

(b) *add, omnino* Pufend. *de O. H. & C.* II, 7, 5. & II, XI, 13.

(c) *præter*

(c) *præter alia, quæ* Gerhardus *de Mag. Politico, solicitè discussit, (nôt inprimis urget quod defensio sit Juris Naturalis) opponi solet* quintum S. Matthæi caput. *Ad cujus quædam commata cum non omnino congruè respondent, ὁ πάνυ, conferendus est* Zieglerus, *ad* I, 2, 8. *p. m.* 88. *Præcipui errores* Grotii *sunt, quod doctrinam de vindicta privata omittenda & patientiæ disciplina in V. T. non inculcatam fuisse autumat. Quod proximi nomine saltem Hebræum intelligi censet, contra* authenticam Christi *interpretationem* Luc. X. 30. *imo Moysis ipsius* Exod. XXIII. 4, 5. *quod denique inter præcepta & consilia videtur distinguere, uti ante, sic &* I, 2, 9.

XIII.

Quotuplex caussa Belli?

Caussa belli *justifica* accuratè distinguenda ab ea, quæ movet *sub ratione utilis.** Verè talis est injuria; (a) eaque vel *nondum facta,* (b) vel *jam facta.* (c) Cæterum est caussa justifica, aliquando juncta *cum suasoria*, aliquando *sola* adest suasoria. (d)

An caussa sit metus?

Metus (e) *verò ex crescente* vicini potentia natus, per se justa belli caussa non est; neque contra eum à vi armisque bellicis, sed à *divina Providentia & cautione innoxia* præsidium petendum est. conf. I, 5, 10. & Grot. II, 1, 17.

quid caussa justifica?

(a) *quatenus omnia comprehendit, quæ non sunt Jure facta. Sic ob Legatos contumeliosè habitos David Ammonitis bellum intulit, 2. Samuel. X, 7, Ut Romani eandem ob caussam bella sumserint in Tarentinos, Illyrios, Ligures, Senonas, Istos, Corinthios. add. Grot. II, 18. Conf. effatum Samsonis Judic. XV. 3. De caussis* suasoriis *videndus* Kulpisius *Exerc. X, 1. §. 1. p. 128. ubi qui solas habent, inquit,* suasorias *rectius prædones quàm milites dici possunt. Unde non crediderim dixisse Phineesum, quæ de eo recitat Philo:* Ut occupentur aliena, *est sola caussa belli aut præcipua. Suasorias Græci dixerint* πεφάσεις Grot. II, 22, 1.

quid suasoria?

(b) *sed futura certo nisi caveatur.*

quotuplex bellum?

(c) *quæ producit bellum* offensivum, *idque vel recuperativum ejus, quod nostrum est aut nobis debetur: & producit bellum* defensivum *vel* vindicativum. Obstare *videtur (1) quod Israelitæ cum Cananæis bella gesserint, à quibus tamen nulla adfecti fuerint injuria. Sed injurii tamen Cananæi in DEUM fuerunt, cujus mandato gerentes*

tes bellum Israelitæ, belli non tam auctores quàm Ministri & Instrumenta fuere, quibus DEUS ad ulciscendum eorum scelera vim licaedamque adversus se admissam injuriam usus est. Obst. 2. *Q. repugnat Statui hominis naturali, qui est pacificus, imò ipsi hominis naturæ sociali, illud unquam est justum.* A. *Bellum. Quid enim magis turbat societatem quàm bellum? Sæva res bellum est, cumulumque secum trahit injuriarum & insolentiæ.* Grot. II, 24, 10. Respondet Noster II, 16, 1. *non esse justum per se, & extra necessitatem: esse tamen tale per* modum subsidii. *Ut abscissio membri per se non est licita, eo tamen in casu licita, imo necessaria est, quando alias totum corpus corrumperetur.*

(d) *Sunt enim, qui justificas plenè non curant, ut Brennus dicebat, omnia esse validiorum.* Grot. II, 22, 3. *Annibali pro fœdere proque Justitiâ ensis erat. Causæ belli injustæ sunt vel ab initio vel ex postfacto. Illas* Grot. *recenset II, 22. §. 5. usque ad §. 16. has autem §. ultimo enumerat.*

(e) *Vanus Regis Ammonii metus fuit,* II. Sam. X, 3. *quo simul exemplo adparet, nihil tam bonum esse, quod non malos interdum Interpretes recipiat, Seneca Oedipode:*

CR. *quid si innocens sum?* Oed. *Dubia pro veris solent*
Timere Reges ——— ———

XIV.

Quid Receptus?

Duo sunt, quæ Rectores Reatui subditorum innectunt, *Patientia & Receptus.* (a)

(a) *Sed obstare videtur jus asylorum. Respond. Ea nonnisi illis prodesse, qui immeritò odio laborant.* Conf. I, 1, 27. Obst. Deut. XXIII, 15. Resp. *Dandi utique profugi ægrè sunt, nisi crimina commiserint, quæ publicum tangunt Statum, aut eximiam habent atrocitatem. Quanquam aliquando etiam latrones ac piratæ, si ita invaluerint, ut populo formidabiles evaserint, ea conditione recipi defendiq; soleant, ut postmodum à maleficiis desinant.* Conf. 1. Macc. XI, 17.

XV.

Quid Repressaliæ?

Repressaliæ sunt Bellum Imperfectum,* sive *executiones,* à summo Imperante susceptæ in bona privatorum, compensandæ injuriæ à tota Civitate illatæ gratia. (a) Nec enim injustum est, bona singulorum arripere, ubi Civitas Civitati Jus denegat.

gat. (b) quia eo
um pateat re
manentes, &
sunt. (c)
(a) exemplum
vasa aurea
ferentibus.
est apud Ho
dentium &
(b) vid. Zentg
contraxere
rare.
(c) sen qui tr
2, 7.

Justè Bel
amici, imò &
sola ad opem
tim in familia
populo Hebr
ea. Sed & h
justè defendit
resque propri
audias, tamet
men adversus
Princeps exter
& Licinium C
tores arma sun
stianis Religio
* Non tamen
cietas cont
quibus utiq
recbto. An
Cum sano p
(a) Grot. II,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [526] - 516
PUBLIC DOMAIN

gat. (b) quia eo in casu pars valet, ut totum, ut tamen illi ad totum pateat recursus. Distinguendum tamen inter Cives permanentes, & qui tantum pro tempore Legibus civitatis subsunt. (c)

(a) *exemplum earum se invenisse in Israelitis putat* Zentgravius, *vasa aurea & argentea Ægyptiorum, cum ab iis discederent, auferentibus. de Jure Gent. p. 278. Exod. XI. 2. XII. 35. antiquissimum est apud Homerum, ubi Nestor narratur ob ereptos Patri equos Elidensium & armenta cepisse. Conf. supra* Exercit. IV. §. 21. Exempla Repressaliarum.

(b) *vid. Zentgr. d. l. p. 275. est autem officii eorum, qui hoc debitum contraxere, iis quibus hoc modo sua eripiuntur, refusionem procurare.*

(c) *seu qui transeundi aut moræ exiguæ causa alicubi sunt, Grot. III. 2, 7.*

XVI.

Justè Bellum geritur *pro sociis*: * quibus pares ferè sunt amici, imò & homines quivis, quorum naturalis conjunctio vel sola ad opem ferendam sufficit. (a) Primi autem sunt subditi tàm in familiari quàm civili Imperio. Ut pro *Gabaonitis*, qui se populo Hebræo subjecerant, arma sumsit is populus, Duce Josua. Sed & homo hominem, ac populus populum ab injuria justè defendit, nisi manifestum sit periculum. Tum enim vita resque propriæ alienis præferri debent. (c) Quin & si Grotium audias, tametsi à subditis arma rectè non sumantur, eorum tamen adversus iniquum Imperantem tutelam rectè suscipit Princeps exterus, ex Jure humanæ societatis, ut in Maxentium & Licinium Constantinus, in Persas alii Romanorum Imperatores arma sumserunt, aut capere minati sunt, nisi vim à Christianis Religionis nomine arcerent. (d) Pro quibus bellum gerendum?

* *Non tamen, si nulla sit spes boni exitus, quia boni, non mali causa societas contrahitur.* Grot. II. 25, 4. *Poscunt id Regulæ prudentiæ; de quibus utique judicare est etiam socii, tametsi aliter videatur Obrechto. An enim fœdus in propria dispendia imprudenter servabitur? Cum sano pepigimus, non cum phrenetico.*

(a) Grot. II, 25, 8. *conf. exemplo de Abrahamo ex Jure cognationis Lothum*

Lothum captivum, parva licet, expedita tamen manu liberantis. Gen. XIV. 12. seqq.

(b) *Jos. X. 6. Grot. II. 25. 1.*

(c) Grot. II, 25. 7. *ubi illud Ciceronis: qui non defendit, nec obsistit, si POTEST, injuriæ tam est in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat; hoc sensu interpretandum ait.*

(d) Grot. II. 25, 8. *add.* Kulpis. *ad h. l. Grotii.*

XVII.

quid ἀνδροληψια? Pertinet eo *singularis executionis Species*, dicta Athenienſibus ἀνδροληψία, de qua ſic habebat *Lex Attica*: Si quis morte per vim illata obierit, pro eo proximis ac neceſſariis Jus eſto homines prehendendi, donec aut pœna ſumatur de cæde, aut homicidæ dedantur: liceat autem tres tantum homines prehendere, non ultra. (a)

(a) *§. II, 16, 10. Grot. III. 2, 3. conf.* Ammian. L. XVII. *ubi Julianus Francorum quosdam retinet, usque dum captivi ex pacto liberentur.*

XVIII.

An ad bellum requiratur *Vocatio*? Ad bellum requiritur *justa vocatio ex causſa*. Igitur nullum vitæ genus improbius eſſe dixit *Grotius*, quam eorum, qui ſine cauſæ reſpectu ſola * mercede conducti militant. (a) Eſt autem vocatio vel generalis vel ſpecialis. Generalis, ut in tumultu apud Romanos Conſul dicebat: qui Rempubl. ſalvam volunt, me ſequantur. (b)

* *Nam per ſe mercedem ſumere juſtum eſt. 1. Corinth. IX. 7. Legatur omnino Oſiander. ad* Grot. II. 25, 10. p. 1283, *ſeq.*

(a) *Lege omnino* Grotium II, 25, 9. *& III*, 18, 1. *Scripſit* Cato ad Pompilium, *ut ſi vellet filium ſuum remanere in exercitu, ſecundo eum ſacramento militiæ obligaret, addita cauſa, quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat.*

(b) Grot. III, *18. 1, fin.*

XIX.

An liceat militare in bello injuſto? Si cui edicatur, ut militet, ei verò conſtet, injuſtam eſſe belli cauſam, is abſtinere *ex Grotiana diſciplina* omnino debet, quia DEO potius obediendum quam hominibus. (a) Et erit

heic

heic officium boni Magiſtratus, tributa potius extraordinaria ſubditis imperare, quam operam militarem. (b)

(a) *quod non Apoſtolorum tantum ſit effatum, ſed & Socratis.* Grot. II, 26, 3. *adde dicta ſuperius ad* Pufendorf. *Off. I, 17. vlt. Ais: hanc ſententiam populum ad inobedientiam inſtigare. Non expedire, conſiliorum rationes edi populo. Reſpondeo, cauſas belli juſtificas claras eſſe oportere, & cuivis pervias.*

Frangit & attollit vires in milite cauſa:
Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Sic viri quidam eruditi interpretantur יְרֵק *quod legitur* Gen. XIV, 14. *ut jenſus ſit: Miniſtros Abrahami ante prælium ab ipſo plenè inſtitutos de armorum ſuorum juſtitia. Unde & denunciationes fiebant palam & expreſſa cauſſa, ut totum quaſi genus humanum de Juſtitia cauſæ poſſet cognoſcere. Inſtas: Nudam heic exſecutionem eſſe actionis. E. ſi in bello etiam injuſto civis juſſu imperantis arma gerat, non peccare. Off. 2, 12. vlt. Sed Reſp. non hanc nudam exſecutionem, ſed concurſum Moralem ad actionem eſſe.*

(b) *videndus omnino* Grotius II, 26, 5. *qui etiam quandam à ſpirituali Sacerdotio excuſationem adducit Apoc. I, 6. 1. Pet. II, 5. Add.* Kulpis. *ad Grot. II, 26. p. 137.*

XX.

Modus in bello agendi proprius eſt *vis ac Terror*, qui veteribus variis inſtrumentis ſolitus exerceri. Quorſum pertinet uſus elephantorum, eorumque uvæ & mori ſucco conſperſio, (a) ut ejus conſpectu adſuefierent in prælio ſanguinem conſpicere; ſunt & qui vinum (b) ipſis epotandum fuiſſe traditum cenſent. Eſt & apud quosdam turritorum elephantorum mentio. (c) Inter machinas notæ ſunt catapultæ, (d) ſcorpii, (e) culcitæ, laquei, lupi, arietes, quibus illa tria opponantur. (f)

quis modus agendi in bello?

(a) 1. Macc. b. VI, 34. (b) Ælian. *L. VI.*
(c) *apud Hertium, Florum, Vegetium, alios.*
( ) *apud Cæſarem primo de bello civili.*
(e) 1. Macc. VI. 51. (f) Veget. IV. 22, 23.

XXI.

Summis Imperantibus *naturaliter* omnes ſubditos ad bel-

Qui ad bellum adhibendi?

lum licet adhibere. Recte tamen *ob Status* (a) *sui naturam* bello non adhibentur Clerici, & si ei se immisceant, contra muneris sui partes agere judicantur.

(a) *add.* Grot. I, 5. Gerhard. *de Magistratu Politico num. 398. omnino Pufendorf. Rer. Brandenburg. L. XI. §. 57.* Christophorus Bernardus à Galen, *Episcopus Monasteriensis, ut antiqui Præsules scriptis editis memoriam suam Ecclesiæ commendarunt: ita is diro globorum ignivomorum genere, quos militari vocabulo fœtentes ollas nuncupabant, obsidio Groningæ specimen nescio an sacerdotalis professionis edidit.*

XXII.

Quod officium Neutrorum?

Qui *medii* (a) in bello haberi cupiunt, æquos se præstare utrisque tenentur, nihilque committere, quo validior fiat is, qui improbam fovet caussam, aut justum gerentis bellum successus impediantur.

(a) *Tales* Kenæi *inter Israelem & contiguas gentes, quos segregare se ab hostibus jussit Saulus. 1. Sam. XV. 5. conf. dicta superius Exerc. VII, ad Jud. IV. 21. & Grot. III. 17, 3.*

XXIII.

An & veneno hostis interfici queat?

An & *veneno* interfici hostis queat? de Jure Naturæ (a) dubitatur. Moribus certè gentium receptum est, ne hostem veneno interficere liceat. (b)

[a] *negat* Osiander, *quia in Scripturis nullum ejusmodi exemplum occurrat; affirmat* Danhau. *Coll. Decal. p 714. cui pro priori sententia rationes non sufficiunt, quia Naturaliter hostem quovis modo licet repellere, & quem interficere licet, gladio an veneno interficias, nihil interest. Grot. III, 4, 15.*

(b) *add.* Kulpis. *p. 15. sq. An* & incantationibus? *negat idem. Apud* Valerium Max. *est, armis bella, non venenis geri debere. Et Tacito memorante, cum Princeps Cattorum Arminii mortem veneno promitteret, rejecit Tiberius, ea se gloria æquans priscis Imperatoribus.*

XXIV.

An immissis percussoribus?

An & hostem *immissis percussoribus* liceat occidere? acriter disquiritur. Ubi vulgata est *Grotii* (a) distinctio inter eos quorum facto perfidia inest, & qui nulla fide tenentur. His uti nullo

nullo Jure prohibitum esse.* Sed illos adhibere apud moratiores gentes infamē haberi.

[a] *III, 4, 18. conf. II. Sam. IV, 5, 6, seq. ubi David percussores Isbosethi hostis sui (hominis, ut ait, non Regis innoxii) extremo notabilique adfecit supplicio. Vide tamen* Auctorem *de J. N. & G. VIII. 6, 18. de quæstione, An promiscuè quorumlibet in bello opera uti liceat? quam adfirmandam censet, quia nulla adsit ratio, cur argenteis lanceis oppugnare non liceat, quos ferreis confodere liceat. Obj. Si proditione Civium uti, est illos ad peccandum impellere, seq. non licere uti opera Civium adversus Dominum ipsorum, nobis hostem; quia nullo casu videtur licitum procurare malum morale, ut obtineatur Bonum. Conf.* Pufend. *d. l. ubi conatur ad hoc argumentum respondere (1) in statu hostili multa licere, quæ alias per se licita non sint. Itaque Cives Hostium quovis modo sive reali sive verboli ad deficiendum à Dominis instigari posse. Quemadmodum desertores allicere nullibi turpè habeatur, etsi sacramentum ii frangant. (2) Hostem quantum in se nobis licentiam adversus se in infinitum dedisse; quem igitur omni modo perdere liceat, ejus Cives etiam solicitari ad perfidiam posse. Quæ tamen accuratam merentur pensitationem.* Grotius *non licere subditum ad proditionem impellere ait: licere tamen uti, quemadmodum & DEUS mala ad bonum finem dirigat. III, 1, 22. & Objectum haud raro intervertat. Acute* Forstnerus *ad Tacit. XII. 44. Quod flagitium appellant Galli, faciunt.* Grotius *tamen moribus gentium nec hoc licere ait, ne nimium intenderentur pericula, eorum maximè qui eminent. II, 16, 15.*

An liceat subditum ad proditionem impellere?

* *Quemadmodum & Pipinus ipse Caroli M. Pater uno* instructus *Satellite, trajecto Rheno, hostem in cubiculo interfecit.*

XXV.

Recte olim, postquam justè posse suscipi bellum decrevissent *Feciales*, consultatum à Senatu fuit, an ex usu esset suscipere. In parabola Christi (a) dicitur, si quis Rex cum Rege altero bello certandum habeat, primo sedentem (*qui est mos consultantium*) expensurum apud se, an ipse qui decem millia militum habet, hosti ducenti bis totidem par esse possit. Quod si vi-

Ut deliberandum de bello?

si videat, se imparem fore, antequam ille intra fines a[d]ſit, miſſurum Legationem cum mandatis pacis cauſa. Multum etiam ad demulcendum hoſtem facit, ſi quidem intrare eum in fines noſtros vetemus, ſed ſimul donis eum honoremus, ut oſtendamus nos, quod facimus juſto metu, non odio aut contemptu facere. (b) Neque prudentia ſolum, aut ſuorum caritas exigere ſolet, ut bello periculoſo abſtineatur, ſed ſæpe etiam juſtitia, *rectoria* ſcilicet, quæ ex ipſa regiminis natura Superiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam obligat. (c) Interim aliquando melius eligitur bellum anceps, quam pax inhoneſta. (d)

[a] *Grotius* fabellam *vocat, II, 24, 4. edit.* Amſtelod. *Sed* Teſmariana Editio *pie ſubſtituit vocem Parabolæ.* Luc. XIV. 31.

[b] Grot. II. 23, 4. *quem de ſolicita ante bellum deliberatione omnino lege.*

[c] *Quam ob cauſſam à Theologis tradi ait* Grotius, II, 24, 7. *Regem, qui ob cauſſas leves, aut ad exigendas ultiones (pœnas impropriè dicit ὁ πάνυ) non neceſſarias, & magnum ſecum periculum trahentes, bellum ſuſcipit, teneri ſubditis ad reparationem damnorum quæ inde oriuntur.*

[d] *Sic Benhadado iniquam ſervitutem poſtulanti reſpondit ex conſilio Seniorum Achabus,* 1. Reg. XX, 8. *Simile illud apud* Tacitum *Annal. XV. Conſuluit inter primores Civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhoneſta placeret. Nec dubitatum de Bello.*

XXVI.

Ut ſignificandū Bellum?

Ad Belli juſtitiam & id *antiquo Gentium more* (a) pertinere viſum eſt, ut ejus ab altera parte alteri publica fiat ſignificatio. Unde bella *promulgata* dixit *Ennius. Cicero indicta & denunciata.* (b) Ratio ejus rei eſt, ut ab offendendo, quam fieri longiſſimè poteſt, abſtineatur, & cauſſæ belli univerſo prope pateant generi humano, atque ut conſtet non privato auſu, ſed voluntate utriusque populi aut populi capitum geri bellum, in ejusque velut aleam COMPROMITTI. (c) Cæterum eſt denunciatio vel conditionata vel pura. Conditionata, ubi cum rerum repeti-

quotuplex belli denunciatio?

petitione conjungitur. (d) Pura (quæ & specialiter indictio audit) ubi bellum alter jam intulit, aut injuria nos affecit, aliter non reparabili quàm bello. (e)

[a] *dico more, quia non jure naturali. Eo enim vis illata arcetur quocunque modo. Grot. III, 3, 6.*

[b] *voc: Kriegs-Ankündigung/ Kriegs-Declaration. Cic. Off. I. Recentiores JCti indicere bellum vocant* DIFFIDARE. *Diffidato, inquiunt, Principe, diffidati ejus adhærentes.*

[c] *hinc & DEUS præceptum Hebræis dedit, ut Civitatem oppugnandam prius ad pacem invitarent.* Deut. XX. 11.

[d] *Hæc rerum repetitio dicta, teste Plinio, est Clarigatio. Inde illud in formulis: REDDI: SATISFIERI: DEDI.*

[e] *Pertinent ad mores gentium & alia, ut caduceus apud Græcos, sagmina & hasta sanguinea apud Romanos, quæ cum cæteris recenset ὁ πάνυ, add.* Ammian. *XIX. & eo notata* Lindenbrogii. *Cæterum sicut clarigationem præcedere oportet, sic & æquæ pacis conditiones offerri debent.*

XXVII.

Si non est contra naturam necare hostem: neque inhonestum erit eum *spoliare* (a) Quin & Deorum donaria capi à Victoribus solere notavit Pausanias, & Cicero belli Legem id vocat. (b) Quodsi tamen in simulacro quodam Numen inesse ipsi hostes credant, id violare ab ipsis nefas est, & magnam arguit impietatem. (c) Cæterum contra Jus est hominum sepeliendorum corpora mortuorum malè tractare. (d) Quod Jus Spolii?

(a) *Sententia est* Ciceronis *Off. III. ita possunt fata exuri: dirui tecta: prædæ hominum pecorumque agi. Imò res hostium velut habentur pro rebus nullius,* Grot. III. 6, 8. & III, 5, 1.

(b) *Ergo & res sacræ capi aut corrumpi possunt. Sic templa profani cultus à Maccabæis incensa non semel legimus 1. Maccab. V. & X. Sic Templum Hierosolymitanum excidio datum à Tito ipse* Josephus *memorat, additque factum τῷ τῦ πολέμε νόμῳ* Bell. Judaic. *VI, 24, 34.*

(c) *Sic quum nupero Bello Galli Basilicam Spirensem diruere incendio vellent, Templo adpropinquantibus hostiam consecratam (Le Bon Dieu) obvertit Sacrificulus. Sed illam scilopeto petiisse memoratur Gallus,*

Gallus, quem, quod conscientiæ, licet erroneæ, dictamen sequutus non est, peccasse dubio caret. Franci certè veteres Templis pepercere. add. omnino Grot. *III, 12, 6. Testatur Procopius, Chosroen Persam, non Christianum, Ecclesiæ Antiochiensium Christianorum peperciſſe.*

(d) Grot. III, 5, 3. *Fuit rursus detestabilis indomitusque militum Gallorum furor, qui Manhemii sepulta Electorum corpora è tumbis, ut ferunt, erута, malè habuerunt, & capite veluti globo usi sunt, quo ludi agitantur.*

XXVIII.

Quæ argumenta pro Jure prædæ?

Probatum igitur ut à *Natura, sic à DEO* ipsomet Jus prædæ, variis exemplis. Tale est *Abrahami*, spoliorum, quæ à quinque Regibus acceperat, partem decimam * DEO consecrantis: (a) & Jacobi, Josepho præ fratribus præcipuum relinquentis Legatum: Do tibi, inquientis, partem unam supra Fratres tuos, quam à manu Amoræi cepi gladio meo, & arcu meo. Quo in loco illud *cepi* prophetico loquendi more pro *certo capiam* sumi ait Grotius, (b) & Jacobo attribui, quod posteri ab ejus nomine dicti facturi erant, quasi *eadem* esset Progenitoris & posterorum *persona*. (c) Imo extat & insignis locus, quo DEUS in lege sua, de Civitate post pacem repudiatam expugnata, loquens ait: *Omnia spolia diripies Tibi, & fruēris præda hostium, quam DEUS tibi dederit.* (d) Huc pertinet etiam Jus *Direptionis*, quod improbant nonnulli, quia avidæ in direptiones manus præripiant fortium bellatorum præmia: cum ita fermè eveniat, ut, qui segnior sit, prædetur. Interdum ea conceditur, quod impediri non possit. Genera in quæ præda dividi potest, sunt hæc: homines captivi, armenta & greges, pecunia, res mobiles, aliæ pretiosæ aut viliores.

Quod Jus direptionis?

(a) Gen. XIV. *col Hebr. VII. 4.*

(b) Gen. XLVIII. 22. *Add.* Grot. *de J. B. & P. III. 6. 1.*

(c) *id enim rectius, eodem observante, quam cum Hebræis verba hæc trahere ad illam expilationem Sicimorum, quæ jam ante à filiis Jacobi facta erat.* (d) Deut. XX. 14.

XXIX.

XXIX.

Adquiruntur etiam Bello *Res incorporales*, ut Alba victâ quæ Albanorum Jura fuerant, sibi vindicarunt Romani. (a) Nam qui Dominus est personarum, idem & rerum est & Juris omnis, quod personis competit.

An in bello adquirantur etiam res incorporales?

(a) Grot. *III. 8, 4. III. 9, 6.*

XXX.

Parcendum in bello est iis, quorum vitæ genus ab armis abhorret, non pueris modo & feminis, sed & his qui sacra curant. Sic Philisthæi, hostes Judæorum, non nocebant *Collegio Prophetarum*, quod erat Gabæ; (a) & sic ad alium locum, ubi simile erat Collegium, tanquam sepositum ab omni armorum injuriâ, cum Samuele confugit David. (b) Addit Canon agricolas * & mercatores; pertinentque *eo captivi*, de quibus Elisæus Regem Samariæ sic alloquitur: *An quos captivos abduceres, gladio tuo & arcu tuo eos interimeres?* (c) vitam item salvam paciscentes, sive in prælio, sive in deditione: (d) supplices quoque (e) inprimis Reges Principesque. (f)

Quibus parcendum in bello?

(a) *Provocat* Grotius ad 1. Sam. X, 5, 10. *& de J. B. & P. III. XI, 10. & ea in notis è LL. Bajoariorum.*

[b] *1. Sam. XIX, 18.*

[c] II. Reg. *VI, 22.*

* *aliquando sub conditione Tributi. add.* Grot. III, 12, 4. *omnino.*

[d] *notant Hebræi Interpretes, majoribus suis in more fuisse, ut quum oppugnarent urbem, eam non cingerent corona, sed partem liberam relinquerent effugere volentibus, quo minori sanguine res transiret.*

[e] auff Gnade und Ungnade/ *III, XI, 15.*

[f] *etsi* Josua *Reges captos interfecit, sed peculari DEI jussu. De Rege Alemannorum patibulo affixo narrat* Ammianus.

XXXI.

Solet alias *Belli ratio dici*, quod (a) in bellicis consiliis ex dictato militaris prudentiæ facto opus est; sed usus obtinuit, (b) ut ad subsidiaria quoque consilia & dictatum prudentiæ

quid *Ratio belli? vel* ò *Raison de guerre?*

cujusdam extraordinariæ hæc adpellatio referatur; eaque simul moralis æstimatio recti honestique includatur; cum quod ex ratione Belli, publica utilitate exigente factum esse dicitur, id plerique eadem opera justè rectèque factum esse contendant.

(a) *non autem illa ratio, qua pleraque crudelitatis atque injustitiæ famam incurrentia aut commendant aut excusant.* Forstner. ad Tacit. XIII, 41.

(b) *Hinc nata* Ulrico Obrechto *Rationis Belli definitio:* quod sit Principium practicum ex certo Belli Statu habituque petitum, efficax ad producendam Conclusionem, qua sub æstimatione justi rectique excusatur vel defenditur id, quod absolutè & simpliciter spectatum, justum rectumque non est.

XXXII.

Quousque adversus hostem omnia liceant?

Adversus * *hostem, salvo humanitatis jure,* non omnia licent, (a) & si duriusculè loquutus (b) *Grotius* est, ex se ipso Prolegom. §. 26. facile explicatur. Sunt enim quædam officia etiam adversus eos (c) servanda, à quibus injuriam acceperis, estque ulciscendi & puniendi modus. (d) Diffitendum tamen non est, *Metum* homines alioqui mites sæpe sæviores facere. (e) imò jubere. (f) Et gravis injuria sæpe diristimis afflictionibus causam præbuit.

* Hostis *autem, Jure Romano est, qui nobis aut cui nos bellum decernimus. Cæteri latrones aut prædones sunt.* Grot. III, 3, 1. *Latrones criminis causa sociantur: Civitas autem etsi delicto interdum non vacet, juris tamen fruendi causa sociatur. Hinc Pompejo de privatis triumphus non fuit.*

(a) *relatè scilicet ad temperamentum, quod à Jure naturæ facultati adversus hostem accedit. Quod si enim arboribus parcendum est frugiferis, Dent. XX, 19. quantò magis hominibus? conf. omnino* Selden. *de J. N. & G. S. D. H. VI, 1778.*

(b) *II, 1, 10.*

(c) Cic. Off. I, 11. *Si quis neutrius partis locum occupet, extremove necessitatis in casu violet, solo se suosque ab imminente periculo tuendi studio, cur injustitiæ is condemnari queat, rationem ab se sufficientem*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [536] - 526
PUBLIC DOMAIN

cientem haud reperiri posse asseverat Obrechtus *de Rat. Belli, III, §. 17. n. 8. p. 35.*

(d) *nihil verò ex ratione Belli faciendum, quo DEUS offendi possit: aut quod ad finem belli nullam efficaciam habet, quodve modo ordinario expediri potest. Ex quo patet injustum non esse, quod* Vercingentoris apud Cæsarem *de B. G. VII, 14. dixit, oppida incendi debere, quæ non munitione & loci natura ab omni periculo essent tuta; hæc si gravia aut acerba viderentur, multo illa graviora æstimari debere, liberos, conjuges in servitutem abstrahi, ipsos interfici; quæ esset necesse accidere victis.*

(e) *exemplo* David *est, qui de Gezritis, ne ab ipsis proderetur, & religionis odio apud hospites in periculum veniret, neminem in vivis reliquit,* 1. Sam. XXVII, 9. *adde* Grot. *de J. B. & P. III. 4, 9. sq.*

(f) *Sic extincti* aliquando omnes mares, *metu Rebellionis, quia qui extrema obsidionis expectare sustinuerant ii, si sibi parceretur, facilè poterant data occasione novas res moliri. Quam ob caussam David videtur subactæ Idumææ masculos omnes occidisse,* 1. Sam. VIII. 13. 1. Reg. XI, 15, 16 *Etsi ad divinam hoc auctoritatem confugit Clericus, cum crudelius fuisset bellum, si homines absque ea masculos omnes gentis occidissent, ad* Deut. XX. 13. *Nihil religiosum victori, præsertim irato & avaro.*

Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini
Nefas videre, dissipabit insolens.

add. Jer. VIII, 1, 2. Baruch. II, 24.

XXXIII.

Res prædæ adquisitæ ad quem pertineant?

Quæ milites hostibus eripiunt, ea propriè Civitati non sibi * adquirunt. Sunt enim milites *Instrumenta Civitatis* & Reipubl. personam sustinent. Etsi receptum passim, & consultum magnoperè sit, *mobilia* omnia, vel potissimam saltem ereptorum partem ipsis relinquere. (a) Ipsa cæteroquin magnitudo animi in magnis aliquando Principibus non patitur prædam capere. (b)

* *Grot. III. 6, 7. & 13. loquimur enim de rebus, quæ in ministerio publico capiuntur.*

Jus divinũ de Distributione Prædæ.

(a) *Divinum ea de re Statutum extat Num. XXXI, 26. ubi* pars prædæ dimidiæ Militibus, altera Communitati cadere jubetur, *demtis tamen*

men quæ DEO Sacerdotibusque consecrata esse debeant; una videlicet de D. animabus aut rebus portione militibus decerpta, & una de L. animabus aut rebus Communitati decisa, v. 28, 30. Quo pacto de CCC M *&* XXXVIIM. *ovibus Militi decessere oves* DCLXXVIJ. *v. 37. Sic* Viduis, *senibus & egentibus pupillis pars prædæ data est temporibus Maccabaicis.* II. Macc. VIII. 28, 30. *Eodem pertinet illustris locus* 1. Sam. XXX. 24. de Davide sic statuente: *Æqua erit pars descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas seu stantis in procinctu: Prudenter equidem, ne ægrè deinceps reperirentur, qui castra urbesque custodirent. Sunt, qui omnia hæc venisse ajunt ab* Abrahami *temporibus. Asserunt enim Esdem & Mambrem mansisse ad impedimenta, Abrahamum autem jus suum remisisse. Conf. Grot. ad d. l. l. & de J. B. & P.* III. 6, 17 & III. 6, 24. *Conf. interim* Jo. Seldenus *de J. N. & G. s. d. H. VI.* 16. *per tot.*

Exempla distributæ prædæ è sacris.

(b) *Gen.* XIV. 23. *ut Abrahamus. V. Plinius L. XV. Manius Curius juravit se è præda nihil accepisse præter* guttum f ginum, *quo sacrificaret. add. Grot. III.* 6, 16. & *III.* 16, 3. *hinc si quis prædam reticuisset, de peculatu accusabatur. Grot. III,* 6, 21. *Alia ratio est rerum mobilium, quæ extra illud capiuntur, ut si detrahantur spolia hosti in dimicatione singulari, & procul ab exercitu in liberis & injussis excursibus. Quod genus prædæ Itali Corrariam vocant, & à bntino distinguunt. Grot.* III. 6, 12. & *omnino* III, 6. & 24.

XXXIV.

Quid ad disciplinam bellicam pertineat?

Bellicam *disciplinam* vehementer juvant *exacta cura provisus* rerum necessariarum, stipendia bene soluta, & vigor Legum militibus datarum. Qualis illa Joannis: à concussione, à calumnia in quosvis abstinete. *Contenti estote stipendiis vestris* (a)

(a) Luc. III, 14. *ex* Scauro *memorat* Frontinus, *pomiferam arborem, quam in sede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam. Grot.* 3, 17, 2. & *in notis de Nigri Severitate ob raptum Gallum Gallinaceum. Ex* Spartiano.

XXXV.

quid Induciæ?

Induciæ nonnullis ab *inde* & *otium* dicta, pax audiunt sequestra, item temporalis & castrensis, ut & armistitium, neque aliud sunt Grotio, quàm conventio publica, qua bello manente

te ad tempus bellicis actibus abstinendum est. Possunt eæ vel aliquot horarum vel & annorum esse. (a)

(a) *quales Anno MDCLXXIX sancitæ inter* Imperatorem & Regem Galliæ, *& nuper inter* Leopoldum I. & Sultanum *Mustaffa Han Ottomanorum Imp. initum est armistitium XXV. annorum, ut in terminis vocatur Art. XX. Sic tamen, ut ob speciem pacis, quàm longæ induciæ indunt, eodem in Instrumento adpelletur pax. Anno MDCXCIX. Jan. XXVI.*

XXXVI.

Jus Belli in partes terrarum hactenus incognitas *Ecclesiæ* non competit. quippe quæ Status de mundo non est, (a) & ad pauca potest individua redigi, (b) ac certam sedem non habet; neque per eam Imperantium Jura tolluntur aut minuuntur; quippe cujus Regimen solo Verbo & divinæ gratiæ sigillis recte adplicatis administratur. (c) Unde Christus negavit Regnum suum esse de mundo, addens alioqui futurum esse, ut more aliorum Regum opera militum uteretur. (d)

An Jus belli habeat Ecclesia in regiones incognitas?

(a) *sive societas hominum independens, quæ summo Imperio continetur & regitur.*

(b) *Tres faciunt Ecclesiam, sicut Collegium,* ait Tertullianus, *add.* Pufend. *de H. R. C. ad Remp. §. 31.*

(c) Grot. II, 22, 14. *Jo. XVIII, 36.* (d) *II, 22, 14.*

XXXVII.

Præcipuè amica via (de qua ad II, 1.) tentanda illi qui petit; cum possessionem cum aliquo titulo favor utique comitetur. In pari causa, possidentis melior est conditio. (a) Melior est causa suum non tradentis, quàm poscentis alienum.

Cur melior causa possidentis?

(a) *Grot. II, 23, 11. & II, 2, 8.*

XXXVIII.

An bellum ex utraque parte justum esse possit? ardua quæstio est. Equidem *Grotius* justitiam causæ penes unam tantum partem ut in privatis, ita publicis quoque in controversiis consistere (a) dehnit; sicuti tamen in privatis litibus utraque pars justè causam tueri * possit, non obstante quod una tantùm

An bellum ex utraque parte justum esse possit?

parte causa justa exsistat: ita & in bello inconveniens non esse, ut cum ex una parte sit jus, ex altera ignorantia invincibilis, ex utraq; parte bellum justè geratur. ** Nimirũ operans justè interdũ agere dicitur, quoties injustè non agit, etiamsi id, quod agit, justum non sit. Quomodo Aristoteles distinxit inter τὸ ἀδικεῖν & τὸ ἄδικον πρᾶξαι. Sic ut justi hominis non paucæ possint esse actiones injustæ, & vice versa. (b) Scholastici ajunt justũ utrimq; esse posse materialiter, non tamen formaliter; ut Israelitæ justo titulo, veteris nempe possessionis & hæreditatis repetierint terram Palæstinam tanquam suam: Chananæi autem nescientes hunc titulum, bona fide se suaque defenderint. (c)

Junge dicta superius, *Exerc. III. §. XIV.*

(a) *quia facultas moralis ad contraria, puta ad agendum & ad impediendum non datur per rei ipsius naturam.* Grot. II. 23, 13.

* *ubi ignorantia agentem in bona fide constituit.* Osiand. *ad Grot. II, 23, 13.*

** *Hinc non saltim* de J. B. & P. *II, 23, 13. sententiam istam defendit sed & II, 26, 4. passim receptam vocat sententiam, subditos quod attinet, dari bellum utrimque justum.*

(b) Pufend. *Off. I, 2, 12. quatenus injustè non agit, nisi qui scit, se rem injustam agere.*

quid justũ formaliter? quid justũ materialiter?

(c) Formaliter *justum, quod est justum in conscientia gerentis licet aliquid vitii adhæreat.* Materialiter, *quando est justum ex parte rei, non tamen ex parte conscientiæ gerentis, ut si bellum gerens habeat justam causam, quam tamen putat esse injustam. Utroque modo justum, quando quis habet justam causam, & sic quoque judicat, depositurus bellum, si aliter sciunt.* Osiand. *ad II, 23. sit.*

XXXIX.

Quid porrò ad Doctrinam de Bello pertineat? Specimen Juris, vulgò Gentiũ dicti.

Cæterum exhaurit hoc de Bello argumentum, integram apud alios, ac totis comprehensam voluminibus Tractationem de *Jure Gentium*; quo referunt doctrinam de *Jure fetiali* seu indictionis Bellicæ; *Transitus per alterius territorium: in hostis corpus ac Res: Strategematum: Captivitatis* eamque finiendi modis: *de lytro acquisitione Imperij in Bello particularis & universalis*: de *Jure Postliminij*: *Neutralitatis*: *Mediationis*: *Repressaliarum*: *Victoriæ* cum prælii

prælii tum belli. De *Jure Triumphi*: *Inductarum*: sepeliendi cadavera occisorum, quod tamen nos fere ad Decorum ex dignitate humana æstimandum retulimus: de Jure *Redimendi* captivos, exigendique ab his Juramentum securitatis; Præmiandi denique ac puniendi milites eosdemque dissolvendi.

XL.

Differt à Pacto *fœdus*, ut à genere species; (a) estque pactum inter Summos utrimque Imperantes initum. Ut fœdus differat à pacto?

(a) *Pactum enim sub se & contractus quoslibet, & fœdera comprehendit, I, 15, 1. Quorsum & Pactum sive Contractus matrimonialis refertur II, 2, 4.*

XLI.

Fœdera *ratione Objecti realis* dici possunt vel *Naturalia* vel *Civilia*. Illa de simplici duntaxat humanitate & amicitia, aut noxa non inferenda sanciri olim solita, in usu hodie fere non sunt; esse certè non debebant, ne Ethnicorum vestigia legamus, è quibus haud pauci licitum putavere in non fœderatos latrocinia exercere. (a) Nisi quod, quæ super præstandis humanitatis officiis ineuntur, fœdera, ex Jure Imperfecto faciunt perfectum, ut ejusmodi Officium bello vindicare sancito fœdere liceat. *Civilia* vocare liceat, quæ vel ad commercia, vel ad cõmunitatem Belli, seu auxilia mutuo* præstanda in Bello offensivo aut defensivo vel ad alias res ineuntur. Suntque, vel æqualia vel inæqualia. (b) Inæqualia promittuntur vel à fœderato digniore, vel minus digno. (c) quid fœdera naturalia & civilia? quid inæqualia?

(a) Dn. C. Thomas. *JPr. Div. III, 8, 12. Græci ἐφήλια vocant. Genes. XXI, 23.*

* *quale illud Romanorum cum Judæis 1. Macc. VIII, 22, 23, 24, 25, 26, 27. Solet autem inprimis in fœderibus id sibi stipulari, qui auxilia promittit, ut copiæ præfectos & centuriones habeant de suis. Notat id in Thracibus, ut rarum Tacitus, ut si mitterent auxilia, suos ductores præficerent. add. 1. Macc. X, 37. sic hodienum Helvetii suis quæ Cæsari ex aliove militant, copiis suos dari centuriones magno honori ducunt.*

(b) C. Tho-

(b) C. Thomaſ. *d. l.* (c) *Græcis vocantur* σπονδαὶ, *& ſi Lex parendi adſit* προστάγματα. *Æquatia bellorum fœdera vel ad omne bellum referuntur, quæ Græci adpellarunt* συμμαχίαν: *vel ad tuendos duntaxat fines, quod* ἐπιμαχίαν *dixere. Sic minutiores Principes à magnis Regibus aut pacem aut ſui tutelam annua quadam penſitatione ſolent redimere. 1. Reg. X, 15. & Grot. I, 3, 22. omnino.*

XLII.

Quid Comitas, ſtylo politico? conf. Auctor, II, 17, 5.

Specimen ſermonis Politici ac Styli ad aulam compoſiti eximium eſt, quod auctor *de Comitate*, Ariſtotelicis propemodum incognita, advertit. Nimirum, ſi quis alteri ſubjectus quidem non ſit, colere tamen eundem teneatur, Comitate (a) opus eſſe, & modeſta prudentique ad ejus placita attemperatione. Qua ſæpius arte difficilimis temporibus noſtra adverſus potentiores illæſa tuemur, & *tranquillè ſaltim, ſi non omnino* commodè victitamus.

(a) *eadem eſt Phraſis* Jo. Bodini *de Rep. I, 9. qui comiter obſervare dicit victoris Majeſtatem.* Grot. II. 15, 7. *Manens onus in fœdere inæquali ſine imminutione Imperii eſt de Imperio ac Majeſtate* COMITER *colenda.*

XLIII.

quid fœdera realia?

quid perſonalia?

Diviſio fœderum in (a) realia & perſonalia non ad omnes Reip. formas, ſed maximè ad Monarchiam referenda eſt. (b) Alia etiam ratione dicuntur fœdera perſonalia, contradiſtincta iis, quæ ſunt ad poſteros tranſeuntia. (c)

(a) Realia Fœdera *v. c. inter populum & populum, ut Romanorum cum Judæis, quod fœdus ex veteri more in tabulis æneis ſcriptum.* 1. Macc. VIII, 22. *Polybius libro tertio de fœdere primo inter Romanos & Carthaginenſes:* Τηρεμεῖν τῶν συνθηκῶν ἐπὶ νικῇ ἐν χαλκώμασι.

(b) *In* Democratiâ verò populus non interit, *ſed ſemper morali æſtimatione eſt idem. Etſi* Dn. Thomaſius *etiam quoad Monarchiam hanc diſtinctionem pro diviſione æquivoci habeat, quia fœdus perſonale magis pactum ſit quam fœdus, quia Princeps cum Principe paciſcatur utilitatis privatæ gratia.*

(c) *Sic* DEUS *Fœdus ſe inire dicit non cum Abrahamo ſaltem, ſed & cum ſemine ejus Gen. XVII. 7. Eſt fœdus utique* inæquale DEI, cum Nihilo. 1. Pet. III, 21.

XLIV.

XLIV.

Pervulgata (a) *Fœderum Sponſionumque* apud Romanos hæc differentia fuit, ut fœdera dixerint eſſe, quæ juſſu ſummæ poteſtatis fiebant; Sponſiones, ubi hi, qui à poteſtate ſumma mandatum ejus rei non habebant, aliquid promiſiſſent, quod illam propriè tangeret. Cæterum excellentior & à priore ſenſu recedens Sponſionis ſpecies eſt, quam *Garantiam* hodie vocant, cum Populi liberi, quive in libero populo ſummam poteſtatem habent, inter alios paciſcentes Sponſionem ſuam interponunt, ſeque effecturos promittunt, ut pax & amicitia contracta ſervetur, & læſa reparetur.

Ut differunt fœdera & ſponſiones?

quid Garantia?

(a) Pufendorf. *de O. H. & C. II, 16, 17. vocatur alias Fidejuſſor, qui hanc in ſe provinciam ſuſcipit, ut Rex Gal. & Pacis Olivienſis inter Suecum & Polonum A. 1666. ſeipſum adpellavit; Sponſonem verò Garantiam dixit.*

(b) Liv. *L. IX, 9. qui de* Samnitibus *legendus. Grot. II. 15, 3. quanquam Sponſiones, etſi præcedente juſſu ſummæ Poteſtatis factæ, non ideo fœderum jure habitæ fuerint, niſi ſolennes fecialium ritus acceſſiſſent. Cæterum Sponſionibus non fiebat pax, ſed in futurum promittebatur, pacem factum iri.* Obrecht. *in Sponſore Pacis, c. 1. §. 5.*

XLV.

Suaſit Principibus Chriſtiani Orbis *Hugo Grotius*, (a) ut in fœdus quoddam Anti-Turcicum coeant, quo juratus tandem omnium hoſtis, juncta eorundem vi opprimatur. Sed ſubſtitit hactenus ea res intra vota, nec ſejunctæ Principum, ac ſui cujusque Status rationes ejusmodi conjunctionem permittunt ſperare.

Quid de conſilio *Grotii* Anti-Turcico cenſendũ?

(a) II, 15. 12. *& conſilia aliquot Scriptorum in* AntiTurcico *collegit* Renſnerus. *Nec ignota ſunt* Matini Sanuti Torſelli, Busbequii *aliorumque commentationes. Quidam itinera deſcripſere, & qui conficiendi pecuniam bellumque Turcis inferendi modus eſſe poſſit, edocere ſuſtinuerunt. Adde* Bœcler. *de Paſſagiis.*

XLVI.

An Fœdera liceat inire cum infidelibus?

Possunt etiam *fœdera* publicæ tranquillitatis ergo *cum* (a) *infidelibus iniri*; nam fœderibus id cum pactis quibusvis commune est, ut ad ea ineunda quivis idoneus sit, qui consentiendi facultate gaudet: nec is, qui de Numine, secus quam par est, sentit, ex humani statim generis societate expellendus est; neque à quoquam comprobatum hactenus est, nefas esse, illorum, qui de religionis capitibus aliter ac nos sentiunt, commoda (*si veræ nihil decedat religioni*) promovere, aut eorum, ad nostra commoda promovenda, opera uti. Extant Abrahami cum Abimelecho, (b) Sodomæos etiam bello adjuvantis: Davidis & Salomonis cum Hiramo Tirienſi, fœdera pangentium exempla; & *Judas* (c) Maccabæus ac Hircanus Alexandri filius cum Romanis fœdus inivere, hic etiam Julio Cæsari in Syria & Ægypto bellum gerenti, egregiam operam navavit. Ac de Jure quidem Naturali nullam habet dubitationem, nec opus est Leges distinguere divinas in veterem ac novam. (d) Jure enim naturali defensio legitima stabilitur, ad quam pertinet, ut iis instrumentis utamur, quæ sunt ad manum, & eorum opera quæ possunt juvare. (e) Sed & ipsum Jus naturæ omnibus commune est, ut religionis discrimen non admittat. (f) *Ægyptios*, tametsi Idololatras, aversari vetantur Hebræi. (g) Sed & olim David apud Populos irreligiosos perfugium sibi quæsivit, nusquam eo nomine reprehensus. (h) Ac quando DEUS Deut. XXIII. 6. de Moabitis & Ammonitis dicit: Non quæres prosperitatem eorum, nec bonum eorum ullis diebus tuis unquam: fœdera saltem benefica cum illis populis vetantur, non item jus belli conceditur; (i) aut certè, quæ Hebræorum quorundam sententia est, vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Unde nec Jephtes arma in eos movit, nisi post tentatas æquæ pacis vias, neque David nisi atrocibus injuriis lacessitus. (k) Imo DEI exemplo, qui Solem oriri facit bonis & malis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [544] - 534
PUBLIC DOMAIN

lis & pluviâ utrosque humectat, jubemur nullum hominum genus à beneficiis nostris excludere.

(a) *prostat hoc de argumento erudita tractatio* Jo. Francisci Buddei, *de Ratione Status circa fœdera.*

(b) Gen. XXXI, 2. *Sam. V*, 11. *1. Reg. V*, 12. Joseph. *Archæol. VIII.* 2. *XII*, 17. *XIV.* 14. *& fœdus quidem* Solomonis cum Hircano *factum dicitur ex sapientiâ, quam DEUS ei dederat, Grot. II*, 15. 9.

(c) *Argumenta in contrarium affert* Calovius *ad 1. Maccab.* VIII, 27. *quæ examen merentur.*

(d) *add.* Grot. II. 15. 8. *quem non intellexit, qui verba ejus* §. XI. *taxavit. Nulla hîc intrinseca aut universalis est pravitas, sed ex circumstantiis æstimanda. Objiciunt Locum* Exod. XXIII. 32. *Non inibis cum ipsis fœdus. Sed* (1) *non negatur fœdus deditionis.* (2) *distinguit Calovius inter fœdera, quæ cum infidelibus contra alios infideles, & quæ contra fideles panguntur; item inter ea, quæ politicas duntaxat conditiones conjunctas habent citra periculum vel præjudicium veræ Religionis, & quæ in fraudem Religionis: quæ necessitate & utilitate exigente, & quæ præter necessitatem aut insignem utilitatem ineuntur.*

Loco contra fœdera cum infidelibus pugnare visus, Exod. XXXIII, 32. expeditur.

(e) *Ita argumentatur è nostris D. Calovius ad Exod. XXIII. 32.* Obj. *fœdus Asæ cum* Benhadado *culpari* 2. *Chron. VI*, 7. *Resp. non per se ac simpliciter, sed quod bellum justum non esset, ac violaretur fœdus cum Rege Israelis initum. Ut & quod ad societatem Syri se contulisset, DEO diffisus, missis etiam ad Syros rebus sacratis, adeoque non ob naturam fœderis, sed ob singulare animi vitium Quemadmodum Rex idem culpatur, quod in Medicis spem posuisset, non in DEO. Nimirum multa in se non vitiosa aut illicita vitiat ANIMUS, ut censum in Davide, thesaurorum ostensionem in Ezechia. Grot. II, 15. 9. fin. In quæstione, an vi aliqua majori à* Pontificiis, *vel aliis nostris hostibus injustè nos invadentibus ingruente, cum alius Religionis assecla, liceat Lutheranis de novo fœdus defensionis inire? Negativam propugnat* Tarnovius *Tract. de Fœderibus Commentar. in Obadiam adjuncto, laudans Lutheri sententiam, ne Zwingliani in Fœdus Smalcaldicum reciperentur. Sed hæc nimis crudè dicuntur. Et cur adversus illum cum Reformatis non liceat fœdus inire, cui utrique eodem sumus loco? Annon ejusdem*

Imperii membra ſumus, ad Iurium ſanctiſſima pace impetratorum defenſionem obligata? Conf. Pufend. *Rer. Brandeb. II, 29, 30. & inprimis, quæ ſuper ignorantia veræ Politices in Pacis Weſtphalicæ negotio diſputata II, 69. ibi: Multis, ait, ludibrium, aliis indignationem movit, quod Gedanenſes, certum hominem Holmiam mittere non dubitaſſent, oratum, ne Sueci Reformatorum cauſam apud Tractatus Pacis foverent. Inſtas: 2. Cor. VI, 14.* Ne jugum ducite cum alienis à fide. *Quod enim conſortium eſt juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ commixtio eſt luci cum tenebris? Reſp. Apoſtolum de illis loqui, qui in Idoliis convivabantur, atque ita aut idololatriam committebant, aut certè committentium ſpeciem præbebant. Sed quid hoc adverſus fœdera civilia? (2) Obſervandum iis in fœderibus, ne Religioni directè aut indirectè noceatur, quod etiam fit, ſi ex tali ſocietate profanæ opes magnum habituræ ſint incrementum. Grot. II, 15, 11. quo nomine Franciſcus Galliæ Rex maximum Chriſtiani orbis odium incurrit, quod* nulla *ſuarum rerum tuendarum neceſſitate, ſed ſola aliena rapiendi ambitione ductus, contra Chriſtianos cum Turcis ſocietatem iniit, qua his non ſolum ingens occaſio nata eſt occupandi plurima, quæ noſtri in Africa alibique tenebant: ſed & Italiam, Siciliam, Sardiniam, Corſicam aliasque maris oras invadendi aperta janua fuit. Conf.* Henniges *ad Grot. II, 15, 10. fuſe, ubi & Reinkingium fœdera cum infidelibus abſolutè rejicientem confutat.*

(f) *Grot.* II, 15. 8. (g) *Deut. XXIII. 7. Grot.* II, 15. 9.
(h) *Grot.* II, 15. 9. (i) *Grot.* II, 15. 9. (k) *Grot.* II, 15. 9.

XLVII.

An fœdera de objectis ipſo jam Naturali Jure præceptis iniri ſine ignominia poſſint?

An fœdera, quibus nihil aliud conſtituitur, quam id, ad quod jam antea Lege naturali tenebantur pacifcentes, tanquam inutilia, cultioribus gentibus pudenda, etiam erga DEUM parum reverentia haberi debeant? recentiores quæſiverunt. Affirmantem defendit *Pufendorfius.* (a) Equidem optandum omnino erat, ea ut omnibus mortalibus mens eſſet, ut cuivis obvia Juris naturæ præcepta ſponte ſua obſervarent: quo minus tamen ejusmodi fœdera, objectivè naturalia, omitti queant, facit mutua inter gentes ſuſpicio, ac mira quorundam perverſitas, & cuſtodia ſocietatis, cujus haud rarò intereſt, Jus imperfectum ita velut

acui

acui accedente pacto, ut transeat in perfectum. Et quid si gentes regulam Juris naturalis tantisper obliterassent? ut veteres quædam latrocinari & prædas agere in externos nullo indicto Bello pro licito habuere. (b) Cæterum quod ob societatem & præsentem generis humani statum necessarium est, id neque pro inutili, neque pro pudendo gentibus, neque pro parum reverenti erga DEUM haberi debet. * Et quid dicemus de Legibus ob auctoritatem, non autem ratione originis civilibus? Annon & Legibus naturalibus vim Legum civilium tribuere summum Imperium tenetur, (c) fatente ipsomet *Pufendorfio*?

(a) de J. N. & G. II, 2, 11. p. 176. *locisque aliis, quæ ad Grot. II. 15. §. 1. allegat Kulpisius*, Coll. Grot. p. 94. e)

(b) *Grot. II, 15, 5. add.* Pufend. *O. H. & C. I, 5. 9.*

* *tale fœdus de noxa non inferenda datur. Gen. XXI, 23, 24. & XXVI. 26, 27.*

(c) de O. H. & C. *§. 12, 2, 3.*

XLVIII.

quid fœdera æqualia? quid inæqualia? quid indefinita?

Fœdera ratione formæ sunt vel *æqualia*, cum vel utrinque æqualia præstantur, vel personæ paciscentes æqualis habentur conditionis: vel *inæqualia*, quæ promittuntur à fœderato digniore vel minus digno. (a) Rursum alia definita, alia indefinita; quale illud *Pontif. Rom.* & *Ducis Ferrariensis* cum Henrico II. Gallorum Rege; Ipse amicos Regis pro amicis, hostes pro hostibus sine exceptione habere teneatur. (b)

(a) *Thuan. Histor. XVI. add. Hert. Elem. I, 8, 7. p. 166. & Grot. I, 3, 21. ubi fuse de fœdere inæquali.*

(b) *Fœderum ingentem recensum instituit Pufendorfius in Rebus Gestis* Friderici Guilielmi. *Notum in iis est* Quadruplex *illud.*

XLIX.

Quot ordinum sint Cives?

Cives, de quorum officiis agitur, *ratione Subjecti* sunt vel seorsim *Ministri* & *Officiales* ** Reip. vel qua *Cives* & *Subditi* in universum. Ministri * in *tres classes* pro ratione negotiorum distribui possunt. Sunt illa vel *sacra*, quibus obeundis destinantur

cum Analysi totius cap. XVIII.

DD. Ecclesiæ & Scholarum: Vid. Auct. c. XVIII, 8, 9. vel *Civilia*, §. 7. circa quæ occupantur (a) Ministri *Status* §. 7. & *Justitiæ*, §. 10. (b) ac *Ærary*, §. 14. vel *Militaria*, §. 11, 12. Cives in genere (c) obligati sunt *Summis Imperantibus, Concivibus, & toti Civitati*, §. 3, 4.

* *Multum spectatur in iis, qui consilium Regi daturi sunt*, cognitio Juris patrii, *& ad consilium de Republ. dandum caput est, nosse Rempublicam, ait Cicero de Orat.*

Fundament der Valleyen.

(a) Vide triplicis Cancellariæ fundamentum. *Fuit inprimis in universa gente Israel Tribus Issachar, cæterarum omnium* Consiliaria *1. Chro. XIII, 32.*

(b) *Consiliarios Antistitesque David instituit per singulos in Civitate Ordines, II. Sam. XX, 23, 24, 25. in* Sacris *1. Chron. XXVII, 31.* in Bellicis, *XXVIII. 1.* Civilibus. *XXVIII. 16.* circa fiscum ac ærarium, *1. Chron. XXVIII, 25.* œconomiam in universum, *v. c.* agriculturam, *XXVIII. 26.* vineas, *XXVIII. 27.* cellas thesaurosque vinarios, *XXVIII. 27.* oleas & moros, *c. XXVIII. 28.* rem pecuariam, *v. 29.* camelos, *30.* asinos ovesque *ibid. Similiter Salomo 1. Reg. IV. 2, 3, 4. qui & Magistratus velut Diœcesanos constituit 1. Reg. IV. 7 — 19.*

** *Dantur etiam, qui his omnibus præsident immediatè, Regio nomine, conf.* Dan. VI. 2, 3. *quales erant tres Darii Ministri Principes, qui centum viginti Satraparum rationes administrationemque examinarent. Imo dantur alicubi, cui & hi subsunt, qualem dixeris τὸ πάντα, quales multos esse & nostra & superiora secula viderunt apud Reges, aut parum fidentes ingenio suo, aut fugientes negotiorum.* & Grotius *ad Dan. VI, 2.*

Divisio opificum.

(c) *hi differunt modis tantum non infinitis. Placuit diviniori quoque Spiritui Cives familiasque Israelis ab opificiis distinguere, unde enarrat familiam* Fabrorum & Architectorum, 1. Chron. IV. 14. textorum, *& qui circa linum byssumque occupabantur, ib. v. 21.* figulorum, *in hortis habitantium, ibi v. 23.* Scribarum, *1. Chron. II, 55. quos tamen Doctores Jurisque peritos communiter interpretantur:*

L.

Quæ divisio civium ab ætate?

Poterat huc referri distinctio Civium à Statu quandicativo in (a) *Senes, Viros, Juvenes, pueros, infantes.* Nam & singulo-

gulorum adversus se ac alios specialia officia sunt, & in (b) sacris hoc officiorum fundamentum videas allegari. Nec negligenda generalior divisio in *honoratiores & plebejos.* (c) Ut &, quod ipsa Scriptura differentiam Christianorum servat in divites & pauperes.

(a) *Nihil stolidius sene mœcho, ac mente destituto: Plautus sine Bacchidum:*

Hi senes, nisi fuissent nihili jam inde ab adolescentia
Non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus.

de Senum prudentia legendus Syracides XXV, 4, 8. ut & de eorum πλυπειρία, Pietas illis causa fiduciæ. Senii incommoda graviter describit Salomo Coh. XII. 2. *Cessant dentes molitrices: tenebrescunt oculi, quibus intervalla palpebrarum sunt quasi fenestræ: Clauduntur egressus forum versus, cum infirmitate vocis, quæ ante ut mola sonabat. Excitatur senex* ad sonum minimæ avis; *si in viam se det, metuit ne offendat in exstantia aut depressa.* Albescit caput, *ut flores Amygdali. Perit libido: Marcescit medulla dorsi, unde fit, ut dorsum curvetur.* Descriptio Salomonea Senii.

(b) 1. *Jo.* II. 12. *seqq. add.* Sir. XXXIII. 10, 11, 12.

(c) *quos ordinasse DEUS ipse dicitur, Sirac. XXXIV, 10. ubi plebeji constituti vocantur in numerum dierum. Sic*

nos numeri sumus.

Ita distinguitur, qui fert hyacinthina ab eo, qui ὠμόλινον, linum vilissimum, Sir. XL, 21.

LI.

Dividuntur etiam Cives tùm ab *origine*: fiunt vel nascuntur, vel facti sunt; tùm à *qualitatibus*. Quo pertinent *bona animi*: ut à *religione* dividuntur in pios, impios, superstitiosos: *bona fortunæ*, ut ab *existimatione* in Cives *integræ, læsæ vel nullius famæ, nobiles, ignobiles:* à *divitiis* in divites & pauperes: à *quantitate*, in *paucos* vel *numerosos*, uti sunt: vel *singuli*, vel *in universitates collecti.* Quæ variæ porrò Civium divisiones?

LII.

Nec minus opificiorum (a) (de quibus jam ante nonnihil dixi- Quæ differentia opificum?

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [549] - 539
PUBLIC DOMAIN

diximus) distinctiones in civitate observari debent, quibus & singulis ordinationes à summo Imperante vel præcipiuntur vel confirmantur. In quibus ad suam quisque artem callidus est, veteri proverbio. Non autem ferendi, nisi qui usui sunt huic vitæ, per ædificia, alimenta resque alias. (b) Quos inter præcipuo loco numerandi agricolæ, artem suam à DEO, ut Scriptura loquitur, edocti. (c) Cæterum pulcherrima est Opificum distinctio, quam nuper Vir doctus in Protheoria Eruditionis humanæ instituit. (d)

(a) *add. qui plurima enarrat* Sirac. XXXVIII. 25. seqq. *eademque poëti è describit.*

(b) *Locutio est Hebræis usitata: ea laudem favoremque mereri, quibus* FIRMATUR SECULUM: *i. e. quæ bono publico sunt utilia. Eos verò qui magis victitant, à testimoniis repellunt, qua es sunt aleatores, feneratores, & qui ad certamen animalia instituebant. add.* Sirac. XXXVIII. 39.

Divina Agricolarũ institutio.

(c) *Insignis est locus Esa. XXVIII, 26. extra receptam versionem sic sonans: DEUS ipsum (agricolam) instituit ac docet, quomodo & quando hæc omnia facere debeat. Nimirum arare, occare, sarrire. Aratus de DEO:*

— — λέγει δὲ ὅτε βῶλον ἀρίσῃ
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι· λέγει δ' ὅτε δεξιὰ ὦρα
Καὶ φυτὰ γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.

Si itaque DEUS agricolam ita docet: an ipse suis in rebus non servabit ordinem modumque?

(d) D. Jo. Christ. Lange, *Protheoria Eruditionis humanæ universæ pag. 653. seqq.*

LIII.

quod officium Doctorum?

Queis publicè injunctum, variarum scientia rerum animos civium imbuere, nihil (a) falsi aut (b) pernicioſi doceant: omnemque scientiam humanam inanem habeant, ex qua nulla in vitam humanam & civilem utilitas redundat. Quod *Academiarum* (c) præcipuè, Regiarum Officium Scholarum est. Ubi jugiter cogitandum, an tempori, impensis, laboribus, respon-

spondeant effectus, & in Rempubl. usus. an conscientiæ, morum, judicii nullum sit factum dispendium? (d) Sunt & in Civitate Nobiles, (e) quos creare Summi est Imperantis.

(a) *vide* Auct. *supra* I, 5. *edit. nov. de doctrinis falsis & noxiis.*

(b) *conf. eod. l.*

[c] *antiquissima Academia fuisse videtur Kirjath Sepher, quæ suo nomine Civitatem literarum dicit Jos. XV. 15. Chaldæus Urbem Bibliothecarum transtulit; Xenophon Gymnasium Phœnicum adpellavit. Conf. eo, si placet, Calovium.* quid Kiriat-Sepher?

[d] *conf.* Jo. Val. Andreæ *Theophil. p. 108, 109. & expendant Doctores Auditoresque.*

(e) *Sunt, qui eò interpretentur* 1. Sam. XVII. 25. *domum Patris ejus faciet absque tributo; i. e. dabit ei, quæ bodie adpellantur nobilitatis præmia atque privilegia. Etsi quidam de sola exemtione à tributis, ἀτελείᾳ explicat, quàm Latini immunitatem, Barbari* Franchisiam *vocant.*

LIV.

Officium *Judicum* est (a) Jus ἀπροσωπολήπτως dicere, illudque pauperi æquè ac potenti dicere, omnesque adfectus judicii sinceritatem corrumpentes seponere; sic rectè faciendo neminem timebunt. quid Officium Judicum?

(a) *Illustri in Sacris exemplo est Samuelis, officium resignantis,* 1. Sam. XII. 3. *& censuræ, quam ferre non tenebatur, ultro se subjicientis ac optimæ conscientiæ fiducia accusatorem provocantis.*

LV.

De *cura armorum Bellique* Ducibus eam sustinentibus quando agitur, tota de Officio eorundem doctrina ex veterum præcipuè monimentis tradi debet, simulque ostendi, quantum vel meliores facti fuerimus, vel deteriores. quid de cura armorum notandum?

Videndi Vegetius *de Re Militari*: Gabr. Naudæus *de Studio Militari, alii.*

LVI.

Quæritur: *An civibus de Civitate abscedere liceat venia non impetrata?* Certè apud *Mosaicos* non licet. (a) Neque gregatim discedi posse manifestum est ex necessitate finis, qui Jus facit in moralibus; naturaliter tamen de singulorum discessu aliter An cives absque venia, deserere Civitatem possint?

ter videtur pronunciandum & æquum est, ut ne in civitate quis maneat invitus. Cæterum desinit esse Civis ostracismo ejectus. (b)

Quid Ostracismus?

(a) Grot. II. 5. 24. *Dissentit Vir doctus, & arguit etiam contra singulos, quia 1. etiam singuli tenentur potestati suprem æ ad obsequium. Nullus poterit discedere invito Principe. 2. quia qui se subducit Principi, furti speciem committit, subtrahendo ei Personam suam. 3. Si mulier peccat discedens à marito. Multò magis Civis à civitate, cujus erga civitatem nexus multò est arctior. Sed primò ipse respondit Grotius, non licere, si societatis interfit. 2. neg. sequela, quia obsequium debetur à Cive, quamdiu est Civis, non autem est mancipium aut verna. Ademta autem in totum migrandi licentia, subditus fieret servus perpetuus. Ad 2. Subditus non est sub dominio, sed sub imperio, nec amisit libertatem personalem. Porrò respiciendum est, an subditus se absolutè subjecerit, an limitate? Ad 3. Neg. seq. quia quod mulier non possit discedere ex eo est, quia matrimonium ex dispositione divina est societas indissolubilis.*

(b) *qualem à Philistæis sustinuit Isaacus: Recede à nobis, inquientibus, quoniam potentior nobis factus es.* Gen. XXVI. 16. Cornel. Nepos, *in* Cimone, *c. III. Testarum suffragiis, quod illi* ostracismum *vocant, X. annorum exilio multatus est.*

LVII.

Non desinit esse Civitas ex vitio: & crudè nimis à *Cicerone de Rep. tertio* dictū est: ubi injustus est Rex, ubi injusti optimates, aut ipse populus, non jam vitiosam, sed nullam esse Rempublicam. Corpus morbidum, corpus tamen est: & civitas, quanquam graviter ægrota, civitas est, quamdiu manent Leges, manent judicia, & quæ alia necessaria sunt, ut ibi Jus exteri consequi possint, non minus quàm privati inter se. Cæterum *Salus publica suprema ubique Lex esto.* Quam ut hac quoque opella promotam fuisse experiamur, faxit DEUS per Christum, in quo cursum hunc læti libentesque finimus.

NIL SCRIBITUR TOTUM. QUIS HOC MARE EFFUNDET?
MULTUM VALENT RECISA PARVA DE MAGNIS;
DIVINA DILIGENTER ET FIDE SANCTA
SUFFECERIT TRACTASSE, NULLUS ABSOLVET.

ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [552] - 542
PUBLIC DOMAIN

Post paginam 542.

INDEX PRIMUS,

in Tabula Mnemonica,

totum Opusculum *Pufendorfii* de Off. H. & Civis

complexa;

cui accedit Remissio *ad singulas hujus Collegij Exercitationes*, unde facile adpareat, quo loco, quave exercitatione, *singula Libri Pufendorfiani* Capita exponantur.

I. PRINCIPIUM	Effectivum L. I. c. I.	remotum,	Intellectus & Voluntas. L. I. c. 4. *Exercit.* II. §. VIII.
		propinquum,	Conscientia, consultatio, volitio, electio. L. I. c. 1. §. 5. sqq. *Exercit.* II. §. 13, 22. sqq.
		proximum	

Agit
de Of
minis
&
ejus
tura
§. 1.
Exe
nem
tor
por

I. 15, 288. II. 3. sq. 297. XXX. 5. seqq. 95. 4. seq. 311.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [553] - -
PUBLIC DOMAIN

Post paginam 542.


INDEX PRIMUS,

in Tabula Mnemonica,

totum Opusculum *Pufendorfii* de Off. H. & Civis

complexa;

cui accedit Remissio *ad singulas hujus Collegij Exercitationes*, unde facile adpareat, quo loco, quave exercitatione, *singula Libri Pufendorfiani* Capita exponantur.



Zzz 2

INDEX

SUFFECERIT TRACTASSE, NULLUS ABSOLVET.

ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [555] - -

PUBLIC DOMAIN

INDEX SECUNDUS,

Locorum, ac præcipuè Legum, è S. Scriptura

nonnunquam conciſius, haud raro ex inſtituto expoſitarum.

Ubi Lit. P. adjecta numero paginæ eſt; ibi Tractatio de Jure Pœnarum allegatur.

GENESIS.

Cap. II. v. 3. 137.
III. 16, 58. III, 17, 140.
IV. 14. P. 66.
—15, P. 200. VII. 8, 324.
IV. 23. 388. VIII. 1. 175.
IX. 4. 138.
IX. 6. P. 24. & 137, 401.
— 25, P. 75.
XIV. 524. XIV. 4. seq. 388.
XV. 9. 444. XV. 16, P. 21.
XVI, 6, 441. XVII. 1. 202.
XVII. 12. 443. XVII. 13. P. 89.
XVIII. 25. P. 76. XVIII. 5. 278.
XIX. 8. 435. XIX. 20. P. 89.
XX. 3. 410. XXII. 6, 389.
XXIII. 16, 356.
XXIII. 15. 360. XXV. 6. 339. 423.
XXVI. 32, 335. XXVII. 19. sq. 289.
— 37. 345. XXIX. 26. 415.
XXX. 43. 271. XXXI. 2. 535.
XXXI. 8. 271. XXXI. 32. 389.
XLII. 21. P. 209.
— 73. XLII. 37. 369.
XLVII. 24. seq. 345.
— 18. & 25. 440.
XLVIII. 22. 524. XLIX. 10. 461.

EXOD.

I. 15, 288. II. 3. sq. 297.
XI. 2. 178. & 517.
XII. 178. 5. 494. XII, 5. 201.
XXI. 10. 425. XXI. 13. 107.
XXI. 13. P. 66. XXI. 15. 437.
XXI. 20. 442. XXI. 22. 432.
XXI. 28. 104, P. 89. & 243.
XXI. 33. sq. 377. XXII. 1, 7, 9.
XXII. 2. P. 86. XXII. 11. 299.
XXII. 12. 245. XXII. 16. 243.
XXII. 17. 431. XXII. 20. P. 51.
—21. 266. XXIII. 4 sq. 154.
XXIII. 11. 175. — 32. 535.
XXXIII. 27. P. 92.

LEVITIC.

III. 16. 323. V. 1. sq. 297.
VI. 1. seq. 245. VI, 5, 245.
XV. 16. 110. XVIII. 6. 417. sqq. 420.
XVIII. 10. 405. XVIII. 18. 418.
XVIII. 27. sq. 137. XVIII, per tot. 401. XVIII. 27. 419.
XIX. 19. 65. XIX. 27. P. 212.
XX. 4. sq. 101. XXI. 9. P. 60.
XXII. 18. sq. 201. XXIV. 19. P. 66.
XXV. 25. sq. 369. XXVII. 3. sq. 357.

NUMERI.

III. 31. 401. V. 1. 245. V. 6. 161.
XV. 25. 85. - 30. 85. XX. 14. 266.
XXVII. 8. & 9. 341. 342.
XXX. 5. seqq. 95. 4. seq. 311.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [556] - -
PUBLIC DOMAIN

XXX. 14. 311. XXXI. 27. P. 27. XXXI. 26. 527. XXXII. 23. 73. & 454 XXXV. 6. 107. XXXV. P 16. & 31. - 31, 32. P. 67. & 99. & P. 206. XXXV. 30. 391.

DEUTERON.

c. VIII. 2. seq. 200. XIII. P. 15. 10. P. 21. XV. 13. 443. XV. 18. 441. XVII. 2. P. 51. XVII. 6. P. 93. & 391. XVII. 14. 464. XVII. 17. P. 23. XVIII. 14. 464 — 15. 489. XIX. 5. P. 206. & 107. XIX. 11. 107. XIX. 17. — 21. P. 66. XX. 5. 508. XX. 10. 305. XX. 19. 526. XX. 23. 264. XXI. 1. 177. XXI. 14. 413. XXI. 15. 494. XXI. 18. sq. 436. XXII. 1. 244. XXII. 2. 336. XXII. 4. 175. XXII. 5. 65. XXII. 8. 107. XXII. 11. 65. XXII. 24. sq. 98. — 28. 243. XXII. 28. 431. XXIII. 7. 536. XXIII. 9. 513. XXIII. 15. 444. 516. XXIII. 18. 281. — 19. 501. XXIV. 6. 366. XXV. 3. P. 32. XXV. 5. 405. XXV. 12. P. 32. XXIX. 19. 453. XXXI. 10. 502. XXXII. 8. 327. XXXIII. 19. sq. 365.

JOSUÆ.

c. I. 5. 377. VIII. 5. sq. 288. IX. per tot. 305. v. 11. 479. X. 6. 518. XI. 19. 305. XX. 3. P. 87. & 107. XXII. 14. 479.

JUDICUM.

III. 15. seq. 293. IV. 21. seq. 293. VII. 12. 289. VIII. 22. 455. IX. 56. 454. IX. 24. 481. XI. 20. sq. 266. 349. v. 1. 495. — 30. 302. XIV. 4. 431. XVII. 6. 449. XVIII. 7. 392. XXI. 7. sq. 269.

I. SAMUEL.

c. II. 25. 211. V. 8. 479. VIII. 5. sq. 465. sq. — 13. 527. X. 5. seq. 525. X. 24. 455. XII. 3. 245. XIV. 24. 309. — 40. 499. XIV. 27. 81. XVII. 4. 231. XXI. 13. sq. 294. XXII. 17. 105. XXIV. 10. 454. XXIV. 22. 309. vers. 7. 504. XXV. 31. P. 209. & 73. & 154. 454. XXVII. 10. seq. 295. — 9. 527. XXVIII. 2. 296. XXX. 24. 528.

II. SAMUELIS.

c. III. 28. 29. P. 92. III. 34. 105. IV. 5. seq. 521. V. 3. 455. X. 4. 155. X. 7. 515. XII. 2. 286. XII. 31. 155. XIII. 28. 105. XIV. 10. P. 92. XV. 34. 289. XVI. 18. 289. XIX. 23. 310. XXI. 8. 264.

I. REGUM.

c. I. 52. & II. 5. 6. P. 92. II. 23. P. 89. VI. 19. 296. VIII. 10. 296. X. 28. 268. XX. 10. 498 XX. 39. P. 38. XXI. 2. sq. 465.

II. REGUM.

c. IV. 1. 427. V. 18. 176. X. 11 481. XII. 4. 466. XV. 20. 467. XVIII. 469.

I. CHRON.

c. XIII. 32. 538. XXVI. 8. 155. XXVII. 13. 155. XXVIII. per tot. 538. XXVIII. 28. P. 41.

II. CHRON.

c. VI. 7. 535.

ESRÆ.

c. X. 44. 412.

NE-

NEHEM.
c. XIII. 26. 412.

ESTHER.
c. I. 19. 487. III. 8. 267. IV. 16. 128. VIII. 8. 487.

JOB.
c. XI. 12. 387. XXI. 31. 454. XXIV. 14. P. 99. XXXI. 13. 443. XXXI. 29. P. 99. — 33. 276. XXXV. 14. sq. 453.

PSALM.
Ps. VIII. 7. 326. 461. XCIII. 1. 461. CXLV. 17. P. 28.

PROVERB.
c. VI. 30. 237. XII. 10. XVIII. 13. 376. XIX. 18. 437. XX. 28. 319.

ECCLESIASTES.
c. totius libri summa. 8. & 9. VIII. 11. 453. 454. XI. 6. 500.

ESAI.
c. XXVIII. 26. 540. XLI. 23. 19. 21.

JEREMIÆ.
c. VII. 22. 206. XXI. 12. P. 41.

EZECHIELIS.
c. XVIII. 14. — 18. Ps. 75.

DANIELIS.
c. I. 4. 4. II. v. 4. P. 27. VI. 8. seq. 487. VI. 10. 204. VII. 9. 211.

HOSEÆ.
c. I. 2. 177. VI. 7. 276.

MICHEÆ.
c. VI. 6. sq. 206.

SAPIENT.
c. XII. 15. P. 76. XIII. 3. seq. 186. XVII. 10 73.

SIRACIDES.
c. X. 14. 256. XIX. 16. 257. XXX. 14. sq. 218. XXX. 14. 63. XXXIV. 20, 70 XXXVII. 21. 70. XXXVII. 9. 108. XL. 26. 70. XLII. 1. 66.

1. MACCAB.
c. II. 36. 3. II. 34. sq. 123. & 145. — 37. 235. V. 47. 266. VIII. 22. sq. 531. 532. IX. 44. 3.

II. MACCABÆOR.
c. V. 10. P. 66.

MATTHÆUS.
c. V. 10. 184. V. 28. 415. V. 34. seq. 300. & 302. V. 42. 365. VI. 1. sq. 184. X 15. 85. X. 28. P. 29. XII. 4. 3. XII. 38. 95. XII. 12. seq. 123. XV. 1. — 20. 184. XVIII. 23. P. 89. XVIII. 25. 34. P. 48. & 103. XIX. 4. sq. 136. & 142. XX. 3. 363. XX. 23. 11. XXI. 2. 512. XXII. 37. 159. XXIII. 3. 184. XXIII. 16. sq. 300. XXIII. 32. P. 21. XXIII. 35. P. 104. XXVI. 63. 297.

MARCUS.
c. VII. 1. sq. 184. X 3. 461.

LUCAS.
c. III 14. 514. 528. VI. 5. 82. XI. 38. sq. 184. XII. 47. 85. XIII. 15. 3. XIV. 33. 184. XVII. 10. P. 81. XIX. 8. 245. XXIII. 34. 85. XXIV. 18. 287.

JOHANNES.
c. IV. 22. 58. VI. 32. 462. VII. 23. VIII. 9. P. 209. & 74. XVIII. 37. P. 50 — 38. 465.

ACTA APOSTOLOR.
c. II. 44 329. III. 17. 81. IV. 34.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [558] - -
PUBLIC DOMAIN

329. V. 29. 145. VII. 22. 13. XII. 14. P. 38. XV. 20. 323. XVII. 24. 120. XVII. 26. 155. XVII. 27. 199. XXIII. 3. sq. 81, XXIII. 3. sq. P. 95. XXIII. 8. 11. XXVI. 9. 81.

AD ROMANOS.

c. I. 19. sq. 186. — 20. 186. I. 21. 80. I. 28. 44. I. 32. P. 59. II. 14. 173. II. 15. 52. fin. III. 19. P. 211. III. 25. P. 59. & 91. IV. 3. P. 82. V. 16. P. 83. VII. 2. 3. 399. XIII. 1. sq. 457. 512. XIII. 8. 149. XIII. 10. 161. XIV. 14. 83. XIV. 23. 76.

I. CORINTH.

c. II. 8, 81. VII. 4. 397. VII. 5. 419. VII. 8. 393. VII. 12. sq. 412. VII. 21. 62. VII. 37. 438. VII. 39. 128. 399. X. 31. 207. XI. 7. 396. XI. 30. 32. P. 73. XIII. per tot. 161. XV. 27. 327. XV. 31. 301.

II. CORINTH.

c. I. 2. 301. VI. 14. 536. VIII. 13. 364.

GALAT.

c. III. 17. 277. IV. 1. 334.

EPHES.

c. VI. 4. 438.

COLOSS.

c. II. 8. 4.

I. THESSAL.

c. V. 23. 214.

AD PHILEMON.

v. 12. 444.

I. TIMOTH.

c. I. 11. 81. I. 13. P. 95. & 85. II. 13. 162. IV. 3. 324. V. 6. 37. VI. 7. & 10. 271.

AD TITUM.

c. I. 12. 379. I. 15. 84. II. 12. 174. II. 5. sq. 327.

HEBRÆOR.

c. VI. 2. P. 208. — 16. 312. VII. 22. 277.

I. PETR.

c. III. 5. 80. III. 21. 73. 532.

I. JOHANNIS.

c. III. 16, 226. IV. 20. 160.

JACOBI.

c. V. 12. 300.

APOCALYPS.

c. XVIII. 3. 443. XXII. 15. 281.

INDEX TERTIUS RERUM.

A.

ABdicatio, 434. si Rex abdicaverit? 505.
Abortus, 432.
Abrahami dispositio, 339.
Absolutum Imperium, 460. 485.
Acceptatio, 281.
Acceptilatio, 370.
Accessio, quid? 335. quotuplex? 336. 337.
Accisiæ, 466.
Acquisitio bellica, 343.
Actio humana, quid? 47. elicita, imperata, 95. ejus Processus, 89. immanens, transiens, 95. omissionis, 95. simplex, mixta, 95.
Actus interni, an subjaceant pœnis? P. 42. sq. 44.
— ad humanam societatem non pertinentes num dentur? P. 46.

Ada-

Adamus an? & unde habuerit Dominium? 328.
Adgreſſus violentus an cum cæde poſſit repelli; 222. ſq.
Adoptio, 434.
Adulterium, 410. animo factum, 415.
Ædes urbanæ cur poſt annum relui non potuerint? 369.
Ægyptii, eorum philoſophia, 11. 12. eorum vaſa, ut abſtulerint Iſraelitæ? 178.
Ægyptiacæ obſtetrices, 287.
Agricolæ, 540.
Æquitas, quid? P. 92. 123. ejus exempla, 124. 154.
Affectus. eorum vehementia, P. 95. quid? 68. qui primatius 68. quotuplices? 69. eorum remedium, 70. qui DEO tribuantur? 199.
Affirmativa præcepta, 383.
Agri, quotuplices? 336. ager arciſinius, 337.
Albinagii Jus, 346.
Aliena ut imputentur? P. 74. 109.
Alienatio, an ad eam pertineat, traditio? 339.
Alienatio Imperii, 487. 490.
Alea. privata, publica, 367.
Alveus, cur lectus & venter fluvii? 337.
Ambaſſadeur, 471.
Ambigua verba an dentur? 374.
Ameſius. Ejus argumenta contra præſcriptionem expenduntur, P. 70.
Amicitia, 272.
Amor. 70. DEI, 208. purus, 209. intenſivus, appretiativus, 209.
Amyraldus de Jure DEI, 120.
Ἀνδροληψία, 518.
Angeloben an Aydes-ſtatt/ 316.
Anglicæ ſocietates pro pietate propaganda, P. 46. de utilitate peregrinationis in Angliam oratio Auctoris, 15.
Animal, an genus hominis? 217. an noxæ dedendum? 246.
Animalia, an licitè necentur? 324. pura & immunda. ibid.
Animi cultura, 215. de ejus conjectatione, 219.
Anima. Ejus immortalitas, 56, 216. an in ea ſit facultas divinatrix? 215.
Anthropopathicæ de DEO loquutiones, 200.
Ἀνυπερλαρυγεῖν, 439.
Aodi facinus, 292.
Appenagium, 495.
Ἀπόλειψις, 409.
Ἀποπομπή, quid? 409.
Apprehenſio, quid? 335.
Arbiter, quid? 391.
Aretologiæ ſumma, juxta objecta Legis Naturæ, 175.
Ariſtocratia, 478.
Ariſtoteles, 21. ejus Philoſophia,
Armorum cura, 541. (29.
Arndii argumentum pro ſocialitate, 156.
Arrogatio, 440.
Artes, an ſalva humanitate occultari prohiberique poſſint? 273.

Assecurationis jus, 367.
Asylorum Jus. P. 202. sq. an competat Legatis? 472.
Athei, qui? 185. eorum juramenta, 315. unde orti vel aucti? 195.
An in eos jus habeat DEUS, 121.
An atheus homo censendus? 186.
cum atheo ut procedendum? 193.
Atheismi suspicio, 193.
Atheismus quotuplex, 194. an sit peccatum imprudentiæ? 194.
an Reip. per se noxius? 194.
Atheorum perversitas, 195. stoliditas & miseria, 196. inquietudo, 197.
Atheismo datæ occasiones, 197.
Avariæ Jus, 366.
Avaritia. 271.
Ἀυτοχειρία, 220.

B.

Balleyen/ 538.
Baratta, 368.
Basileæ observatur Judæi tumulus, 257. 258.
Beatitudo quotuplex? 38.
Beckeri (Balthasaris) Sadducæismus, 193.
Bellum. An detur punitivum? 11. 17. in eo fit adquisitio. 342. sq. in ejus eductione, quibus parcendum? 508. quid? 513.
An licitum? ibid.
Belli Caussæ quotuplices? 515.
an metus? 515.
Caussæ justificæ, suasoriæ, ibid.
Bellum quotuplex? 515.
pro quibus gerendum? 516. 517.
an ad illud requiratur vocatio? 518.
an liceat militare in bello injusto? 518.
in eo agendi modus? 519.
ad bellum qui adhibendi? 520.
de eo ut deliberandum? 521.
ut significandum? 522.
ejus denunciatio, 522.
in bello quibus parcendum? 525.
belli disciplina, 528.
an ex utraque parte justum esse possit? 529.
Beneficium simplex vel prægnans, 272.
Bonum, quid? 62. 63.
Bonitas, ut differat à justitia? 127.
de VII. Britannis historia, 235.
Bruta. In ea num cadat pœna? P. 25. an ratio. P. 26, 27.

C.

Cadavera facinorosorum, an insepulta relinquenda? 263.
Calculus Minervæ, quid? P. 200. seq. 463.
Capitatio, 467.
Carnium esus, 323. in Papatu vetitus, 325. an & ante diluvium? 325. cur quidam prohibetur? 326.
Caro carnis, 420.
Carolus V. an rectè cum Landgravio egerit? observatio Obrechti, 311.
Cartels/ quid? 359.
Casus profligatur, 110.

Caussa

Cauſſa Moralis, 100. ejus differentia ab agente morali, 100. quot modis? 101. 102.
Celtæ, 15.
Characteres populorum, 67.
Charitas, ſumma Juris divini, 159.
Chartæ puræ, 292.
CHRISTUS DOMINUS inſtar abituri ſe gerit, 287.
Chinenſes, 13.
Cives, quot ordinum? 537.
diviſi ab ætate, 538. ab origine, qualitate, quantitate, 539.
Civilitas morum, 65.
Civitas. Ejus finis. 449. origo, an demonſtranda ex appetitu ſocietatis, 452. ejus geneſis, 454. quî perpetua? 461. ut deſinat? 462. quid? ibid. cur perſona? ibid. cur unam habeat voluntatem? ibid.
Eam an cives abſque venia deſerere poſſint? 541.
Civitatum Syſtema, 481.
Civitates Clientelares, 482.
Clerici à bello exemti, 520.
Coactè militantes, 102.
Cœlibatus, 269.
Colliſio Legum. Ejus exempla, P. 71. 144, 145.
Comitas, ſtylo politico, 532.
Comiter obſervare, 477.
Commoda aliorum, quomodo indefinitè promoveantur? 271.
Communio primæva, an fuerit? 326. quæ jure naturali? quæ Chriſtiano? 327. 330. quotaplex? 327, 328. primorum Chriſtianorum, 329.
Complimenta, 282.
Compromiſſum, 391.
Computatio in matrimonialibus, 404.
Concurſus cauſſarum, 108. lædentium, 246.
Conditio, quid? & quotuplex? 291.
Conjectatio animi, 219.
Conjecturæ. Ubi locum habeant, 375. ex effectu, vel conjunctis
Conjugium. v. Matrimonium. (376.
Conſuetudo, 68.
Conſcientia, cur ſic dicta? 71. quid? 72. antecedens, conſequens, 72. poſt factum, 454. cur ad *Cor* referatur? 73. bona, mala, 73. malæ vis, ib. Ejus diviſio, 74. Dubia 76, 77, 78. Erronea, 79. Cur qui contra errantem agit, peccet? 82, 83. an detur conſcientia errans? 84. Scrupuloſa, 86. præpoſtera, ſuperſtitioſa, 86. ejus velut exſurdatio ad tempus, 453.
Conſenſus Parentum an ad nuptias liberorum requiratur? 430.
Conſenſus quotuplex, 282.
Conſilium quid, & quotuplex? 108.
Contemplatio, 4.
Contractus, quid? 362.
diremtorius, commutatorius. 362.
nominatus, innominatus, ibid.
do, ut des, 362. do, ut facias, 363. facio, ut des, ibid.
Contractus mixtus, 363.

μονόπλευρος, διπλευρος, 363.
de Contractibus regula præcipua, 570.
Controversiæ illustres, 391.
Conventicula, 204.
Convivia, 219.
Copulatio, 425.
Correctio verbalis, & fraterna, an pœna? P. 21.
Correptio fraterna, 257.
Corpus hominis, ab eo argumentum pro Lege naturæ, 152. de eo quid Hebræi? quid Pythagorei? 218. de ejus cura, ibid.
Creatio primum vinculum obligationis erga Creatorem, 120.
Culpa, quid? P. 80. quotuplex? P. 83. 252. levissima, 253.
An dimissa culpa locum habeat pœna? P. 71. seq.
Cultura animi. 216.
Cultus divinus, quod ejus fundamentum? 202. est fundamentum veræ eruditionis, 202. externus, an ex Lumine naturæ demonstrabilis, & necessarius? 203.
Cupiditas, 69.
Cynici, 22. 23.

D.

Damnum, 240. quinam id teneantur compensare? 241.
Davidis factum in Ammonitas, 255. furoris simulatio, 294. character, 289. alia simulatio, 295. 296. annon juramenti, quod Simei præstiterat, sanctimoniam læserit? 310.
Debitum, cur peccatum dicatur? P. 45.
Decimatio, pœna militaris, P. 34.
Decorum, 63. 64. 262. in nuptiis, 415. de eo Lex, Deut. XXII, 5. 65.
Defensio sui, quæ licita? 221.
Definitiones non temere mutandæ, 217.
Defuncti. Erga eos officium, 257. seq.
Deismus, 194.
Demeritum, quid? 125.
Demonstratio Moralis, 33, 34. à fine, 445. seqq.
Denunciatio Belli, 522.
Deputatus, 472.
Desponsationes impuberum, 424.
DEUS. Ejus existentia an operosè probanda? 184.
pro ea argumenta, metaphysica, physica, moralia, 185.
probationes, quibus utitur Spiritus S. 186.
Ejus notitia duplex. 186. b.
argumentum à consensu gentiũ 189. seq.
à Judæis, 192.
à futurorum prædictione, 193.
An siderum conditor, 198.
Diana (Antoninus) ejus doctrina, 231.
Dies Civiles, 376.
Direptionis Jus, 524.
Disciplina belli, 528.
Divortium, ejusque caussæ, 409.
an indulgere possit Episcopus Romanus, 411.

an inferat Religio? 412.
an sterilitas? 413.
Dispensatio, quid? P. 90. 92. 122.
ut differat à relaxatione, 311.
Cæsarea in matrimonialibus, 411.
An locum habeat circa pœnas Lege positiva universali definitas? P. 96. An intercesserit in Lege Naturæ? 176. an facta circa polygamiam? 400.
Distributio Juris, 254.
Doctorum officium, 540.
Doctrinarum examen, an pertineat ad Jus circa Sacra? 466.
Dolus, quid? 252. qui circa promissum intercessit, 291.
Domanium, 513.
Dominus, an naturaliter habeat Jus in vitam servi? 441.
Dominii fundamentum, quod? 323.
Dominium, quid? 331. ejus objectum, 334.
externum, internum, 351.
plenum, minus plenum, ibid.
revocabile, singulare, commune, 331.
An consistat in facultate rem abdicandi? 332.
Ejus objectum, an sit mare? 332.
Dominium eminens, vulgare, 334.
directum, utile, 334.
intra actum primum, vel secundum, 334. quotuplex ejus adquirendi modus, 335.
ut desinat? 370.
quid dominium eminens? 511.
contra illud argumenta, 512.
Donatio Pontifici facta, 491.
Principis, an revocabilis? 493.
Dubia conscientia, 76.
Dubium speculativum & practicum, 77.
Duella, eorumque Jus, 227. seq.
publica, an probanda? 229.

E.

Ebrietas, 69.
Eclectici, 28.
Ecclesiastis Salomonæi summa, 8, 9.
Ecclesia an habeat Jus belli in regiones incognitas? 529.
Educatio liberorum, 429.
Electio, 88. an præferenda successioni? 493.
Emancipatio, 434.
Emphytevsis, 345.
Envoyé, 471.
Epicurus, 27.
Epicureismus, 194.
Ἐπιείκεια, quid? P. 92. an locum habeat in Lege Naturæ, 380. 381.
Error, quid? 79. quid theoreticus? practicus? 79. Juris, facti, 79.
Erroris causæ, 85. seq.
in promissione, 320. 280.
Eruditio vera, 202.
Esseni, qui? 10.
Evictio, 354.
Exæquatio, 356.
Exhæredatio, 434.
Existimatio, quid? 509. simplex, absoluta, hypothetica, composita, integra, 509. intensiva, 510.
Expositio prolis, 433, 434.
Expromissor, 368.

Fa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [564] - -
PUBLIC DOMAIN

F.

Facultas ſermocinatrix. Argumentum ab ea ad Legem Naturæ, 153.
Divinatrix, 215.
Favorabilia. De iis quæſtio nupera, 374.
Feminarum Copia, an exteris faciendæ? 268.
Feudalis nexus non tollit Majeſtatem, 478.
Fidejuſſio Criminalis, an detur? P. 38. 368.
Fidejuſſor, ibid.
Fides an etiam malis ſervanda? 283.
an hæreticis? 317. ſeq.
de ea Carolus V. 311.
Finis in Moralibus. Ejus Vis, 150. 445. ſqq. hominis, qui? 158.
Finium Comparatio, 55, 56, 57.
Fiſcus, 513.
Fœdus inæquale, an tollat Majeſtatem? 477. 531.
æquale, inæquale, 537.
Fœdus differt à pacto, 531.
naturale, civile, 531.
indefinitum, 537.
reale, perſonale, 532.
differt à Sponſione, 533.
an liceat inire cum infidelibus? 534.
an fœdera de objectis, ipſo jam Naturali Jure præceptis iniri ſine ignominia poſſint? 536.
Formularum in juramentis ſenſus, 315.
C. *Forſtnerus*, de Politica, quam non agnoſcet noſter Dominus JESUS CHRISTUS, P. 36.
Fridericus Barbaroſſa divortium facit, 402.
Fuga, ad eam obligatio, 227.
Fruitio, quid? 88.
Frumentarius Alexandrinus, 361.
Fur nocturnus. De eo Lex divina, 232.
Futurorum prædictio, 192, 193.
de futuris loquendi gradus, 278.

G.

Galenius, Epiſcopus Miles, 520.
Gamaliel, 9, 10.
Garantia, 533.
Garum, 326.
Generatio, an fundamentum Imp. Paterni? 428.
Gentium conſenſus in aſſerenda Exiſtentia DEI, 189.
Gentes, quas & quomodo devoverit excidio DEUS, 305.
Geranii jus, 268.
Gibeonitæ. Iis juravit Joſua, 305.
Gradus loquendi de futuris, 278.
Gradus in Matrimonialibus, 404.
Lev. XVIII. non omnes enumerati, 405.
humana lege prohibiti, 409.
de prohibitis gradibus Melanchthon, 419.
Grotius notatur:
de adgreſſore violento, 225.
in definitione matrimonii, 393.
Grotii vita & inſtitutum, 30, 31.
Ejus librorum de Jure Belli & Pacis interpretes, ibid.
Grotius, non recte ſtatuit, Jus pœnarum Jure naturali à quovis exerceri

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [565] - -
PUBLIC DOMAIN

erceri posse. P. 13. nec bene statuit bellum punitivum, P. 17.
Grotius exponitur, L. I. c. IV. §. 7. P. 37. ejus definitio Legis Naturæ vindicatur, 179. ejus sententia de Moralitate objectiva defenditur, 182. Vindicatur ejus distinctio inter flumen qua flumen, & qua aqua profluens vocatur. c. Pufendorfium, 265. in quæstione: de voce *primus* defenditur, 375. ejus votum de compositione controversiarum illustrium, 392. de successione maris aut fœminæ, 496. ejus argumenta pro Jure Belli. 514. Ejus Consilium Anti-Turcicum, 533.

H.

Hæresis, an objectum pœnarum? P. 48. seq.
Hennigesius, V. C. de imperio maritali, 397.
Henricus II. & Cunegundis semper virgines, 413.
Heres, an teneatur promissis defuncti? 342.
Heraldica Ars, 510, 511.
Hispani, an ex peccatis Indorum jus ipsis in Indos natum? P. 20.
Hobbesii principium L. N. 164. Status naturalis, 389. an serio statuerit statum bellicum naturalem? 390. contra Imperium temperarum, 486.
Homagium, 505.
Homo. Ei, qua tali, quæ competant? 2. quot ejus partes? 213. 214. quid? 216.
Homicidii pœna, P. 30, 31. seqq. An relaxabilis? P. 96.
Homicida, an teneatur ad pensandum lucrum, quod heredes sperare potuerant? 242.
Honestas quid? 128. publica, 415.
Honoris verba, 282.
Honor, ut jure perfecto poscendus 510.
Hoseæ exemplum, an probet dispensationem in Lege Naturæ? 177.
Hostis, in eum Jus, 232. quousque omnia in eum liceant? 526.
Humilitas, 256.
Hyperbole, 289.
Hypotheca, 365.

I.

Jacobi artificium, 270. matrimonium cum Lea, 415.
Jaelis facinus, 293.
Idea, quid? 54.
Idololatria, 194. ejus origo, 199.
Jephtæ votum, 302. ad præscriptionem provocatio, 347.
Ignorantia, malitiosæ privationis: pravæ dispositionis: puræ negationis: particularis: P. 95. & in ipso opere, 81, 82. voluntaria, involuntaria, 80. secundum quid, vel simpliciter, 80. agere *per ignorantiam*, & ignorantem, 80. Ignorantia universalis & particularis, 80. Juris, 80. Ignorantiæ caussæ, 84, 85. efficax, concomitans, 79.

Illicitum, an etiam ſemper ſit invalidum? 128.
Imperium, quid? ut à dominio differat? 427. Maritale, 396. an & in Statu integro locum habuiſſet 396. *Paternum*, unde? 426.
Imperium paternum, quomodo dicatur Majeſtas? 427. paternum, an ſe extendat in vitam liberorum? 437. ſaltim in familia ſegrege? 438. an ad perpetuam Virginitatem vovendam? ibid. *Civile*, ut deferatur à populo? 455.
Imperium abſolutum, 460. 485. temperatũ, 474. ejus cauſſæ, 485. habendi modus, 483, 484. an *alienabile*, & quando? 487. 488. ſeq.
Impoſſibile quotuplex? 103.
Impoſſibiliũ non eſt obligatio, P. 47.
Imputabilia homini, quæ? 104. etiam quando occaſionem dedit, 107.
Imputatio, quid? P. 82. ſq. imputabilitas, 98. imputatio ex gratia & debito, 99. in ſacris vox, 100. alienorum, 109.
Impuberum deſponſationes, 424.
Inceſtus parentum cum liberis nimis leviter expenſus, 142.
Inceſtus parentum & liberorum. Quod fundamentum turpitudinis? 406. de inceſtu lex divina. 420.
Indifferentia, quid? & quotuplex, 94. An detur in individuo, 94, 95.
Induciæ, 528.
Infans an ſubjectum promiſſionis? 280.
Infortunium, 132.
Ingeniorum formæ, 67.
Ingrati actio, an detur? 270.
Injuria, quid? 132.
Innocens; an, aut qui puniri poſſit? P. 33.
Inſtrumentum nudum, an poſſit eſſe homo? 104, 105.
Inſignia, 510. 511.
Intellectus, quid? ejus quatuor facultates, 53. ejus uſus, 54. objectum, 55. ab eo argumentum pro Socialitate, 153.
Intentio, quid? 88.
Intentio, quid? & quotuplex, 100, 101.
Interpretium. 361.
Interpretatio, quid? 371. interpretatio juramenti, 317. interpres idoneus, 371.
Interpretatio Grammatica & Logica, 372. ejus Regulæ, 372.
Interpretationis benignæ fundamentum, 372.
Interpretatio authentica, uſualis, doctrinalis, declarativa, extenſiva, reſtrictiva, 373. declarativa ſpeciatim, 375. extenſiva, 377. reſtrictiva, 378. ex defectu voluntatis originario, ibid. ex defectu rationis, 379. ex defectu materiæ, ibid. ex caſus emergentis repugnantia cum voluntate, 380.
Inviolabilitas Principum, 504.
Invitum, quotupliciter ſumatur? P. 26. per ignorantiam; per violentiam, 97.

Jo-

Johannes Baptista milites non jussit militia excedere, 514.
Jonica Philosophia, 17.
Josephi (Flavii) de Christo testimonium, 11.
Josua juravit Gibeonitis, 305.
Ira, an de Deo prædicari possit? 200.
Iræ jus, 230.
Irregularitas Reipubl. 476. sq.
Itineraria, 355.
Judæi, Deum testantur, 192. eorum inhumanitas, 267. Juramentum, 303.
Judicum officium, 541.
Judicia DEI, quid? P. 77. 79. 229.
Judicia perversa homines plerumque probos premunt, 212.
Juramentum, quid? 299. an à Christo prohibitum? 300, 302.
in eo invocatur DEUS, 301.
ut differat à voto? 301. an per Creaturas licitum? 301.
an ab infideli exigere liceat Christiano? 303. 304.
Juramenti ab Judæis exacti formula, 303.
per Evangelium, 304.
quod Gibeonitis præstitit Josua, 305. vi extortũ, an obliget? 306.
an obliget ad rem illicitam? 309.
an in juramento locum inveniat Relaxatio? 310, 311.
an novam inducat obligationem? 312. illius *irritatio* ex parte Regum. 313.
Juramentum, an latè semper interpretandum? 314. an si res non illicita, majus bonum impediat, jurandum valeat? 314.
Juramentorum formulæ, earumque sensus, 315. an, quod contra jusjurandum fit, illicitum tantum sit, aut an & rectum? ibid. de Juramento athei, 316. jurata asseveratio, 317. de Interpretatione Juramenti casus, 317.
Jurisprudentiæ universalis existentia, & utilitas, 1, 2.
Jus in vitam propriam, cui uni competat? P. 38. 39.
Jus in Re, 332.
Jus Gentium, 134, 343. vide Lex Gentium. Ejus Specimina, 530.
Jus Naturæ ut investigandum? 148. an recte dividatur in stricte & laxe dictum? 405. Regula de iis, quæ sunt J. N. 405.
Jus, quid? 112. quid sumtum pro attributo actionis? ibid. vel personæ? ibid. strictum, perfectum? ibid. imperfectum, ib. 319, 320. æquatorium, rectorium, 113. internum, externum, 112, 114.
Jus imperfectum transit in perfectum, 261, 269.
Jus Regium, 464.
Jus circa sacra, 465.
Jus absolutum. v. Imperium.
Justitia commutativa & distributiva, quid? P. 55. 56. sq. 131, 132.
Justitia universalis, 130. particularis, 131. directiva, correctiva, 132.
Justi hominis actiones, an possint esse injustæ? 131.
Justum materialiter, vel formaliter, 530.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [568] - -
PUBLIC DOMAIN

Justus dolor. P. 95.

K.

Kampff-Gerichte/ 229.
Kiriathsepher, 541.

L.

Latroni, qui juramentum extorsit, an fides servanda? 306, 307.
Lamechus primus polygamus, 401.
Legati. De iis fuse, 467. sqq.
Legati. Eorum Jus, Inviolabilitas, 469. qui mittendi eos jus habeant? 470. Eorum distinctiones. 471.
Leges Ebræorum particulares, v. c. forenses, 143.
Leges sumtuariæ, 501.
Leges stultæ, an obligent subditos? 143.
Leges, quando mutandæ? 502.
Leges civiles, 501. earum finis, 502.
Leges Paribiles, quid? P. 77.
Legis sensus, unde patefiat? 376.
Lex, ejus necessitas, 112. quid? 114. ut differat à pacto? 115. ejus partes, 115. unde magna ei auctoritas, 498. quotuplex? 133.
Leges pacti, quid? 321.
Lex æterna, 148. an figmentum? 180.
Lex Naturalis, an propriè dicta Lex? 133. ejus Effectus, 172. quomodo cordibus inscripta? 173. quotuplex? 173. 174. Ejus objectum? 174.
Lex pœnalis, quid? P. 53.
Lex Positiva Universalis, demonstratur, P. 99. Conf. 135. ejus objecta, 137. 419. quando promulgata? 420.
Lex Gentium peculiaris, an detur? 134. 343.
Lex Rhodia, 366.
Lex humana, an obliget in conscientia? 502. de ea Suarezius. 505.
Lex Naturæ, an in ea dispensatum? 176. ut promulgetur? 181. Ejus subjectum, an bruta? 181. quomodo differat à Lege positiva? 183. An sit mutabilis? 183. an in eam cadat ἀπιστία? 380.
Liberos an liceat abjicere, exponere, vendere, oppignorare? 433. 434. 435. ad Judicem ducere, 437. perpetuæ virginitati consecrare? 438.
Libertas, quid? 58. an soli competat voluntati? 59. Liberum arbitrium, 58. quid libertas κατὰ ἐξουσίαν? 60. quid civilis, & personalis? ibid.
Libertatis necessitas, 61.
Libertas DEI. 61. An in ipsum cadat libertas contrarietatis & contradictionis, 61.
Libertatis impedimenta, quæ? 66.
Libertas naturalis, 388.
Licet: an decet? 415.
Licitum quid? & quotuplex, 125.
Lidolaip, 344. (126.
Linea, quid? 403. recta, descendens, æqualis, collateralis, 404.
Lineæ, an gradus propinquitas, respicienda in successione? 497.
Lites in statu naturali, ut possint dirimi, 391.

Logo-

Logomachiæ, unde? 372.
Lothi, filias proſtituentis factum, 435.
Lœwenhokius, 175.
Ludi jus, 366.
Lupanaria, 393.
Λύτρον, 358.

M.

Magaſin, 501.
Magiſtratus, 410.
Majeſtas, quo ſenſu DEI Vicaria? 429. ut immediatè à DEO? 456. 457. ſeq. quid? 460. Ejus ſubjectum, 482. ejus Jura, 460. dividuntur, 461. an deſinat, ſi adſit clauſula commiſſoria, ut ſi Rex fidem fallat, Regno cadat? 473.
Majeſtas, an diviſibilis? 474. eam an tollat fœdus inæquale? 477. an nexus feudalis, vel penſatio ſtipendii, 478.
Majora vota, an abſolvant in Conſcientia? 246. Jus partis majoris, 463.
Malum minus, an eligi vel permitti poſſit præ majori? 127.
Malebranchius de ideis, 54.
Mandata, 502.
Manus, ut adſcribatur brutis? P. 28.
Mare, an ſit objectum Dominii, 332. ſeqq.
Maritale imperium, 396. ejus temperamentum, 397. an ex delicto ortum? 397.
Mariti officia, ſecundum Hebræos, 425.
Mas in ſucceſſione, cur præferatur fœminis? 496.
Mater, cur Lev. XIX. 3. præponatur Patri? 427. an ſubjectum proximum Imp. paterni? 430.
Matrimonium, quid? 393. ejus inſtitutio, 401. an certis in gradibus prohibitum? 403. an dirimat morbus? 410. an religio? 412. an ſterilitas? 413. Verum ne ſit, cum pacto ſervandæ perpetuo virginitatis? 413.
Mediator, 391.
Megarici, 28.
Membra. In ea jus pœnarum, P. 32. Membri mutilatio, an cum cæde invaſoris vitari poſſit? 236.
uſus præternaturalis, 395, 396.
Mens, quid? 217.
Mendici, an ferendi? 266.
Mendacium, 284, 285. quid non ſit? 286, 287.
Meritum, quid? 180, 81. 125.
Methodus Philoſophiæ Practicæ, Μεταμψύχωσις, 218. (35.
Metu extorta pacta, an obligent? 278.
Miltonus divortii Patronus, 410.
Miniſtri Principum, 500. Nimii, ibid.
Miniſter meræ executionis, an à peccato immunis? P. 22, 23. ei an accedat infamia? 510.
Mixtura boni & mali, an detur? 97.
Mixta Respubl. 473.
Modus adquirendi dominii originarius, 333. derivatorius, 338. habendi Imperium, 483, 489.
Modeſtia, 256.
Mohatra, 367.

Monachi, quot in Gallia? P. 94.
Monarchomachi, 458, 504.
Monarchia, quid? 478.
Monopolii Jus, 363.
Montes Pietatis, 368.
Morale, quid? 47.
Moralia: An in moralibus detur demonstratio?
Moralitas, quid? 47. in quo consistat? 48. 33. objectiva, & fundamentalis, 33. 50. 149. 181. formalis, 49.
Mulieres. De iis Paradoxum Helmontii, 397.

N.

Naamanis exemplum, an probet dispensationem in Lege Naturæ? 176.
Natura hominis. Ut ex ea cognoscatur Lex naturæ, 149. 150.
Naufragium. An in eo præcipitari possit, qui sortem detrectat? 238.
Necessitas moralis, 125. 180.
necessitatis jus, 233. 238.
necessitas communis, gravis, extrema, 233. incolumitatis, 234. quomodo excepta in LL. humanis? & divinis? 234.
Neutri in bello, 520.
Noachidarum præcepta, 164.
Notitia DEI, insita, adquisita, 186. b. 187. de insita rursus, 188.
Numismatica res, 355.
Nummus, quid? 356.
Nuptiæ. Ante eas, quid expendendum? 421. ad eas an requiratur consensus Parentum? 430. clandestinæ, 431.

O.

Obligatio, quid? 115. connata, 116. inæqualitatis, ibid. perfecta, imperfecta, ibid. perpetua, ibid. communis, 352.
Obligationis fundamentum, 117. consensus & insignia bona, 118. quot modis oriatur ex Jure, quod in res competit? 352.
Obrechtus de pactis metu extortis, 279.
Obsidum Jus, 508.
Occamus de potestate Cæsaris in matrimonialibus, 412.
Occasio, 106.
Occupatio, 335.
Oeconomica præcepta, 444.
Oeconomia Regum, 500.
Officium, quid? 43, 44, 45, 46. quotuplex de eo quæstio? 36. quod in significatu Ambrosii, 45.
Officium quotuplex? 164.
Officium erga Bruta, 174.
erga seipsum an detur? 214.
Officia absoluta & hypothetica, 239.
Officium de tuenda æqualitate est primum, 240.
Officia humanitatis, 267.
Officium velut intermedium, 275.
Officia demonstrantur ex fine, 445. seq.
Opificum divisiones, 538. 539.
Opus operatum, 184.
Orbitas, 434.
Orphanitas, ibid.

Osian-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [571] - -
PUBLIC DOMAIN

Oſiandri (Jo. Ad.) rationes, cur Polygamia ſit contra Legem poſitivam univerſalem, non naturalem, 399.
Oſtraciſmus, 542.

P.

Pactum, ut differat à Lege, 115. à fœdere, 531.
de eo doctrinæ uſus, 275.
an detur inter DEUM & hominem, 276.
an inter Patrem & Chriſtum, μονόπλευρον, ibid. (277.
nudum, an obliget? ibid.
Pacta metu extorta, an obligent? 278.
Pactum perfectum, vel imperfectũ, 319. In pacti interpretatione, quid obſervandum? 374.
Παιδεία, quid? P. 73.
Paralleliſmus. 373.
Πάρεσις, quid? P. 91.
Parentela, 420.
Parricidium, 434.
Patrator, an primo loco teneatur? 241.
Patria poteſtas. v. Imperium.
Patrimoniale Regnum, 487.
Paupertas, quid? 354.
Pecunia. Ejus commutatio, 360. vid. Nummus.
Peccatum ignorantiæ, 85. adverſus DEUM, 28.
Perduellibus promiſſa, an ſervanda? 280.
Percuſſores an hoſti liceat immittere? 520.
Peregrini in Civitate, 267.
Perfidiæ ultio, 283.
Perjurium, 299. an commiſerint Iſraelitæ, raptum filiarum indulgentes? 308.
Perſona compoſita, 463.
Permiſſio, quid? 126.
Philippus, Haſſiæ Landgravius, an Polygamus? 401.
Philoſophia, an Apoſtolo rejecta? 4. Hebræorum, 6. Salomonis, 7, 8. Barbarorum; Chaldæorum, 11. Ægyptiorum, 12. Perſarum, 12. Chinenſium, 13. Æthiopum, 14. Thracum, Celtarum, 15. Germanorum, ibid. Thaletis, 16. Jonica, 17. Platonica, 18. Peripatetica, 20. Stoica, 22, 23. Italica, 23. Eleatica, 26. Magorum, 40.
Plenipotentiarius, 472.
Pietas. Ejus oppoſita, 193.
Pignus, 366.
Piſcandi jus, 334.
Plato, 19.
Pœnæ capitales, in Sacris definitæ, P. 31. P. 201.
Subjectum, an ſit etiam Princeps? P. 39.
Objectum, an ſint actus interni? P. 42. aliorum.
an ſubjaceat gens, notiones generales negans? P. 52.
Pœnæ *forma*, in quo ſita? 55.
Pœnarum irrogatio, ad quam juſtitiæ ſpeciem referenda? 57, 60, 62, 63. An irrogari poſſit pœna ob delicta aliena? P. 74.
An infligi poſſit in dubio? P. 77.

Pœnæ,

Pœnæ, ut taxandæ? P. 84. ſeq.
ut exaſperentur? P. 88.
Pœna, quotuplex? P. 206. 207.
æterna? ibid. interna? P. 208.
ab ipſo DEO inflicta? 209.
exciſionis? P. 210. humana, P. 212. Militaris, P. 212. Conventionalis, P. 213. Ordinaria, P. 213. damni & ſenſus, 214.
Pœnæ Jus demonſtratur. P. 2.
Pœna, quid? P. 2.
ut differat ab reſtitutione. P. 5.
ut à vindicta? ibid.
ejus finis, medicinalis. P. 6.
compenſatorius. P. 8. 9. 10. & 59.
ad pœnam, quæ ſit naturalis peccati obligatio? P. 10, 11.
an irrogari poſſit ab æquali? aut inferiori? P. 13. & 19.
Inſtrumentum pœnæ. P. 22.
An facinoroſus ipſe eſſe poſſit? P. 24.
Pœnæ militaris exemplum. P. 24.
Pœnas, an irroget DEUS ex mero jure Dominii? P. 25.
an infligentur invitis? P. 25. 26.
Pœnitentia moralis, quid? P. 89.
Politia, quid? 479.
Polonia, homicidiis redundat. P. 29.
Polygamia, an ſit contra L. N.? 397. 399. ſq.
Polygamia muliebris, 398. Virilis, ibid. ſucceſſiva, 399.
Polygamus primus, 405. de Polygamiæ Controverſiæ uſu, quis? 402.
Polygamia Patrum. In ea interceſſit diſpenſatio, 123. an recte olim tolerata inter Chriſtianos, 129.
Polytheiſmus, quid? 194.
Populus, quomodo Regnum deferat? ex *Jo. Gerhardo*, 455.
ut perpetuus? 462.
Poſſidentis cauſſa melior, 529.
Poſtliminium, 344.
Praxis, ejus ambitus, 38.
Præcedentiæ Principum, 510.
Præſcriptio, An ſit pœna? 67. ſeq. quid? 347. defenditur, ibid. ſeq. an locum habeat in dogmatibus? ibid. an inter gentes liberas? 348.
Preces, 208. (ſeqq.
Præda. Eam recuſat Abrahamus, 344. Ejus Jura, 523, 524. ad quem pertineat? 527.
Pretia rerum, ut augeantur? 356.
quid incumbat Poteſtati civili circa pretium? 357.
Pretii diviſio Pufendorfiana, ibid.
quid? & quod ejus objectum? ib.
Pretium devotorum in ſacris, ibid.
Pretium quotuplex? 359.
quid virtuale? formale? vulgare? 359. eminens? 359.
quid legitimum? quid vulgare? 360. verum. 361.
ejus minutio in nummo, 361.
Prima naturæ, 514.
Primogenitus, cur ſuccedat? 494.
Primum principiũ practicũ, 57. fin.
Primus, quis? 375.
Principes Chriſtiani, an ſint in ſtatu naturali? 392.
eorum educatio & ſtudia, 499.
an Legibus ſoluti? 498. ſeq.
felicis Principis fundamenta, 499.

Prin-

Principum ſanctimonia & inviolabilitas, 504.
Principiũ, quæ habeat requiſita? 148.
Principiũ Officiorũ apud Paulũ. 148.
— Juris Naturæ, an Voluntas Creatoris? 162. an ſocialitas & quomodo? 148. ſeqq. fuſe. an cultus divinus? an conformatio creaturæ rationalis cum Creatore? 163. 163, 164. an ſtudium benevolentiæ erga omnes? an Sanctitas divina? 163. an ordo naturæ? ib. an tria iſta Jurisconſultorũ? ibid. an illud: quod Tibi non vis fieri, alteri ne feceris? ibid. an amor Dei & hominis? ib. an præcepta Noachidarum? 164. 166. an Hobbeſii illud: de bello omnium in omnes? 164. an Jus cum brutis commune? 165, 168.
Principia experimentalia, rationalia, 99.
Probabiliſmus, 75.
Proæreſis, 89. & P. 87.
Proclamatio, 425.
Proditio. An ad eam liceat impellere ſubditum? 521. P. 56. ſq.
Promiſſionis ſubjectum, an infans? 280. Promiſſio, ex errore facta, an obliget? 280. 320.
Promiſſio perduellibus facta, an obliget? 280.
Promiſſio ob factum turpe, 281.
Promiſſis dolo elicitis an ſtandum? 291.
Promulgatio Legis, 122.
Propoſitio verè univerſalis, quæ?
Proportio Arithmetica, & Geometrica, P. 62. 63. 64.
Proprietas, an locum habuiſſet in Statu integro? 329.
Protimiſeos Jus, 268.
Providentia DEI, 187. defenditur, 209, 210, 211. è pretio conſpicua, 359.
Prudentia, 90. publica, privata, 90. œconomica, 92. nuptialis, paterna, herilis, poſſeſſoria, 93. politica, 93.
Pudor, 66. 408.
Pudor, an eum cæde defendi poſſit? 230.
Pufendorfius exponitur, P. 93.
Ejus Opera, 31. Controverſiæ, Vita, 32. Scopus Operum, 33.
Ejus Interpres Gallicus & Anglicanus, 32. an Hobbeſii ſectator? 390.
Purgationes innocentiæ? P. 77.
Puteanus de præſcriptione notatur, P. 68.
Pyrrhonii, 27.
Pythagoras, 25.

Q.

Qualitates Morales, quæ? 125.
Quantitates Morales, 125.

R.

Ranzion/ 388.
Raptus filiarum Benjaminitis permiſſus, 308.
Ratio, quid? 53. 180.
Ratio Belli, Raiſon de Guerre, 525.
Ratum & rectum, 128. 315.
Reatus, quid? P. 83.
Rebeccæ facinus, 289.
Rector Civitatis, an teneatur de damnis per Piratas datis? 243.
Receptus, 516.
Reflexio in ſeipſum, 149.
Regalia, la Regale, 460.
Reguli (M. Atilii) caſus, 313.

Reges Hebræorum, an puniri? P. 40. seq. an sua juramenta possint reddere irrita? 313.
Regium Jus, 464.
Regna quam varia? 480.
Regnum accisum, 484. quis alienare possit? 487.
Regnum Patrimoniale, 487. Usufructuarium, 490.
Regnũ Hereditariũ. Ejus causſa, 349
Relaxatio, quid? P. 92. in juramentis, 310.
Religio naturalis, quid? 83.
an intra hanc vitam terminetur? 206. 207.
Religio, magna vulgo dicta, 208.
Religio, an causſa divortii? 413.
Religionis Evang. Interesſe, 449. sq.
Christianæ dignitas, 466.
Repræsentatio, quid? 341.
Represſaliæ, 516.
Reservationes mentales, 298.
Res familiaris Civium, 500.
incorporales, an bello adquirantur? 525.
Res nullius, quæ? 335. 336.
Res, an cum cæde defendi possint?
innoxiæ utilitatis, 264. (232.
si non extent, quæ obligatio? 353.
Rescripta, 503.
Respublica Mixta, 473.
irregularis, 476.
Resistentiæ Jus, 503.
Restitutio, quid? 243.
rerum inventarum, 244.
ut differat à pœna? P. 5.
incumbit negligenti, 245. occasionem danti, 245. cui fieri debeat? 248.
ut Principibus incumbat? 249.
ut Doctori? ibid.
modus restitutionis per Retractationem, 250.
ad Restitutionem, an donatarius teneatur prodigo, 281.
an teneatur, qui rem alienam emit, restituere venditori? 353.
Restitutio fructuum, 354.
Restrictiones Scholasticorum, 285.
Restrictio Legum, 381.
Retractus Jus apud Hebræos, 369.
Revocatio donationum. 493.
Risus, 219.
Ritus, Leges circa eos, 381.

S.

Sabbathum, 138.
Sacræ res, an veniant in commercium? 354.
Sacrificia, an originem habeant ex Lumine Naturæ? 205.
Jus circa *Sacra*, 466.
Sadducæi, 11.
Samson, an αὐτόχειρ, 227.
Sanguinis esus, 323.
Scandalum ex rebus improborum prosperis. 454.
Sceptici, 27.
Schich Sadi, 13.
Scholastici, de iis Tribbechovius,
Scortatio, 393. 394. (195.
Senium, 593.
Sermo, 283. ejus origo. ibid. moralitas, 285. ejus usus, unde metiendus? 286.
Servitus pœnalis. P. 35.
Servitutum Jura, 339, 340, 344.
Servitutis origo, 439.
Servitus imperfecta, 440. perfecta

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [575] - -
PUBLIC DOMAIN

an inter Christianos optanda? 440. publica? 441.
Servo an fiat injuria? 442.
Servus emtus. An ejus proles sit Domini? 443.
an fugere possit? 444.
Servus, quotuplex? P. 35. glebæ addictus, 440.
Sanctiones pœnales divinæ, unde oriantur? P. 12.
Silentium, 95.
quod latroni præstandum? 307.
Simonia, 355.
Simulatio, 288. quotuplex, 289.
Socialitas, principium Ciceronis in practicis, 37. Pro ea argumenta, 148, 149—155.
An sententia Pufendorfii sit nova? 155. 156. Ejus ulterior expositio & illustratio, 160. 161. sq. exemplis ac inductione demonstratur, 169. sq.
Socialitas universalis, 161.
Societatis contractus, 366.
Solon, 18.
Solum pacatum, an occupari possit?
Somnium, 215. (237.
Somnus. An ex iis, quæ in somno contigere, exsurgat obligatio? 110.
Spolii Jus, 523.
Sors, ejusque usus. 255.
Sororem uxoris defunctæ, an ducere liceat? 416.
Spenerus de cæde adgressoris violenti, 225.
Spicilegii Jus. 246.
Spiritus in populo, 455.
Sponsalia. 424.
Status Naturalis, 385.
Status quandicativus & ubicativus, 386.
Status naturalis, quot modis sumatur? 387.
Status bestialitatis, ibid.
Status perfectionis, solitarietatis æqualitatis, ibid.
Status puræ naturæ, 389.
in sensu Hobbesii, 389.
In statu naturali quot motis lites dirimi possint? 391.
an in eo sint Principes Christiani? 392.
Status Adventitii, quot? 393.
ἀκέφαλοι, 449.
Status Imperii R. G. 470. 475.
Status libertatis naturalis, 388.
Status, quid? 386. Status Integritatis. An in eo locū habuisset proprietas aut Imperium? 329. 386. 396.
Sterilitas, an causa divortii? 412.
Stoici, 22, 23.
Studia Literarum, 55.
Subditi an possint resistere? 503.
Subjectio bellica, 497. in genere, quid? 505. quod ejus objectum? ibid. forma, 506. externa signa, (506.
Superstitiositas, 194.
Superbia, 256.
Strand-Recht, 336. In successione cur mas præferatur feminis? 496.
Successio in stirpes, in capita, 342.
ab Intestato, in Regnis, 494. 340. 346. de ea Lex Mosis, 341.
Successionis liberorum, quæ ratio naturalis? 341.
Successio hereditaria, 495.
Successor, ut teneatur contractu antecessoris? 492. Suc-

Succeſſio, an præferenda electioni? 493.
Succeſſionis linealis cognaticæ fundamentum, 498.
Succeſſio Inſtitutiva, 496.
Agnatica, 496.
Cognatica, 497.
Linealis, 498.
An in ea recipi debeat propinquitas lineæ, vel gradus? 497.
Syſtemata Civitatum, 381.

T.

Talio, quid? quotuplex? 64. ſq.
Taxatio pœnarum, P. 85.
Temperamentum Corporis, 67.
Regni, 474. 485.
Teſtamentum. 345. an pertineat ad Jus Naturæ, 345. quid privilegiatum? 345.
Teſtes; & cur nulla unius auctoritas, (391.
Thaletis, philoſophia, 16.
Thomaſii (Chriſtiani) V. C. nupera de Lege poſitiva univerſali cogitata, 138, 139, 140, 141. nuperum fundamentum Juris Naturæ, 159. de idololatria, 199. de proprietate in Statu integro. 359. de Lege poſitiva univerſali, 421.
Traditio, an pertineat ad alienationem? 339.
Tranſitus innoxius, 265. 266.
Translatio mercium. 267.
Tributa, 466. 513.
Turpitudo inceſtus, 406. ſq.
Tyranni characteres, 480. an ei liceat reſiſtere? 504.

V.

Vacantiæ Jus, 346.
Vagi concubitus, 393.
Vaninus, 196.
Varech, jus, 336.
Vectigalium Jus, 466. 513.
Velorum demiſſio, 334.
Velthuyſii doctrina de Jure Naturæ, 159.
Veneno an hoſtem interficere fas? 520.
Veniam, an dare liceat, P. 89. ſeq. quibus è cauſis? P. 93.
Vergentia, quid & quotuplex? 66.
Vindicta. P. 5. 253.
Violenta defenſio adſeritur, 223, 224, 225. ejus initium, quod? 226.
Vita Civium. An in eam Jus habeat Majeſtas, & quale? P. 29. 508.
Vitæ *Genus*, quod eligendum? 91. 220. an eligere liceat, ex quo probabiliter vita brevior expectari debeat? 226.
Vis licita, 514.
Vitioſitas, ut à damno ſejungenda? (250.
Unctus Domini, 504.
Univerſitas, an puniri poſſit ob delicta ante tres pluresve generationes perpetrata? P. 37.
Vocatio, an ad bellum requiratur? 518.
Volenti, an fiat injuria? 71.
Volitum, quid? 246.
Voluntarium, quid? 246.
Voluntas 57. quotupliciter ſumatur? 59. an ejus detur actus neuter? 88.
Votum, ut differat à Juramento? 301. quid? 302. an ceſſet in N. T? 302. Jephtæ, ibid.
Vox, 284.
Uſucapio, 347.
Uſusfructus, 344.
Uſuræ, 364. mordaces, 365.
Vultus, quid? 219.
Uxor, emta, 397.
Uxoris defunctæ ſororem, an ducere liceat? 416. ſeq.

W.

Wincklerus (Benedictus) de Principiis Juris, 30.

FINIS

ANDREÆ ADAMI HOCHSTETTERI

DE

JURE POENARUM

LIBER SINGULARIS,

QUI VICEM SIMUL

COMMENTATIONIS PERPETUÆ

AD

SAM. PUFENDORFII

DE

OFF. HOM. ET CIV.

LIBRI II. CAPUT XIII.

SUSTINERE POSSIT.

TUBINGÆ,


Sumtibus GOTTOFREDI STOLLII, Bibliopolæ.

ANNO MDCCX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [578] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [579] - -

PUBLIC DOMAIN

BREVIARIUM
sequentis de JURE POENARUM
Tractationis Synopticæ.

POENÆ I. notanda Definitio I, 2.
Differentia à Restitutione & Vindicta, I, 3.
II. Finis duplex. I, 4.
& expiatorii quidem Demonstratio, I, 4, I, 5, I, 6.
præcipuè per ordinem ad pœnas divinis Legibus definitas, II, 2.
III. Causa Efficiens (ℵ) principalis, II, 2.
Quæ semper superior.
An naturaliter omnes? II, 3.
An Pares, ob delicta in Deum. II, 3.
Aut an differat pœna à correptione III, 1.
An DEUS puniat ex mero Jure dominii? III, 3.
(ב) Instrumentalis. III, 2.
An Reus ipse esse possit? III, 2.
IV. Materialis. & (ו) Objectum, Personale.
An Bruta, III. 4.
An vita Civium? III, 5.
An membra? III, 6.
An & Innocentes? IV, 1.
An Universitas? IV, 2.
An *vas in delicto criminali*? IV, 3.
(ז) Objectum Reale; an actus omnes? V, I.
An, si dabiles sint actus ad humanam societatem non pertinentes, ii puniri possint? V. 2.
An ob non præstita *impossibilia* infligi pœna possit? V, 3.
An pœnarū humanarū objectum per se sit *hæresis*? V. 4.
An, ob negatas ab integra gente notiones generales, ab alia pœnæ eidem irrogari possint? V, 5.
An objectum pœnarum sint etiam delicta ante *Legem pœnalem* commissa? V. 6.
V. Forma; quæ? VI. 1.
An, & quibus è fundamentis ea petatur è Justitia Commutativa? VI, 2.
An è Justitia Universali? VI, 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [580] - -
PUBLIC DOMAIN

An ad formam pertineat Talio? VII, 1.
An de forma participet Præscriptio? Solvitur argumentum *Petri Pnteani*, VII, 2.
An dimissa culpa locum habeat pœna? VII, 3.
An ob delicta aliena irrogari possit pœna? VIII, 1.
An infligi pœna possit delicto nondum probato. Ubi & de judiciis DEI. VII, 2.
Quid sit meritum? VIII, 3.
Quid culpa? VIII, 4. Quid Reatus? VIII, 5.
Quid taxatio pœnarum? VIII, 6:

VI. Adjuncta & Contraria Pœnarum.

Quid exsperatio? IX, 1.
Quid venia? An eam dare liceat? quid dispensatio? quid æquitas? quid mitigatio? quid dilatio? IX, 2.
Quæ causa veniæ? & quotuplex? IX, 3.
An dispensatio locum habeat circa pœnas *Lege Divina universali* definitas? speciatim, in delicto homicidii? IX, 4.
An in paribus pars mitior vincat? quid calculus Minervæ? IX, 5.
An salvo pœnarum Jure admitti possint asyla? IX, 6. ubi & de Franchitiis, ac Jure Legatorum.

VII. Divisiones.

Pœnæ sunt vel divinæ, vel humanæ. IX, 7.
Divinæ vel æternæ sunt, vel temporales. IX, 7.
Temporales vel universales, vel particulares vel singulares. IX, 7.
Sunt etiam vel externæ vel internæ. IX, 8.
Denique vel ab Ipso DEO inflictæ, vel ejus jussu; eæque vel capitales, vel non capitales. IX, 9. & an Leges Hebræorum criminales adhuc stringant? IX, 10
Humanæ vel capitales sunt, vel non capitales. Civiles, vel criminales. Non capitales vel verbales sunt vel reales. Hæ vel æris vel corporis. IX, 11.
Obviæ etiam sunt divisiones à statu: ut militares, navales. Incidentes: Quid conventionalis, quid testamentaria? IX, 12.
Sunt etiam Pœnæ vel ordinariæ vel extraordinariæ, Damni vel sensus. IX, 13.
Quid licitum circa Pœnas? IX, 14. EPILOGUS.

בשי

בשי

PRÆFATIO.

Difficile satis & obscurum adgreditur argumentum, de Pœnis qui disputat: quod & insignis ac prope consummatus de eodem Scriptor confessus pridem est, & qui ei doctrinæ laboris aliquid ac studij impendere, uno velut ore sunt conquesti. Licebit tamen, & in publicos, uti speramus, evalescet usus, de loco non utili minus ac arduo prorsusque necessario, synoptica commentatione disserere. Ad cujus quidem expositionem ea nobis methodus visa commodissima facillimaque fuit, si præcipua *primùm* ac summa totius rei capita, *justo prædias ordine, & secundum receptas fere caussarum classes, delinearemus, & quæ concisis, & quam licuit, perspicuis positionibus complexi sumus, adjunctis thesi cuilibet observationibus paulo fusioribus, & cùm roborandæ nostræ sententiæ, tùm solvendarum objectionum nervis atque fundamentis, genuinorum etiam fontium Scriptorumque, unde hauriri plura melioraque possint, ostensione, confirmaremus: ac idoneis demum exemplis, ex historia cum sacra tum civili illustraremus. Ubi etiam in* Leges *aliquot* Mosis forenses, *nonnullas insperximus strictiuras, ut quæ naturalis ac interior earum ratio sit, quantusque eo in argumento dicendi campus pateat, hoc veluti subitaneo specimine declararemus. Usum de cætero tractationis ipse argumenti ambitus, & ad singularia, cum in sanctiore disciplina, tum humanarum in universum actionum æstimatione, non difficilis adplicatio demonstrabit: Ipsius verò nostros, materiæ, quæ summos Viros terruit exercuitque, sublimitas, & concisum scribendi genus apud cordatum Lectorem facile spero, excusabunt.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [582] - 1
PUBLIC DOMAIN

§. I.

NUlla sine Jure Societas est. Et communis quidem illa, quæ universum genus mortalium conjungit, & humana Communitas adpellatur, divino Imperio: Civilis autem Legibus, ad genium civitatis cujusque attemperatis, regitur atque ordinatur. Neutra pœnarum Jure destituitur. Neutra sine pœnis administratur. In illa quidem Divino tribunali relicta adversus creaturam tot vinculis ligatam, sed rebellem, sed immorigeram ac recalcitrantem, vindicta est: in hac verò pœnis subjicitur, quicunque in Juris communionem ivit, ac Legibus obsequium debet. Ita natum in Societate Jus puniendi; quòd absque eo præcipuus Civitatum finis, tranquillitas nimirum securitasque publica, obtineri non posset. Quem quidem finem cum Deus intendat ipse, manifestum est, eundem, mediante dictamine rationis, præcepisse humano generi, uti civitates, summo velut Imperio animandæ, constituerentur, & Jure etiam Pœnas sumendi, illasque repræsentandi facultate, easdem instruxisse.

I I.

Quid Pœna?

POENA (a) est MALUM PASSIONIS (b) (sive triste) QUOD (à superiore (c) & per modum coactionis) (d) INFLIGITUR OB (e) MALUM ACTIONIS, (f) sive turpe, (g) justa proportione (h) compensandum (i) ac propulsandum. *

(a) *De Pœnis* in abstracto *acturi generalem Grotii definitionem servavimus, adjectis tamen, quæ efficientem ac formam, finem denique earum luculentius declarant. Græci cum Stagirita κόλασιν, Romani, præprimis Jurium periti, eodem fere sensu* COERCITIONEM DELICTORUM *dixere.* τὰς τιμωρίας οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνόμων πράξεων *Ultiones seu punitiones hominum antiqui dixere* POENAS, *teste* Pausania *in Laconicis. Et recepta apud Græcos definitio pœnæ fuit, quod sit* ἁμαρτήματος ἐνδίκησις. *Eustathius etiam ad Iliad. ε pœnam* ἀντιτίκωσιν, *id est* COMPENSATIONEM *simpliciter interpretatur.*

tur. *Add.* Petr. Gregor. Tholosin. Syntagm. Jur. Universi. L. XXXI. §. 1. & Dn. Eisenhard. Instit. J. N. XVII, 1. sqq.

(b) *sive doloriferum; ut aperte majus sit malum leges violasse, quam observasse: atque adeo pœnæ acerbitas voluptati aut lucro, quod ex injuria capitur aut speratur, præponderet. Quo sensu pœna pro punitionis seu actus pœnalis* TERMINO, *hoc est, malo tristi propter delictum irrogato, accipitur. Plene vero descripta actum etiam pœnalem complectitur, qui Jurisdictionalis est, & pro malo culpæ malum pœnæ imponit. Imbecillis eorum objectio est, qui dicam* Grotianæ definitioni *ex eo scribunt, quod malum pœnæ non semper sit passio; nam & actio cum molestia ac difficultate conjuncta malo passionis æquipollet.*

(c) Effectricem causam *subiimimus, quæ non est nisi superior ac summa in Civitate potestas, Jure puniendi, & in caput vitamque civium animadvertendi facultate armata. Nihil proficit subtilitas, quæ superioritatem moralem à civili, hoc est, imperio instructâ distinguit: & illam vocat innocentiam, è quâ Jus nocentem puniendi nascatur. Nam & ista distinctio fundamento destituitur, & Jus puniendi nocentiâ Principis non sufflaminatur; nec illud effatum: Non debere æquè nocentem ab nocente puniri; propriè ad eos pertinet, queis potestas publica competit pœnas exigendi: sed qui nulla necessitate officii, & ostentando adversus vitia odio ad censuram aut accusationem vitiorum privata auctoritate prorumpunt. Add* Pufend. de J. N. & G. VIII, 3, 7.

(d) *Pœna enim* invitis *infligenda est, quia alias illa fine suo excideret, qui est acerbitate sua homines à peccatis deterrere. Pœnæ igitur non sunt castigationes voluntariæ: nec ad quæ quis mala ultro movetur. Sic in eodem vallo extruendo idem opus faciunt civis & maleficus: Ille ex mandato superioris, vel & mercede conductus, nentiquam puniendus: hic ex delicto, & sub ratione pœnæ, ut malum sustineat, quod ab sua voluntate vehementer abhorret.*

(e) Objectum *pœnarum est malum actionis; & omne quidem, si pœna in universum consideretur: humanæ autem pœnæ qua tali nec actus internos, nec peccata infirmitatis, & ex communi mortalium corruptione resultantia* PER SE *subesse, infra docebimus. Nam in foro multorum criminum vindicta ad Deum rejicitur: etsi sæpius interest Reipublicæ gliscentibus peccatis occurrere, & ne quis vel corpore*

vel rebus ſuis abutatur, providere. Objicit *eruditus è nuperis Scriptor de Pœnis: anguſtam nimis objecti delineationem eſſe, quod non omnis pœna præſupponat actionem, ſed & ob omiſſionem haud rarò infligatur, quando mandatis ſuperiorum congruenter actum non eſt. Sed facile quidem hoc dubium reſolvitur. Quis enim ignorat, etiam* omiſſiones in moralibus æquipollere actibus: *imo actum humanum complexum in actum commiſſionis & omiſſionis diſtingui. Ut taceam, in omiſſionibus quoque,* in quantum ſunt imputabiles, & vincibiles (*de puris & quatenus ſunt invincibiles, non quæritur*) *dari actus, ut eſt intentio omittendi.*

(f) Subjectum *igitur* & materia in qua *Pœnæ homo eſt, isque ut delinquens.* Non ergo infantes, nec furioſi: non illi, *quia quid agatur liquido dignoſcere & ad normam comparare nequeunt. Neque ſi verberentur ea propriè dicta pœna, ſed emendatio nuda eſt, ne per talia moleſtiam aliis faceſſant, aut ne pravam adſuetudinem attrahant.* Non hi *quia ut actus ſit punibilis, requiritur τὸ πεφυγεπιὸν, hic vero morbus citra ſuam culpam provenit.* Nec facinoroſorum corpora *pœnam adcuratè loquendo ſuſtinent, etiamſi ſepultura priventur, quæ quidem eſt opinio* Fernandi Vaſquii Controv. Illuſtr. III, 96. 10. ſqq. *quoniam pœna malum paſſionis dicitur, quod in mortuos non cadit. Quorum cadavera ſi crementur, vel cruci adfixa relinquantur, non puniuntur, ſed in majorem delicti deteſtationem aliorumque terrorem conſueto honore deſtituuntur.*

(g) Formam *Pœnæ in eo conſtituit Grotius, quod infligatur OB malum actionis, non ut τὸ OB nudam occaſionem, ſed* & meritum delicti *connotet, pœna, ut addidimus proportionatè expiandum,* & *publico cum emolumento vindicandum.* Τιμωρίαν *Purgatoriam* & *Medicinalem nonnulli adpellant.* Conf. Selden. I, 4, 51.

(h) *Proportionem ſervandam omnes agnoſcunt. Quidam mediocritatem dicunt ex univerſali Juſtitia petendam,* & *in manſuetudine conſpicuam, cujus officium ſit iram, effectumque ab ira moderata ortum, hoc eſt, pœnas, ut ne excedant aut deficiant temperare. Add.* Rachel. Diſſert. de Pœnis § 30. ſqq. *nos arithmeticam proportionem adpellamus, quam ut pœnæ delicto adæquatæ ſint, ſervari ne eſſe eſt.*

(i) *Poſſes uno etiam verbo dicere:* Ulciſcendum. *Cæterum Fines iſta hæc verba indicant pœnarum,* internum ſcilicet, *qui eſt ſatisfactio juſti-*

justitiæ: & externum, qui est propulsatio injuriarum atque utilitas vel omnium vel singulorum, ut in sequentibus ostendetur.

* *Præcipuus in magnis etiam Scriptoribus defectus est, quod Pœnarum naturam non in abstracto consideraverint. Inde factum ut multa confuse, plura intricatè, plurima præter usum tractarint. Eam quoque rationem passo, quod multi finem pœnarum internum non perspexerint, quia de pœnis saltem humanis tractarunt in quibus is prima, ut ajunt, fronte adeo pervius non est. Quod si verò Naturam pœnarum in genere investigassent, facilis adeo circa speciem lapsus haud fuisset, neque Pufendorfius Seldenum, hoc accuratissimè videntem, reprehendisset.* Nervus Restitutionis totiusque Instituti.

III.

Differt itaque pœna cum à restitutione, (a) quæ per se nihil pœnale involvit: tum à vindicta, (b) quæ etiam inter pares locum habet, & propriam læsi assecurationem intendit. Quæ sit ejus differentia à Restitutione & vindictâ

(a) *Restitutio enim (1) sub ratione officii à Lege naturæ præcepta est, non sub ratione pœnæ. (2) simpli restitutio nihil pœnale continet, sed dolorem de admisso ostendit, & mali socio illati quædam retractatio est. (3) Cur vero furtum bovis quintuplo, ovis autem quadruplo sarciendum, divina Lege fuerit? in Legislatoris equidem divini arbitrio constitutum positumque erat; docet tamen ipse Edicti* Exod. XXII, 1. *sq. tenor, de bove aut ove jam per furem vendita aut occisa sermonem esse, adeoque restitutionem quintupli aut quadrupli imperari ob lucrum, quod fecisse abigens censetur. Nam sub damni nomine non res modo nostra venit, aut nobis debita, quæ læditur, perditur aut intercipitur, sed & fructus qui ex ipsa re proveniunt. Itaque fructuum ex animali suo percipiendorum interceptio pensari Domino debebat; Et quia majus damnum bove carere quam ove, ideo amplior quoque restitutio exigebatur. Ubi tamen restitutio secundum se distinguenda adeurate à pœna est. Nam & commissi circa bovem furti gravior pœna ex hoc fundamento est, quod major Domino læsio illata, quam in ovis ablatione.* Conf. Thom. Aquin. 2. 2. Summ. qu. LXII. art. 3. *ubi ad hanc Legem responsurus ait: Cum aliquis injustè accepit rem alienam, duo ibi sunt consideranda; quorum unum est inæqualitas ex parte rei, quæ quandoque est sine injustitia, ut patet in mutuis. Aliud autem est injustitiæ culpa, quæ po-*

 test

teſt eſſe etiam cum æqualitate rei, puta, cum aliquis intendit inferre violentiam ſed non prævalet. Quantum ergo ad primum, adhibetur remedium PER RESTITUTIONEM, *in quantum per eam æqualitas reparatur; ad quod ſufficit, quod reſtituat* TANTUM, QUANTUM *habuerit de alieno: ſed quantum ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cujus inflictio pertinet ad Judicem: & ideo antequam ſit condemnatus per Judicem, non tenetur reſtituere plus quam ſimplum: ſed poſtquam condemnatus eſt, pœnam tenetur. Quæ quidem rem præſentem ſatis declarant, & legis laudatæ ſuppeditant interpretationem. (4) damnum penſari intereſt læſi: Delictum verò & malitiam lædentis pœna vindicari Juſtitiæ ac Societatis intereſt. (5) In reparatione damni, uno ſolvente, reliqui, ſi plures ad unum actum, ex quo damnum profluxerat, concurrerint, liberantur, cum idem damnum bis reparari æquum non ſit. At in pœnis ſecus eſt, ubi ſolida pœna pluribus ad idem factum concurrentibus, poteſt ſoletque infligi. add.* Pufend. de O. H. & C. I, 6, 8.

(b) *hinc pœnæ nomine generaliùs accepto paſſim venire videas vindictam. At hæc inter eos locum habet, qui degunt in* STATU *naturali, non illa. Vindictæ finis eſt, ut læſo in poſterum caveatur; pœnarum plures. Quare nec ſufficienter neque planè ſatis pœnam per* VINDICTAM NOXÆ *definit* Velthuyſ. *tr. de Pœna div. & hum. ab init.*

IV.

Quis finis Pœnarum & quotuplex?

Pœnarum duo ſunt Fines, expiatorius unus, (a) ſive compenſatorius: (b) alter Medicinalis, * isque relatus vel ad ipſos delinquentes, (c) vel ad læſos, (d) eosque quorum intererat non peccatum fuiſſe: vel ad quoslibet indiſtinctè. (e) De poſteriori hoc fine eximius eſt locus Ariſtotelis, qui αἱ πληγαὶ, inquit, ἰατρεῖαι γάρ πως εἰσιν. (f) priorem explicat veterum παιδεία, & præclarus ejusdem Stagiritæ locus: τὸ ἄδικον, inquientis, ἄνισον ὂν ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής. (g)

(a) *quia pœnæ divinæ & humanæ in eo conveniunt, quod utrinque ſumuntur, ut læſæ Juſtitiæ ſatisfiat, & obligatio, quam delinquens transgrediendo Legem contraxit, diſſolvatur. Ubique enim eſt τὸ ἄνομον, ut mox ex inſtituto oſtendemus, quod* Pœna *corrigendum, & ad Leges Juſtitiæ exæquandum. Et eſt pœna Malum paſſionis,* OB MALUM ACTIONIS, *non ſaltem ne porrò committatur, ſed* QUIA COM-

COMMISSUM *est. Cui asserto incautius opponitur* Platonicum *illud*; *Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur: quod de viti so Magistratus proposito, si sola nocendi libidine puniat, non de interna delinquentis ad pœnam obligatione intelligendum esse ostendit* Jo. Seldenus, *de J. N. & G. secundum disciplinam Hebræorum, I, 4, 51. & ex eo Ill. Kulpis. ad Grot. II, 20. p. 215. Unde absolute vera non sunt, quæ in Cursu Philosophiæ Gallico, dans la Morale L. I. P. I. p. m. 418. ait Pierre Sylvain Regis: La loy de Nature commande: Que quand on impose des peines, on n' ait aucun egard au mal passé, mais au bien avenir. Nec juvat ratio, quam addit: La raison de cette loy se tire de la nature de la fin, qui regarde toujours avenir: ce qui fait, que le chatiment lors qu' il ne regarde que le temps passé, n' est qu'une action de vanité, qui n'aboutit a rien. & qui s'exerce par consequent contre toute sorte de raison. Nam & finis compensatorius respicit futurum, Compensationem nimirum Justitiæ, & solutionem debiti.*

(b) *Jam supra restitutionem hinc seclusimus, quam pœnam compensatoriam nullo modo dicimus adpellandam. Quod & observavit Jac. Thomasius, Annot. CVII. ad Tab. XXIII. n. 32. etsi eadem præterrem & ipse usus. Obligari quis etiam potest ad restitutionem etsi nihil deliquerit, ut sit in depositu: ad pœnam minimè nisi deliquerit. Cæterum finis hic medicinalis etiam pœnis divinis, intenditur, si nempe improbi, ut par est, magna pœnarum exempla intuentes resipiscant. Unde fallit* Lamb. Velthuysius, *Tr. de pœn. div. & hum. p. 22. quando nimis generaliter scribit:* Pœna divina pro fine non habet exemplum aut correctionem: sed redditionem mali sensus pro demerito, habens aliquo modo rationem Justitiæ commutativæ. *Cui assertioni innumera obstant in sacris monita, quibus pœnarum exempla intueri & peccata securitatem, vitare jubemur. Conf. 1. Cor. X, 6, 11.*

* *ubi malum arcetur, ut morbus pellitur, severis aliquando pharmacis, Prov. XX, 30.*

(c) *quorsum pertinet* νεθεσία, κόλασις, παραίνεσις.

(d) *ubi læso consulitur, non ut animus dolentis exsatietur, quod injustum* NATURALITER, *& socialitati repugnans. Pufend. de O. H. & C. I, 6. ult. & II, 13. 6. ut & Grot. de J. B. & P. II, 20, 8. & 5. in solo inimici dolore, ita unde spectato, nullam est bonum, nisi falsum & imaginarium, ut in divitiis supervacuis multisque rebus aliis ejusmodi*

jusmodi, sed ne tale quid in posterum ab eodem lædente aut aliis patiatur.

(e) *etiam non læsum, ubi id agitur, ne qui uni nocuit, aliis deinceps noceat, & punitio conspicua aliis in emendationem cedat ad publicum terrorem.*

(f) *Nicom. II, 3. qu. 7. edit. Riccobon. p. 85.*

(g) *Nicom. V, 4. p. 202. edit. Riccob. Huc pertinet τὸ ἐπανορθωτικὸν, ibid. V, 5.*

V.

Quibus argumentis demonstretur primus finis? & quæ delicti cum pœna sit cohæsio?

Quemadmodum verò JUS PUNIENDI non absoluta, (a) sed relativa qualitas est: sic ex ipsa quoque peccati naturâ pœnæ necessitas exurgit. Neque in delicto nuda occurrit PUNIBILITAS, (b) sed meritum, ac dignitas pœnæ, & naturalis (c) ad eam obligatio. Unde non saltem Deus NECESSARIO (d) punit peccata, sed & summi in orbe Imperantes animadvertere in delicta tenentur: (e) sicuti vicissim delinquentes ad subeundam pœnam (f) vera obligatione obstricti esse, rectè dicuntur.

(a) *ut scilicet & in Imperante sit necessitas puniendi, & in peccante pœnam sustinendi.*

(b) *Multa hic paucis complexi sumus, quæ ex fundamento eruemus, ac paullo fusius ob argumenti dignitatem deducemus. Certe uti culpam ac moralem imputabilitatem, sic & reatum sive meritum pœnæ in omni delicto versari, tota clamat moralium doctrina. Et quid per Legem Superiori obligatus est, is ob ἀνομίαν se ad pœnam teneri per se agnoscit. Hic enim tenor, hæc summa Legis:* HOC FAC AUT POENAS DABIS. *Et in hoc præcipua Legum vis continetur, quod quid fieri à nobis superior velit, quidve non velit, & quæ constituta violatoribus pœna sit, una significant. Quam etiam rationem esse arbitror, quod Hebræi Græcique, delicti, alicujus reatu constrictum significanter* חיב & ἔνοχον *vocant. Nec insolens in sacris aliisque Scriptoribus est, peccata debitorum nomine venire: quod qui deliquit, compensationem injuriæ debeat, & ad pœnam subeundam, obligatione vera, quæ* ex actu negativo, dictamini legis contrario *descendit, teneatur: Imo sæ quoque Majestati ac Reipublicæ Pœnarum irrogationem debeat superior. Ut recte hactenus ὁ πάντα, si cætera*

secundas,

secludas, dixerit: esse in hac re aliquid, quod ad contractuum naturam accedit, quia, sicut qui vendit, etiamsi nihil peculiariter dicat, obligasse se censetur ad ea omnia quæ venditioni sunt naturalia: ita qui deliquit, sua voluntate se videatur obligasse pœnæ, eidemque, quæ Imperatoris sit formula, semet subdidisse. Præterea, in omni Legis transgressione læsio quædam est, societati ejusdemque Rectori illata, & si delinquentium animos ac vota excutiamus, adversus eum, qua TALEM, *tacita, si non expressa* HOSTILITAS. *Violat enim Jus Domini, eo ipso quo* ANTINOMIA *est: & honorem ei pleno perfectoque Jure (ut Imperanti, si cæteros etiam demas fontes, conf. omnino Pufend. de O. H. & C. II, 14, 14) debitum contemnit, velut parum aut nihil pensi transgressor habeat, ægrè ne an secus ferat superior, voluntatem suam non attendi, sed sperni. Et quid aliud evincit* NATURALIS *ille pœnæ metus, & quod male turpiterque agentem sua quemque vexat Eryinis, etiam ubi metus ab hominibus non impendet? Morsus intelligo conscientiæ, quibus carpuntur facinorosi etiam cum spes est homines fallendi pœnamque humanam effugiendi. Quem certe metum ex Imperii divini, & naturalis illius ad respondendum de peccato* Obligationis *sensu, ac interiore convictione, oriri manifestum est. Imò, si penitius expendamus, quam infelix recessus ab ordinatissima Creatoris voluntate peccatum sit, quamque miserando fœdifragio beatam hominis cum summo Bono κοινωνίαν intercludat, ipsum equidem delictum gravissimam sibi pœnam esse adparebit, & talem omnino, in qua omnia infortunia & summa contineantur. Quæ enim quæso major miseria cogitari potest, quam peccantis, qui animum corrumpit, & à Summo Bono avellit, eoq; Domini sui gratia excidit, & universæ societatis aversionem promeretur? Quæ omnia si in nervos contrahas, facilis ubique erit illatio, peccato non merum competere* Punibilitatem, *sed veram eidem ad* pœnam *inesse* dignitatem, *ac, ut sic loquamur, internam* necessitatem.

(c) *adeo, ut pleraque delicta indivulso quoque nexu* MALUM *post se* MOLESTUM, *velut pœnam naturalem trahant. Sic intemperantia morbis naturaliter punitur: temeritas infortuniis: injustitia violentia inimicorum. Quam in rem practica est observatio* Hobbesii Leviath. *c. 31. prope finem, quo eum conferendus* Richard. Cumberl. *de Leg. Nat. c. 1. §. 26. p. m. 57. sq.*

(d) *ex natura peccati hoc ernemus §. seq. Idem & immutabilis DEI*

Sanctitas ac Justitia evincit, ut adeo non posse non PUNIRE peccata *Naturalis ejus Perfectionis, non impotentiæ character sit.*

(e) *Non enim patitur absolutum remittendi Jus* (x) natura Societatis *Civilis, quæ salva sine pœnis esse nequit, quamq; pessum dabit superior, ni animadvertat in delinquentes. Mactat oves, qui lupis parcit. Add.* Besoldus, *oper. Polit. II, 2, 16. Hinc illud: veterem ferendo injuriam invitas novam: & vetus apud Politicos axioma est:* τὸς κακοὺς νόμους ἰσχυρὸς Φυλάττειν. (ב) nec Summi Imperii auctoritas, *quæ proditur nimia indulgentia, & in extremum discrimen vilipendimque deducitur. Reprehendit eam ob causſam Constantinum M. impensus in cæteris ejusdem laudator Eusebius; cum, inquiens, nullus esset extremi supplicii metus, qui malos homines à sceleribus deterreret, Imperatore prorsus in clementiam propenso, & ex Provinciarum Rectoribus nemine contradicente, eo factum est, ut* PUBLICA ADMINISTRATIO *non mediocrem reprehensionem subiret. de* Vita Constantini IV, 31, add. Ziegler. de Juribus Majestatis, I, 8, 8. (ג) indoles delictorum, *quorum nonnulla societatem scandalo damnoque adficiunt, & pœnam adeo post se trahunt* IRRELAXABILEM. *Ut alia nunc transmittamus.*

(f) *nec obest, quod obligatio videatur ex* ultroneo consensu *oriri, pœnæ autem* invitis *infligantur. Namque & citra consensum obligationis datur fundamentum, nisi cum* Hobbesio *Atheos divino Imperio eximere contendas, quod alibi confutatum; Præterea in hanc obligationem consensit, quicunque in societatem concessit.*

VI.

Quæ porro sit ratio connexionis pœnæ cum peccato, respectu habito ad Deum? Et an peccatum dici possit injuria in DEUM?

Inprimis autem naturalis illa peccati ad pœnam obligatio manifesta fit, si delictorum ad Conditorem habitus relatioque consideretur. Quo intuitu (a) peccatum dicimus formaliter esse in Deum injuriam, quæ necessario debeat expiari.

(a) *Lædit enim* Jus Dei infiniti, *ejusque majestatem ac excellentiam violat. Igitur pœna ei naturaliter imminet. Porrò peccatum in bonorem Deo,* jure, *uti dicimus,* perfecto *debitum irrumpit, & naturalem inter Conditorem & Creaturam* nexum dependentiæ & obsequii, SALTEM *Moraliter & quoad intentionem,* dissolvit. *Igitur injuriam dicit,*

cit, quam reparari neceſſe eſt. Igitur eam naturaliter ulciſcitur Legislator, & impunitam nequit dimittere. Ergò neceſſaria eſt Injuriæ exæquatio: reparandum Jus: Nexus ſarciendus: vindicanda DEI auctoritas: tollenda offenſio, non alio ſane medio, quam pœna. Equidem placent hæc Scholaſticorum primiceriis Gabrieli Vaſquezio Diſp. LXXXVI. in I. Part. Thomæ, To. I. c. II. fol. 545. & cum eo Jo. de Lugo, qui negant injuria Deum à creatura propriè adfici poſſe, his fulti rationibus. Quod (1) injuria inter illas tantum perſonas eſſe poſſit, quas inter vera ſit Juſtitia, & ea quidem commutativa. Hanc verò inter Deum & creaturam intelligentem non dari. (2.) quod homo peccando nullum Deo damnum inferat, igitur nec injuriam. Omnem enim injuriam in tantum eſſe veram, in quantum injuriando damnum inferat. DEUM autem nullo ſuo Jure privari poſſe aut aliquo bono proprio. Tunc verò alicui damnum inferri, ſi invitus bono privetur. Sed perperam ſupponitur, nullam (1) in Deum præciſè Juſtitiam cadere commutativam. Contrarium evincit ſatisfactio Chriſti ἱλαστηρίου, ut è Theologia conſtat, conf. B. Oſiand. Coll. Syſt. II, 26. p. 311. (2) neque admitti poteſt, quòd nulla prorſus inter Deum hominesque, nullo in Statu juſtitia dari poſſit, cùm conceptus Juſtitiæ UT SIC nullam importet imperfectionem. Addantur è noſtris laudatiſſ. Oſiandr. Theol. Caſual. P. III. c. 1. p. 4, 5, 6. ſeq. & B. Hülſem. Prælect. ad Breviar. c. 7. p. 1173. Quæ (3) de acceptione vocum Ariſtotelica non magnopere hoc laborandum eſſe, ſunt qui cenſeant. Namque præcipuum ejus propoſitum, ſi V. Nicomachicorum evolvas, fundamentum ſocietas eſt inter homines neceſſaria, in qua urgente ita indigentiâ humanâ, res vel diſtribuendæ vel commutandæ ſunt, & initis quidem certis pactis vel contractibus; ne in externis bonis aut malis alteri fiat injuria. Quam ſummo Orbis Rectori, cui longe eminentius eſt Jus, quique ut αὐτάρκεστος nihil indiget, nemo adplicuerit, niſi Crellius, eique Compar, ἵνα τῇ ὑποθέσει δουλεύσῃ. (4) Vindicativam verò ac ultricem in DEO exiſtere, nullum penes nos dubium eſt, & malum culpæ vindicare malo pœnæ ad Jura pertinet DIVINÆ MAJESTATIS. Diſtinxit etiam hoc in argumento B. Oſiander, Cancellarius quondam noſter, inter Conventiones voluntarias & invitas, quoad has juſtitiam inter Deum & creaturam reperiri pro indubitato habens. Annon enim ſervus injuriæ adficit Dominum, ſi ſuam operam alii

Do-

Domino locet? Igitur injuriam in Deum committit, qui sua voluntate utitur contra voluntatem DEI. Ad alterum respondetur, utique damnum non inferri Creatori φυσικῶς: lædi tamen, quantum est ex parte delinquentis ἠθικῶς, qui vellet Deum non vindicare, imo nescire peccata, Quo quid in Deum ejusque Majestatem cogitari potest magis injurium? Idem quem modo laudavimus, Præceptor noster desideratissimus, cum de hac quæstione disputaretur, inter damnum intrinsecum & extrinsecum distinxit: prius quidem DEO inferri haud posse, quia beatitudo ejus ac vita lædi ullo pacto nequeat: posterius tamen eidem inferri à peccato, quia Deus lædatur in honore & cultu sibi à creatura rationali debito.

PARS II.

SECTIO II.

§. I.

Quodnam sit fundamensum Sanctionũ Pœnalium divinis Legibus adjectarum?

Adjectæ promulgatis à DEO Legibus Sanctiones Pœnales non ex mero, ut ajunt, beneplacito ejusdem oriuntur, sed tùm ex Majestate, (a) eidem tàm chara, ut eam pati non possit impune lædi; tum ex Justitia (b) ejusdem ac Sanctitate necessaria & essentiali. (c) Quam dum violat peccator, obsequium eidem detrahendo, necessario (d) justitiam DEI punitivam incurrit.

(a) *ut ostensum à nobis Parte I. de Jure Pœn. §. 6.*

(b) *Est enim Justitia Dei ultrix nihil aliud quam proprietas ipsius essentialis, qua constituto per* CREATIONEM *Imperio, à Legis transgressoribus necessariò pœnam exigit, ut vis imperii sui constet, atque simul ejus Sanctitas gloriosè manifestetur.*

(c) *Nisi enim hæc essentialis Dei esset proprietas, non potuisset Paulus asserere, Jus Divinum τὸ δικαίωμα Θεοῦ, QUOD MALA FACIENTES DIGNI SINT MORTE, Gentilibus fuisse cognitum. Nam quæ liberæ in Deo sunt voluntatis, ex lumine rationis innotescere illis non potuerunt, Rom. I, 32. II, 15.*

(d) *Multa sunt, quæ hoc regerunturr. Præcipua contrahemus in summam. Primum ajunt, si Deus necessariò puniret peccata, semper, & quantum posset, puniturum, quod & experientiæ & naturæ Dei, quæ longanimis sit ac sera irarum, repugnat. Sequelam esse manifestam, quia*

quia quæ naturali necessitate agunt, semper agant & quando possint. Secundo, nullam esse rationem, cur Deus ex Bonitate naturæ suæ magis teneatur ad ulciscendum malum, quam ad remunerandum Bonum? præsertim quod, si recte ponderemus, ex hominis, tenuis illius ac imbellis creaturæ peccato ei nihil decedat. Pauca nunc non congeremus. Sed perperam Necessitas absoluta & Physica *miscetur cum necessitate* morali & rationali. *De priori vera est illatio, ut exemplo patet ignis, semper, & quantum potest, urentis: de posteriori non item. Quia exercitium Justitiæ ultricis & pœnarum, ratione modi, temporis, gradus, à sapientissimo Dei consilio dependet. Porrò, non eadem omnino præmiorum pœnarumque ratio est. Nam servum rebellem, si salvum velit esse societatem herilem coercere ac punire Herus tenetur: Præmiis afficere non item, tametsi officio defungatur; cum ad prius obligetur ex fine Societatis, ad alterum nonnisi* quantum vult, *præprimis si servus tractari non secum possit ac aliæ* Res Suæ: *etsi heic nihil præjudicatum velimus salvæ semper, ac integræ, de Jure, humanitati, add. Pufendorf. de O. H. & C. II, 4, 5. & Dn. D. Jäger. Jur. Dei Fœderal. Qu. XXVIII. fuse. Quem vero in praxi usum habeat consideratio læsæ per peccatum Majestatis Divinæ, ex ipsis naturæ fontibus gravissimè deduxit Scriptor Anglus E. Sonthomius Clinodii capite sexto. Quod obiter noto, ne vel confudisse principia, vel inutilem hujus puncti ἐξεργασίαν instituisse videamur.*

II.

Causa Pœnæ Efficiens, quænam sit? Et an Jus pœnarum sit pars Imperii?

Pœna accuratè loquendo non datur, (a) *nisi quæ à superiore in inferiorem* proficiscitur: nec Jure naturali, hoc est adducto à divinis cæteris, humanisque Legibus, innocens punire potest nocentem (b). Fixum proinde hoc esse debet, Jus puniendi esse Partem Imperii, nec punire eum, qui parem in bello adgreditur, multo minùs tertium quoddam Belli genus dari, (c) quod PUNITIVUM adpellant.

(a) *Multa sunt, quæ à Grotiana formula de J. B. ac P. nos abstrahunt, II, 20, 3, 7. & passim:* Cuivis in Societatem civilem non adscito, aut in mari, insula, loco deserto, ubi Judicia cessant, commoranti, nec paribus cum delinquente vitiis dedito, licere pœnam exigere à maleficis, ut emendentur; *quemadmodum & Reges, & qui par Regibus Imperium*

Imperium obtinent, potestatem habere dicit, pœnas poscendi non tantum ob injurias in se aut subditos suos commissas, sed & ob eas, quæ ipsos peculiariter non tangunt. *de J. B. ac P. II, 20, 40. Enimverò par parem Legibus obligare ad obedientiam non potest. Igitur nec ad pœnam. Vicissim: Nonnisi superior Leges præscribit inferiori. Ergo nonnisi superior pœnam potest sumere. Nihil huc facit arguta figurataque Superioris interpretatio.* neque melior ipso statim Jure est superior. *Porrò admissa hac hypothesi, hominum civili societate non nexorum haud alius erit Status, quam Bellum omnium contra omnes; quia quisque sibi Jus in alios animadvertendi vindicabit, visus sibi omnium integerrimus. Equidem* propulsatio injuriarum, & reparatio damni, & cautio in futurum *exercentur, ubi Jus pœnæ non est, & ea Belli potius rationem habent. Verum administratis pœnarum privatis paribusque indulta, dum quisque de se nimium præsumeret, aliis non cedentibus, rixas concitaret. Quod quam adversum Socialitati sit & pacem caritatemque, ac mutuam, qua conjuncti invicem sumus, obligationem lædat, manifestum adeo est, ut neque diffiteri omnino Vir summus potuerit. Adde Grot. de J. B. ac P. II, 20, 9. Multo minus in* Statu, *quem vocant,* naturali, *Jus pœnæ ad defectum sive distantiam à Lege relatum obtinere potest, cum nemo altero sit superior.*

(b) *Nimirum non sufficit superioritas qualiscunque, sed requiritur superioritas Imperii. Neque* cum pœna *misceri debebat* coercitio verbalis, *quæ quidem emendationem intendit, sed non sub ratione pœnæ. Nec emendatio finem pœnarum absolvit, subjectiva inprimis & per ordinem ad delinquentem. Ut in capitalibus manifestum est, & ad pœnas æternales haud injuria à nonnullis provocatur. Sunt tamen haud pauca, quæ pro dissentientibus pugnare videntur.* (1.) Si ratio dictat, maleficum POSSE puniri: Igitur punitio naturâ cuivis est licita. *Sed heic in antecedenti id quod in concesso non est, adsumitur. Ratio enim & POSSE maleficum puniri, ac DEBERE puniri, & à LEGISLATORE puniri debere sufficienter ostendit. Deinceps nulla est vis illationis: quemadmodum haud sequitur: Non iniquum est, ut homo stupidus, & qui seipsum regere nequit, serviat.. Ergo prudenti Jus est, servitutem illi invito imponendi.* (2.) *ajunt:* Antiquum utique Jus esse pœnas à sontibus sumendi, & illud quidem singulis concessum. *Sic* Hebræum à DEO Legibusque deficientem, aut

Ducem

Ducem se ad falsos cultus præbentem, illico à quovis homine potuisse interfici, *quod* Judicium zeli *adpellatum.* Deut. XIII, 9. *à Phinea exercitum, qui Principem è tribu Simeonis virum fœminæ Midianiticæ complexibus sese commaculantem, ira accensus flagransque contrucidaverit.* Num. XXV, 7, 8. *Publicè etiam constare, quantum eadem in Republ. circa* vindicandam cædem propinqui occisi *indultum fuerit.* Bannitos *hodieque impune à quolibet occidi, & in piratas cuique justum Bellum esse. Verum nihil hisce exemplis aliud probatur, quam Magistratum aliquando in pœnarum executione SINGULORUM MINISTERIO uti. Lex autem, ad quam provocatur,* Inquiritur in Legem forensem Deut. XIII, 9. de Judicio ZELI. *forensis, si dextrè ponderetur, facultatem tantum infert IN JUS RAPIENDI Ducem ad idololatriam, &,* causa demum cognita, *lapidibus eum obruendi. Quorsum eximia facit* Jo. Clerici *interpretatio: Tantum abest, uti Ducem ejusmodi propinquitatis caussa audire liceat, ut ad saniorem mentem frustra revocatus, & testibus convictus* Magistratibus deferendus sit, *ut capite pœnas luat. Lapidibus autem damnatus obruitor, & accusatoris quidem manu lapis primus conjicitor, tum cæteri, qui aderunt, sequuntor. Eandem sensum expressit Interpres ex Anglis celeberrimus H. Ainsworthus:* Shalt kill him) by shewing the thing to the Magistrate, who hath power to kill him, and what is said, thine hand, this is spoken to the accuser, or first witnesse, who must cast the first stone at him. *Verba, inquit,* Occides *eum, hoc volunt, indicandum esse reum Magistratui, qui Jus habet eum occidendi. Quod autem dicitur,* tua manus eum interficiet, *de accusatore explicandum est, ut & de primario teste, qui primum in reum conjicere debuit lapidem Deut. XVII, 7.* De Jure verò, *quod vocant,* Zelotarum, *hoc est, privatorum zelo ductorum, & delicta, sanctitatem Numinis, Templi, Gentisque violentia* ἐπαυτοφώρῳ *vindicantium, quam intricata incertaque disputatio sit, professa diligentique opera ostendit B. Antecessor D. Scheinemannus, de Eacinor. Phineesi Disp. II. §. 6. sqq. neque expeditum adeo est, quod Grotius de J. B. ac P. II, 20. 9. sitienter ait,* Judicium zeli à Phinea primo exercitum, inde abiisse in morem, *velut vestigia ac reliquias prisci Juris retinentem: cum factum Phineesi singulare & extraordinarium trahi in exemplum haud debuerit; & præterea in Rebuspublicis cavendum sedulo sit, ne Judiciorum auctoritas labefactetur, & quod de Zelotis recondita vir doctrinæ P. Cunæus dixit, speciosa moris illius*

illius præscriptione, homines quidam turbulenti spei suæ cupiditatiq; velificentur. Cujus quidem rei manifestum in Christianis Alexandrinis *exemplum est, qui importuno religiosi favoris impetu,* Hypatiam, *fœminam doctam & Philosophicam atrociter mactarunt.* Histor. Eccles. Tripart. VII, 15. *add. plura recensentem Dn. Coccej, de Judicio Morum §. 31. Nec placet, quod insignis ad Grotium Commentator existimat, Pineam pro persona omnino privata haberi non posse, cum* filius fuerit Summi Pontificis, *propter successionem aliquando Judiciis politicis præficiendus. Nam penes quem re ipsa imperium non est, is pro privato haberi hactenus debet: nec ejus exercitium sibi arrogabit filius Principis, nisi violenter occupare, quam ritè expectare regnum velit. Peccasset igitur Pineas nisi divino plane afflatu ac singulari Numinis impulsu zelum ostendisset, quem etiam subsequuta solenni declaratione Deus ipse, audiente universo populo, adprobavit. Multo minus referri ad Jus Zelotarum potest lapidatio Stephani, uti quidem Grotio in præsenti loco visum; Legimus enim eum ab accusatoribus ad Synedrii Judices ductum, ibi blasphemiæ criminis à falsis testibus reum factum, insigni oratione se suamque innocentiam defendisse, & cum nihil promoveret, capitis damnatum, ejectum fuisse ex Civitate, atque pœna blasphemis debita, lapidatione nimirum & quidem majorum more affectum esse. Quæ sane ad* Judicium zeli *nullo pacto referri possunt; & vidit hoc ipsum latinsque probavit Incomparabilis Vir,* D. Jo. Christophorus Wagenseilius, *Dissertat. de Sceptro Judæ. Quo cum jungendus omnino* D. Jo. Franciscus Buddeus, *de Moralibus Disciplinis præclarè hodie merens, Dissert. de Jure Zelotarum §. XXXVII. Quod de* Vindice Sanguinis *adjectum est, nequidquam probat, quod intendit Grotius. Is enim puniebat occisorem non privata, sed publica auctoritate, ipsa divina Lege munitus. Num. XXXV. 27. ad quam legem provocat Majmonides* מצוה בגואל הדם להרוג הרוצח שנ׳ גואל הדם הוא ימית את הרוצח *præceptum est, inquiens, de Vindice sanguinis, ut is homicidam interficiat, juxta illud quod dicitur; Vindex sanguinis morte plectat homicidam. Halich. Rotzach. c. 1. conf. B. Osiand. ad Grot. III, 25, 3. qui pariter sancitum vocat Juris forensis. Ad ultimum de* Bannitis, *prima eaque generalis responsio sufficit: penes privatos enim eo in casu* mera est EXECUTIO pœnæ delinquentibus à Magistratu dictatæ, *iisdem* heic & nunc *commissa, ubi fit, ut actio ei, qui* IMME-

ut & de vindice sanguinis Nu. XXXV, 27.

DIATE eam patravit, planè non imputetur, sed alteri, qui hoc tantum velut instrumento usus est. Pufend. de O. H. & C. I, 1, 27. init. & conf. Ord. Cameral P. II. tit 9. So jemand ibi: So bald auch der oder dieselbe Thäter und Friedbrecher &c q.s.

(c) Commentus est Vir doctissimus præter Bellum defensivum seu reparativum (quo & assecuratorium reduci potest) ac offensivum, tertium quoddam genus, quod PUNITIVUM adpellat; quasi ut Magistratus (utimur voce in vulgari significatu) subditos, ita Princeps Principem aut Civitatem sibi non subjectam punire PROPRIE loquendo possit. Sed falso supponitur, quod ex læsione ut tali oriatur subjectio, aut Rex læsus ex capite offensionis fiat Judex lædentis, cum Superioritas longè aliis è fontibus derivetur. Neque Bellum à Davide Ammonitis illatum Pœnalitatem infert: II. Sam. X. per tot. commate inprimis septimo & octavo. Non enim id puniendi gratia, sed ad honoris restitutionem injuriæque, quâ illi Legatos Davidis adfecerant, propulsationem susceptum fuit. Cæterum, quæ hoc Boeckleri de Pœna inter PARES locum non habente futura fuissèt in Grot. II, 20, 8. animadversio, si quidem (uti optandum erat) commentando eò pervenisset, vel ex iis manifestum est, quæ ad II, 1, 2 notat: De Bello pœnæ, inquiens, gravior ratio monere jubet, NON ESSE BELLUM POENARIUM accuratè loquendo inter eos, qui summa utrinque potestate præditi sunt, SED ALIQUID POENÆ COMPARABILE. Vidit nempe Vir doctus, Jus puniendi nullum esse sine superioritate. Ipse quoque Hobbesius, etsi hominibus civili societate non conjunctis, jus quodlibet agendi, quod ad conservationem sui necessarium ducunt, indulget, fatetur tamen, neque injurias, neque ultiones privatorum hominum vocari posse POENAS, quia non procedunt ab auctoritate civili. Leviath. c. XXVIII. Add. Dn. Buddeus Elem. P. III. c. V. §. 5.

III.

An Subjectum pœnæ activi seu Causa Efficiens sint naturaliter omnes?

Patet inde, naturalem puniendi facultatem adscribi OMNIBus non posse, quippe quos inter nulla est naturaliter superioritas; neque recte asseri, societatibus constitutis eam libertatem hominibus fuisse ademptam. Quam enim non habuerunt, (a) ea illis adimi non potuit. Cæterum non obstat, quod iterum censet vir doctus, *sic hosti in hostem puniendum* (b)

nullum Jus fore, quod tamen omnes concedant. Neutiquam enim id omnes largiuntur, nec hostis in hostem Jus habet puniendi propriè sic dictum, & quæ in bello pugnave inter repugnandum inferuntur mala, pœnæ rationem non habent, quia ut sæpius diximus, NON PRO IMPERIO. (c)

(a) *Obj. Si non habuerunt, quomodo Jus puniendi conferre in superiorem potuerunt? Respondeo, Jus puniendi, quod & gladii adpellatur, divinitus datum injunctumque esse, sacræ docent literæ. Dein sapienter monitum à* Pufendorfio *est, corpora moralia, ex pluribus hominibus constantia, Jus aliquod habere posse, ex ipsa plurium* CONSOCIATIONE *resultans, quod* FORMALITER *penes neminem singulorum fuit. Planè, ut in rerum naturalium plurium commixtione fieri consuevit, ubi compositum sæpe qualitates ejusmodi nanciscitur, quales nulla simplicium, mixtionem ingredientium, habere deprehenditur. Pufend. de J. N. & G. VIII, 3, 1.*

(b) *Hostis in hostem non habet Jus* PUNIENDI in Statu, *& quamdiu talis est: quales non sunt rebelles. His enim infligitur pœna ex* VI IMPERII, *& tanquam à superiori, utut hostilem sumserint animum, & aliquando acie fuerint vincendi, ut rei peragi possint.*

(c) *Objicit Vir ingeniosissimus.* Dari in vita communi, etiam in iudendo pœnas conventionales, quæ nec à superiori imponuntur, neque coactè sed libenter suscipiuntur. Evidens etiam esse Jus innocentium in nocentem, hinc Cainum sibi ab omnibus metuisse. *Sed ad prius liceat regerere, quæ ex* ALEÆ *legibus suscipiuntur mala, ne quidem mala esse, sed gymnasmata, sed lusus fallendo tempori. In altero nocens* ut talis *distinguendus est à delinquente. Nocentem in statu naturali quivis repellit, sed non punit ut delinquentem. Cainum interior conscientiæ vis docuit convicitque, quid naturali Jure promeritus sit: Unde,* qui invenerit me, *dixit,* interficiet me, *Gen. IV, 14. Sed ille quidem sensus* MERITI, *in aliis non demonstrat* Jus POENÆ, *nisi in DEO ejusque ministro Adamo, cui id velut Rectori ac Domino familiarum sine dubio competit: quique adeo & aliis, velut instrumentis, ad exequutionem Juris illius uti potuisset. Primum enim ejus maximeque divinum Regnum fuit, ut nostrum hoc faciamus illud* Aristotelis Polit. IV. 3. *cujus verò Monarchiæ adversa fuit Tyrannis, quam Cain vivo adhuc Patre cepit, mortuo roboravit, filiis tra-*

tradidit, quorum sex Reges usque ad diluvium memorat Augustinus de Civ. Dei XV, 20. Add. omnino B. Danhauer. Polit. Antediluv. §. 9. p. m. 14. Pulcre in hanc rem H. Ainsworthus: this shewet his terrour in Conscience, fearing just recompence, and fleeing where none dots pursue. *Hoc, inquit, terrorem ipsius in conscientiâ ostendit, justam metuentis talionem & fugientis, quum nemo ipsum persequeretur, Lev. XXVI, 17, 36.*

IV.

Etsi autem summis potestatibus præter peculiarem suarum Civitatum administrationem, *generalis* (a) quoque pro humanâ societate cura solicitudoque incumbat: iis tamen delicta adversus DEUM à liberis populis commissa *puniendi* (b) Jus non est, quamdiu quidem illi alias gentes æquo secum Jure vivere permittunt. Nam & obstat una *ex parte* defectus Superioritatis: * & *ex altera* lex de abstinendo à re aliena, adeoque & à Juribus aliorum. (c) Præterea DEO factæ injuriæ ipsi curæ sunt, (d) qui eas non dimittit impunitas, & Suo TEMPORE, (e) hoc est, longanimitati ac Justitiæ suæ convenienti in gentes resque publicas justè graviterque solet animadvertere.

An Pœnam irrogare liceat PARIBUS ob delicta in Deum?

(a) *Ac velut indefinita. Quia credunt, nihil sibi expedire privatim, quod non idem expedit Civitati, magnæ illius communitatis membro ac parti. Cæterum si suo ritè defungantur munere, vix tantum supererit ipsis otii quod ad externa curanda patiatur respicere. Adeoque generalis cura Regibus incumbit, quatenus unusquisque suæ pro parte tenetur vigilare, atque ita ad publicam conferre utilitatem. Conf B. Osiand. ad Grot. II, 20, 44.*

(b) *Sed regeret fortasse quispiam; Potest Princeps concesso sibi gladio uti ad ulciscendas injurias sibi, parentibus, amicis, sociis ab exteris illatas; Non uti poterit ad ulciscendas injurias DEO suo ab iisdem factas? Cur non altius in animos nostros descendat DEO illata injuria, quam qua ipsi adficimur? Cur alienam à nobis putabimus, quæ Conditori nostro, Conservatori, Regi, Patri denique communi infertur? Enimverò aliena statim ab animo nostro non est injuria, quam*

quam ipsi non ulciscimur. Potest gemitus, lacrymas, dolores ciere gentium aliarum improbitas, nosque ad vota & preces commovere, uti DEUS hæc mala ex orbe tollat. Sed nondum inde ius Pœnæ, imo neque Belli evincitur. Quod si sic promiscuè indulgeretur, quælibet gens, pro sua stans religione, & condemnans alias, & injuriæ in DEUM poscens, in armis perpetuo foret, ac universus orbis terrarum sempiternis bellis conflagraret. Deinceps multa quidem quoad se delicta sunt adversus DEUM commissa; sed quæ pro talibus Juxta Fidem ac Principia Delinquentium non habentur. Ut qui apud Americanos sanguine humano DIs litant, in ipsam quidem Naturæ Legem ac Jura Conditoris peccant: sed sub ratione cultus DEO grati, immo necessarii, eoque modo à conscientia errante adprehensi. Hæc certè delicta Hispanis Americam subjugandi Jus non præbuerunt: quod nec dissimulare Franciscus à Victoria potuit: etsi cautè hoc in argumento legendus: quando fassus est, Indis non debere auferri dominium, ideo, quod sint peccatores, aut infideles. Neque Viris gravissimis probatur illud Baconis de Verulamio, in de augm. scient. quando ad Bellum Americanis inferendum putat sufficere, quod isti possint intelligi velut per ipsum Jus naturæ proscripti, ideo quia apud illos sit consuetudo sacrificandi homines, & humanas carnes manducandi. Multa enim, ante quam ista proscriptio probetur, examinanda esse monet, ostensoque specimine demonstrat Pufendorf de J. N. & G. VIII. 6, 5. p. m. 1277. sq. Aliter pronunciandum, si Gens barbara justo bello victa sit, tum enim victor ad scelerum consuetudinem exuendam victos cogere potest, ut Alexander Sogdianis persuasit, ut alerent, non interficerent Patres: Persis, ut venerarentur, non uxorum loco haberent Matres, memorante Plutarcho in de fortun. Alexandr. Orat. I. f. 328. To. II. opp.

* Euripides:

Spartam quæ tibi contigit orna:
Nobis fuerit cura Mycenæ. Gror. II, 25, 8.

(c) Turbarentur autem Jura libertatis Genti in Statu, ut ajunt, naturali constitutæ competentia, si melior statim esset superior. add. Dn. D. Zentgrav. de Jure Gent. III, 7.

(d) Qui proinde & Principes summosque Imperantes punit solus, & in Civitates quoque integras, peccatis ipsarum irritatus, animadvertit. Quam in rem cordata est Thuani digressio, qua Ottomannicum Im-

Imperium ob Christianorum peccata in tantam molem, stupendo armorum successu crevisse opinatur. L. CXXX. fol. 1066. sq. ut & prudentissimi Cominei, de Regno Neapolitano à Gallis devicto pium judicium, Bell Neapol. L. 2. Add. Dn. D. Zentgrav. de Jur. & Justit. sub finem, eo loco ubi agit de JURIS & IMPERII DIVINI RESERVATIS.

(c) *Add. Augustin. de C. D. V, 8. Conf. omnino Genes XV, 16. ubi Rector justissimus, nondum, inquit, consummata est Amorrhæorum improbitas. Solet enim Deus, ubi tota gens agitur, diutissimè expectare, & bonis ad pauciſſimos redactis aut nullis planè existentibus, pœnas eo sumere severiores. Qua de re extat egregius Plutarchi libellus:* περὶ τῶν ὑπὸ τῆς Θείας βραδέως τιμωρουμένων. *Ubi magnam Dei patientiam esse docet, sed quæ læsa in iram excandescat, & tarditatem supplicii gravitate compenset: adeo ut cum nullam singulis, pœnam modo sustinentibus, faciat injuriam, ea tamen tanta adpareat, ut in omnium etiam antecedentium ætatem scelera illata videatur. In sacris memorabile est* TO METPON TΩN ΠΑΤΕΡΩΝ, *ad quod non spernenda Grotius congessit, Matth. XXIII. 32. & modum delictorum à Deo expectatum mensuram iniquitatis vocari observavit.*

SECTIO III.

Sect. III.

§. I.

An quæ verbis fit correctio, sit pœna? & quid huic pari in parem liceat?

COrripere par parem, & sic etiam gens gentem potest; & ipso quidem indice Jure naturali, quod declinare à socio nocitura jubet, atque à via aberrantem reducere. Quo nomine Barbaris quoque turpitudo Sacrificiorum humanorum, esus carnium humanarum, aliaque immania, repetitis naturæ (a) dictaminibus, ex *communi socialique*, quem invicem debemus, *dilectionis affectu*, honestatisque publicæ amore, scandali etiam dati avertendi, seductionisque suorum impediendæ ergo repræsentari debet: atque ut ne ii talia committere pergant, solida de iis commonitio suscipienda est.

(a) *Commune istud charitatis, naturali lege præcepta, officium explicat*

Isocrates: Δίκαιον, inquiens, τὺς ἐπ' ἐυνοίᾳ νουθετέντας μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν πεπραγμένων, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύειν ποίων ἀπέχεσθαι, καὶ τίνων ὀρεγόμενοι παυσάμεθ' ἂν τούτων ἔχοντες τὴν γνώμην, καὶ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντες; *æquum est, eos qui ex animo consilium aliis velint, non tantum acta reprehendere, sed etiam monere, quæ fugienda, quæ sequenda sint, ut mutatis tantum consiliis talia delicta comprimantur. Orat. de Pace, quæ socialis inscribitur p. 406 edit. Wolffii. Hülsem de Corrept. Frat §. 7. n. 51. & add. Zentgrav, de Jure Gentium Art. III. §. 8. p. 155. & in summa* Juris Divini, *Sect. III. art. 2. §. 35. p. 687. seqq. Cæterum quæ verbis fit Correctio, Pœna propriè non est, sed consilium &* Admonitionem, *si ab æquali: Sin à Superiore, pœnæ sequuturæ* Comminationem *denotat. Conf. Ill. Kulpis Coll. Grot. ad II, 20. §. 4.*

II.

Quæ causa Pœnarum Instrumentalis?

Causæ Instrumentales (a) pœnam inferentes Ex Arbitrio Superioris variæ sunt. Capitalium olim suppliciorum instrumenta fuere (b) Testes, aut populus universus: (c) lictores (d) item, aut (e) commilitones; vel & carnifices, ut hodiè apud plerasque Europæ gentes: (f) *eo in statu* constituti, qui *cum vitij* (g) *opinione* passim conjunctus est, eorumque *simplicem* intra Civitates *existimationem*, quibusdam in locis, ita consumit, ut vel expressis legibus (h), vel communi duntaxat consuetudine & opinione, talibus misceri pudendum habeatur (i). Cæterum probandus quarundam gentium mos non est, quo rei sibi ipsis (k) mortem consciscere, suarumq; pœnarum Activa Instrumenta (l) esse jubentur. Quo ipso tamen non negamus, fieri à Reo *pœnarum optionem* posse; quoniam eligendo non ipsam quærit pœnam, sed quæ necessario subeunda est, eam *gradu* inferiorem esse cupit ac leniorem. (m)

An quis pœnæ capitalis Instrumentum activũ esse possit?

Quid de Ministro meræ, ut vocant, exequutionis sentiendũ?

(a) *De quibus si justa pœna sit, valet Regula:* Contingere aliquando, ut act ò ei, qui immediatè eam patravit, planè non imputetur; sed alteri, qui hoc tantum velut Instrumento usus est. *Aliter sentio, si quis Instrumentum esse debeat intelligendi hominis innocentis; tum enim minister exequtionis se non habet instar meri gladii aut securis. Equi-*

quidem non ignoro, quæ huic sit quorundam sententia. Conf. si placet, Pufend. de J. N. & G. I, 5, 9. & VIII, 1, 5, 6. ut & de O. H. & C. I, 2. 4. & II, 12. alt. Sed vereor, ut interfectio hominis, quem is, qui jubetur, certo innocentem novit, possit adpellari mera exequutio, quia Patrator est Instrumentum Animatum, intellectu & conscientia præditum, quæ innocentibus haudquaquam nocendum esse dictitat. Itaque recte alibi laudat Pufendorffius Satellites Saulis, injustum detrectantes ministerium, quod ad internecionem Sacerdotum innocentissimorum ipsis commissum erat, de J. Nat. & G. VIII, 1, 6. quos inter Hebræi Abnerem quoque fuisse tradunt, quem eam ob causam funebri carmine Davidis extulerit: Non ligatæ, inquiens, sunt manus tuæ. Velut hæc illius encomii sententia sit, non is tu eras, qui sine delectu rerum manus tuas alteri commodares. add. II. Sam XXII, 17. & II. Sam. III, 34. quod tamen examinare hoc loco nostri non est instituti.

(b) arg. Legis forensis Deut. XVII, 7. ut dicturi coram judicio testimonium cogitarent, nihil in judicio ab lingua proferendum esse, quod non in supplicio parata esset exsequi manus. Conf. omnino Guil. Zepper. Explanat. Legum Mosaic. V, 7, 3. & Hieronic. Gieseberti tum, Deuteronomio Harmonico Israelis ad XIII, 9. pag. m. 540. quibus junge potest Jo. Seldenus de J. N. & G. S. D. H. IV. 8. & de Synedriis veterum Ebræorum, II, 13. p. m. 535. edit. Londin. ut & Misna Sanhedrin cap. VI, §. 4. cum interpretatione Joannis Cocceji; ubi sic traditur: והעדים הם החורגין אותו בכל מיתה שיתחייב בה ורוצח שלא הרגוהו עדין חייבין להמיתו כל אדם Et Testes (in causa Rei) eum morte plectebant, qualicunque mortis generi esset obnoxius. Homicidam autem si testes morti non traderent, homines universi id præstare tenebantur.

(c) immo nec sacrorum Antistites alicubi excepti. add. Reinking. Polit. Bibl. lib. II, axiom. LV. qui varietatem causæ instrumentalis fusè deduxit.

(d) De quibus videri potest in Illustri Syntagmate Petrus Gregorius Tholos. XLVII, 9. 10. copiosè sanè ac eruditè disquirens.

(e) Insignis est apud C. Tacitum Annal. I, 44. locus: C. Cettonius judicium & pœnas de singulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione Legiones districtis gladiis: Reus in suggestu per tribunum ostendebatur: Si nocentem acclamaverunt, præceps datus trucidabatur.

batur. Ejusdem pœnæ Exemplum suggerit Ammianus Marcellin. *L. XXIX. c. V. p. m. 623. edit. Gronov Eos (Imperator) qui inter Constantinos merebant,* PRISCO MORE *militibus dedit occidendos. Rufus in LL. militaribus:* Κελεύομεν τὰς σφαπώτας ἐκείνε τῷ τάγματος πρώτε φέυγοντας καὶ ὑπαναχωροῦντας ἐκ τῆς τάξεως ΑΠΟΔΕΚΑΤΟΥΣΘΑΙ, καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν ταγμάτων κατατοξεύθῆναι. *Quomodo è sanctis* Sebastianus, *Vir militaris, & qui principatum primæ cohortis gerebat, jussus est sub titulo Christianitatis à Diocletiano Imperatore ligari in medio campo, atque à Militibus sagittari, referentibus Usuardo & Beda in Martyrolog.* XIII. *Kal. Januar. Qui* mos priscus, *puniendi noxios per commilitones, ad nostrum quoque ævum dimanavit, ubi rei milites plerumque à commanipularibus solent sclopetis trajici. Militari vocabulo* arcubugiare *vocant. Add. Forstner. ad Tacit. I, 44. p. m. 83. edit. Lugdun.*

(f) *Nisi quod & Lithuanos accusatoribus hasce partes demandare memorant.*

(g) *Quod inhumani plerumque ac iniqui trucesque sint, & qui, Cyrillo notante, inter calamitates aliorum, robur quoddam ostentent. Conf. Reform.* Impet. & Ordinat. Polit. de Anno 1530. *Augustæ publicata, art. de lict. ubi etiam externo ab aliis habitu distingui jubentur. Citra vero* IMPOSITIONEM HOMINUM, *ac* VITII, *quam dixi,* OPINIONEM *quid statui possit, facile potet, & præter alios docuit Zeperus, loco superius laudato.*

(h) *Pufend. de J. N. & G. VIII, 4. 6. &* singulari dissert. *de Existimatione §. II.*

(i) *Ut jam Cicero Orat. pro Rabirio dixerit: Funestari concionem lictoris interventu. add. Gregor. Tholosan. sepius laudato Syntagmate XXXI, 38. per tot.*

(k) *Quia Amicus sibi quisque natura est,* & ἀδεὶς πότε πλὼ ἑαυτῦ σάρκα ἐμίσησεν. *Ut superstitiosa sit patientia Turcarum, quibus persuasum ait Ricautius,* qu'il n'y a point de martyre plus glorieux, que celuy de mourir de la main, & de la main propre, ou le commendement du Grand Seigneur, & que ceux, a qui ce bonheur arrive, sont emportez immediatement en Paradis. *Non esse glorioſius Martyrium, quam manu & quidem propria vel saltem jussu Imperatoris sui necari. Hos enim quibus ea obtingat felicitas, immediatè Paradiso inferri. Histor. Imper. Ottoman. I, 3.*

(l) *Velut*

(l) *Velut in Japania frequentissimum honestissimumque supplicium capitale ventris sectio, non nisi propriis reorum manibus administrari solet. Ubi quidem nimis activa instrumenta ad propriæ Naturæ eversionem eos esse censet* Becman. Medit. Polit. XV. 3. *De merè passivis non quæritur, quia eo sæpe in casu proprii amoris partes explentur, dum irrelu&tabilis mali lenior gradus procuratur.*

(m) *Supponimus pœnam certo subeundam esse, quam & invitus patitur. Itaque quod eligit,* gradum saltem ac modum pœnæ *concernit.*

III.

An DEUS puniat ex mero Jure Dominii?

DEUS in pœnarum inflictione non *ex mero Dominij*, (a) sed naturali Justitiæ Jure punit; nec obstat, post ultimum ejus judicium impios non emendari. Nam neque supplicio capitali affecti emendantur, sed tolluntur è societate. Et alius præter emendationem finis est pœnarum, quem compensatorium diximus.

(a) *Quod notandum ob ea quæ proponit Grotius II, 20, 4. ubi censet DEUM in posteris vindicare paternam impietatem vi dominii plenissimi, & ad Exemplum Achivis provocat. Sed aliter ipse DEUS de se pronunciat, quando rationem ejusmodi pœnarum zelum suum, sceleribus provocatum irritatumque dicit. Cætera sufficienter expedivit* B. Osiand r *ad Grot. II, 20, 4. & II, 21, 14. nec obstat Salomoneum, ad quod provocat. Nihil enim illo aliud docetur, quam DEUM omnia ordinatè sapienterque moderari, sic ut pœnarum quoque irrogationes justitiam ejus ac bonitatem, sapientiam denique ac providentiam illustrent.* De Achane *addi potest Pufend. O. M. VIII. 3, 33.*

IV.

Subjectum Pœnæ passivũ quodnam? An etiam Bruta?

Subjectum pœnæ est delinquens, isque ut talis, & quia auctor suæ actionis. Demum & invitus. (a). Unde etiam excluduntur *Bruta* (b), cum ob defectum principiorum agendi moraliter (c), tum ob incapacitatem juris, quod cum naturalibus eorum propensionibus confundi non debet (d).

(a) *Obj.* Obligationem ad pœnam oriri ex consensu. Igitur pœnam infligi non invito, sed volenti. *Sed novum quidem non est in Moralibus,*

bus, invitum violentumque appellare, quod certa tamen ratione voluntarium est. Sic qui per violentiam bellicam adiguntur in victoris Imperium concedere: consensisse *tamen in subjectionem dicuntur, quod omnes suas fortunas* aleæ Martis *exposuerint, quæ subjectio, vi quippe elicita, tametsi* in Se *Involuntaria appareat, ratione tamen* RADICIS *habetur pro voluntaria. quo quidem sensu à nonnullis Consensus in pœnas vocatur* generalior, *item* remotus, *quoniam qui directè velit peccare, per consequentiam & pœnam voluerit mereri. Deinceps invitus patitur, qui pœnam sustinet,* IN SE: *non tamen in* SUA CAUSA: *quoniam ipse in culpa est, ut hunc in Statum perveniret. Itaque invitum* vel æquipollet ei, quod hoc & nunc voluntati adversatur: *aut* simpliciter involuntario, ubi nihil planè à nobis commissum est, *quod objectum voluntati ingratum eliceret aut provocaret. Priori modo invitum diximus puniri, non altero. Est enim in pœnis non saltem spectandum* CUJUS ERGO, *sed &* OB QUOD, *id est, meritum, in quo examinanda veniunt,* CAUSA, *quæ impulit:* CAUSA *quæ retrahere debuit: & Personæ idoneitas ad utrumque. Neque porro inter absolutè impossibilia est ad extrema etiam mala obligari; uti divinorum exempla præceptorum docent, queis mortem potius obire aliquando, quam certas actiones exsequi jubemur. Neq; etiam humanâ constantiâ, saltim quæ in Viros cadat, majus habendum, probabili mortis periculo se exponere, ut in militia. Quod ni esset, omnis disciplinæ militaris rigor dissolveretur. Addantur, si placet, Grotius de J. B. & P. II, 20, 28, 29. & I, 4, 7. n. 2. Pufend. O. H. & C. II, 10, 2. & de J. N. & G. III, 7, 5. C. Thomas J. Prud. Div. III, 7, 81. qui etiam hoc in argumento* actus ultimos Pœnæ ab antecedentibus & concomitantibus (*in quos pœnæ definitio non quadret*) distinguendos *esse observat. Quibus jungi meretur B. Lauterbachius* Dissert. singulari de Voluntate, §. 5. *ibi: qui sceleratum capiunt consilium, suo merito jam tum puniri, id est, sua (*TACITA*) Voluntate pœnæ meritum contraxisse videntur. Sic Tacito Annal. XII. Mulier quæ servo junxerat, in servitutem sui consensisse dicitur: quia id pœnæ in tales erat constitutum. Licet non diffitear,* generaliorem saltem & NON PROPRIISSIMUM ESSE CONSENSUM.

(b) *Contra sunt Lipsius, & è præcipuis* Hieronymus Rorarius; *sed quorum objectionibus jam alibi satisfactum. Neque quidquam evincunt* exempla bestiarum, *malis ejusmodi adfectarum; nam & terræ male-*

dixit

dixit Conditor. & in atrocioribus criminibus etiam instrumenta vel-
lut in supplicium tracta haud raro sunt, ut omnis memoria facino-
rum deleretur. Nota est è Famiano Strada excisio ædium Calembur-
gii Comitis. Refert etiam Æschines contra Ctesiphontem, Athenis
lapidem, ligna, ferrum, quod delapsa hominem occidissent, exterми-
nata esse: non alia de causa, quam ut eo homines exemplo discerent,
quale supplicium illis pararetur, si simile admitterent, cum usu ra-
tionis donati essent. Ita domos quoque in latrinas vertere erat quæ-
dam in oriente memoriæ damnatio: ut in Chaldæo ad Magos suos
Nebucadnezar: Membratim laniabimini, & domus vestra in latri-
nas mutabitur. Dan. II, 4. col. II. Reg. X, 27. add. de affectis igno-
minia ædibus locisque, Esdr. VI, 11. Deut. XXIX, 23. Jud. IX, 45.

(c) Provocant Rorarius, & Campanella aliique ad Exempla Bruto-
rum, quorum nonnullæ actiones ejusmodi sint, ut omnino rationem
evincant; & conferre jubent Aristotelem in Historia Animalium, qui
L. IX. §. CCCXLIV. de apibus memoret, fures & fucos ab apibus frugi
necari: duces etiam malos ab ipsis interfici, imo & multos, ne eorum
multitudine gens distrahatur. Reges, quos habeant, μὴ χαλεπαίνειν,
neque cuiquam è Subditis molestos esse. Si sint, necari. Cæterum illa-
tas sibi injurias etiam in grandioribus animalibus vindicare; quor-
sum notat J. Cæsar Scaliger, narrasse sibi Patrem, bello Carolino, ty-
runculum Gallum in Calabria, cum mel surripuisset injuria affectis
apibus atque eversis alveariis, ubi vespere equum conscendisset, una
cum equo ab apibus interfectum esse. Enimverò, num explorata adeo
vel saltim perpetua omnia sint, quæ Stagirita de Animalibus comme-
morat, nolim excutere. Id observavi, proferre Rorarium argumenti
in vicem exemplum equi incestum detestantis: contra Aristotelem re-
ferre, equos, ἀναβαίνειν ὅτι τὰς μητέρας καὶ ὅτι τὰς θυγατέρας. Hist.
Anim. VI. CCC XVIII. Cæterum tueri se, atque incommoda propulsa-
re, pertinet ad τὸ πρῶτον τῆς φύσεως, omni animantium generi tri-
buta. Non autem sufficit, Bruta agere secundum naturam: quia aliud
Natura est, aliud jus naturæ, demum simulacrum quoddam virtutum
(quæ B. Hoppferi nostri in hac materia disciplina fuit) & qualecunque
Schema Juris in Brutis occurrere non negatur: quæ tamen à vero
Jure vehementer secerni necesse est: cum ea naturali impetu ferantur,
& perpetuo rapta instinctu ad complura determinentur, quæ
ipsis naturalia, hominibus forent turpissima, juriq; naturali è diame-
tro contraria rentur.

(d) Pœ-

(d) *Pœnas in Bruta cadere cumprimis statuunt Judæi, & inter eos Da-*
„ vid Kimchius, qui ad Psal. CXLV, 17. alii dicunt, inquit, præmia
„ & pœnas ad nullum animal pertinere, præterquam ad hominem
„ solum. At nos dicimus, etiam reliquis animalibus rependi præmia
& pœnas in negotio hominum. huc facit, quod reperimus de sangui-
ne hominis: etiam è manu omnis animalis requiram illum Gen. IX,
5. Dicit quoque Habacuc II, 17. & vastitas bestiarum terrebit eos.
Sed patet cuivis, *quam hæc scilicet Judaicam sapiant ἀκαλεσιαν. Nam*
quod de repetendo è manu bestiæ humano sanguine dicitur, gravita-
tem quidem homicidii exaggerat, sed veritatem delicti aut pœnæ in
bestiis non evincit. conf. Hornej. Philos. Civil. *IV, 3, 22. Præterea*
quam Sanctum haberi DEUS velit humanum sanguinem, hoc velut
munimine confirmat, quo se ne brutis quidem, tametsi ratione desti-
tutis, parci eo effuso, velle declarat. Bochartdi *sententiam aliis exa-*
minandam relinquimus, qui ad leones imprimis ursosque respi. i au-
tumat, queis manus propriissime *dictæ competant, in* Hierozoic. III,
de Natura Leonum, *communi Arabum Græcorumque sententia; nec*
ipso dissentiente S. Codice, *1. Sam. XVII. 37. Dan VI. 27. cui tamen*
& alia loca, si institutum locusque pateretur, opponi possent, queis
manus & aliis rebus nonnisi per analogiam aut impropriè omnino
adscribuntur. Hose. XIII. 14. Prov. VI. 5. Acuta etiam est Isaaci
Abarbanelis *expositio, qui verba ista: Requiram sanguinem vestrum*
de manu Brutorum, sic explicat: Vindicabo cædem vestram ab ho-
minibus commissam, si homines pœnam exequi vel nolint, vel neque-
ant, PER MANUS BESTIÆ, *ita ut Bestiæ instrumenta vindictæ ad-*
versus homicidam exercendæ futuræ sint. Communius cæteri Hebræi
statuunt, minari eo loco DEUM, se punitorum eos, qui homines be-
stiis objiciunt, velut ea tempestate mos obtinuerit, nocentissimas nu-
triendi bestias, ut earum auxilio facilius obtineri dominia possint.
Sed multis hæc difficultatibus involuta sunt, & sufficit, in Actibus
bestiarum formale pœnarum non deprehendi, *cum nec meritum in ea*
cadat neque culpa; Etsi justum sit animal noxæ dari, *aut cædi, quia*
damnum intulit.

V.

Subjectum pœnarum peciale

Jus autem puniendi delinquentes eo se extendit, * ut summum Imperium, ob atrocia delicta, & per modum pœnæ, illud

illud in *ipſam quoquevitam* Civium DIRECTE (a) poſſit exercere. Cujus quidem Juris fundamentum cum *in ipſa quorundam delictorum* (b) *natura*, tum *in fine civitatis*, jus in moralibus civilibusque extra controverſiam dante, conſiſtit. Publica enim tranquillitas, niſi extremum repræſentari malum poſſit, & morte quorundam reprimatur, audacia aliorum obtineri nequit. (c)

paſſivum, an etiam vita Civium?

* *Eminentius heic DEI jus eſt, qui & animam & corpus perdere poteſt Matth. X, 28.*

(a) *De* Indirecto *Juris illius exercitio, alibi diſputatur. Ubi non id agitur de induſtria, ut cives vitam amittant, ſed periculo duntaxat mortis vita eorum exponitur. ut manifeſtum eſt exemplis militum & OBSIDUM. Add. Pufendorf. de Off. H. & Civ. II, 13, 1, 2. etſi expreſſe docuerit Lex foverſis, quibus parcendum in eductione bellica ſit Deut. XX, 5. novarum ſ. licet ædium conditori, ac novitio* [quibus parcendum in eductione bellica?] *nec cultori, Neogamo item Deut. XXIV, 5. ac timidis, ne alios metu ſuo terreant, aut exercitui afferant nocumentum. Præſtat enim ejusmodi carere milite, quam invitum in hoſtem ducere. vide Cæſarem ad ſuos Bell. Gall. I, 39. & I, 40. n. 14.*

obiter.

(b) *Ut in homicidio manifeſtum eſſe ajunt, ubi vitæ profuſæ nulla videtur compenſatio, niſi fuſo viciſſim ſanguine; & qui occidere alium dolo malo non veretur, ab illo ceteris nunquam ſatis cautum erit, niſi eum vita exturbent Gen. IX, 6. quam legem plerarumque conſenſus Gentium excipit, &, ſi non naturalem, poſitivam tamen univerſalem potiſſimi Scriptores agnoſcunt. Add. Dn. Ludovic. Hiſtor. Jur. Nat. & Univerſ. §. 115. niſi quod in Statutis Regni Poloniæ, lata à Caſimiro Anno MCCCLXVIII. Lex occurrat:* quamvis occidens hominem ſecundum DEI & Regum Sanctiones eſſet capitali pœna plectendus: NOS TAMEN RIGOREM ILLUM TEMPERANTES, ſtatuimus, *quod occidens militem XXX. Marcas Parentibus, pueris, aut amicis ſolvere teneatur. quam in rem gravis eſt paræneſis Andreæ Fricii Modrevii ad Sigiſmundum Auguſtum Poloniarum Regem, De dicatione Commentariorum de Republ.* Quot anni, *inquientis*, fluxerunt, quibus regnum hoc ſanguinolentum (*Poloniarum innuit*) viget: & ut imperante Patre, ita Te Rege, ſanguine redundat? *Sanguis „ effunditur: nec ſacris nec profanis locis parcitur: Nihil eſt tuti à*

e *ferro:*

„ferro: libidini passim servitur, FIDUCIA NUMMORUM ET CARCERIS „ ALIQUOT HEBDOMADARUM. *Vide Rex, ne diuturnæ patientiæ iram „ in nos, ac IN TE etiam effundat tandem DEUS, vertatque in cu- „ mulum condemnationis nostræ* TOT SECULORUM MANSUETUDINEM. Aliter sanè *Divinam Legem optimi capiunt Scriptores, quorum nonnullos, ut instituto nostro satisfaciamus, recensebimus. Intellexit eo, quo diximus, sensu Onkelosus, qui habet: Qui effuderit sanguinem hominis, per testes, juxta sententiam Judicum, sanguis ejus effundetur. Consonat sextum Noachi filiis editum præceptum* עַל הַדִּינִים *de judiciis. Selden. de J. N. & G. IV. J. Flavius Archæol. I. 4. verborum Mosaicorum sensum Græce sic extulit:* Παραινῶ μέντοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι —— τὰς δεξαμενάς τι τοιοῦτον κελάζοντας. *Moneo abstinendum ab humana cæde — & quidpiam simile qui commiserint plectendos. Signanter Æschylus in Agamemnone:*

Τῶν πολυκτόνων γὰρ
Οὐκ ἄσκοποι θεοί.
Κελαινοὶ δ' ἐν ἐλιννύες χρόνῳ
Τυχηρὸν ὄντ' ἄνδρ' δίκας
Παλιντυχεῖ τελβᾷ βίᾳ
Τιθεὶσ' ἀμαυρόν.

Quæ sic interpretatus est Hugo Grotius:

Non fallunt oculos DEUM
Multo sanguine qui madent.
Nam quod sors nimium favens
Spreto jure trucem docet
Exercere potentiam,
Hos nigrum furiæ genus
Eversos vice temporum
Obscuro involvunt loco.

Restituendum in dicta Lege vocabulum בְּאָדָמוֹ *putat Criticaster* Marc. Meibomius. *Ut hic ejus sit tenor: Quicunque effuderit humanum sanguinem in terram, sanguis ejus effundetur in eam, quæ audaculi Commentatoris censura adeo dura insolensque est, ut neque dem* Joanni Clerico, *erudito quidem, sed æquè prompto Scripturæ Censori placuerit. Conf. eundem ad Gen. IX, 6, sed hoc quidem nos obiter annotatum volumus: qui vindicias incorrupti Codicis aliis relinquimus, & hac occasione commendamus. Cæterum repetita ea*

dem

dem Lex divino edicto fuit, cujus ille est tenor Exod. XXI. Qui de induſtria occiderit Proximum ſuum, is vel ab ara mea ad necem avellitor. *Ergo ſeu quis telo ligneo, ferreove, ſeu ſaxo manuario, ſeu manu proximum hoſtiliter pulſaverit, ita ut ille moriatur, pulſator homicida eſto, morte plectitor: Nullus ei portus nullumque perfugium eſto in iis urbibus, quæ aſyli jure iis tantum conceſſæ ſunt, qui proximum impudenter trucidaſſent. Idem Divinus Legislator ita edixit:* Ne pretium recipitote, *nec ob vitam ab homicida, qui crimen capitale admiſiſſet: nec ob domum reditionem, ante mortem Summi Pontificis ab eo, qui in Aſyli ſui oppidum confugiſſet. Ne terram polluitote, quam incolitis. Sanguinis enim effuſione maculatur terra: nec poteſt à ſanguine in ea fuſo expiari, niſi per ejus ſanguinem, qui fudit, Conf. Num. XXXV. ſub finem. Nam cum parum grande, parumque vitandum ſcelus putetur, quod redimi pecunia poſſit: certè Lex homicidium redimi jubens non Lex, ſed Reipubl. labes, ac naturæ humanæ pernicies putanda eſt. Profecto pecuniosus homo nullam pertimeſcit culpam, quam nummis redimere poſſit. Contra, præſentis mortis cogitatio animos quantumvis feroces à facinoribus abſtrahit: Mortis ſecuritas cum ſpe elabendi ex pœnis aliis ſeu carcerum ſeu nummorum malos animos ad maleficia irritat. Add. omnino Laud. A. Fricius Modrev. de Legibus II, 10. 115.*

(c) *Multis in Republica Iſraelitarum peccatis pœna capitalis divino edicto debita fuit, ut plagio Exod. XXI, 16. & Deut. XXIV, 7. homicidio ob bovem non cuſtoditum commiſſo Exod. XXI, 29. quo tamen in caſu multa permiſſa, commute trigeſimo. Adulterio Lev. XX, 10. quod & Paganis capitale fuit Jer. XXIX, 22, 23. Add. Iob. XXXII, 12. comeſtioni ſanguinis Levit. XVII, 14. fornicationi à filia Sacerdotis commiſſæ, quæ ad vivicomburium damnata, Levit. XXI, 9. de quibus tamen obſervandum, ipſam determinationem pœnarum* QUANTITATIVAM, *ſpecialibus ac typicis aliquando rationibus nixam fuiſſe; ut in ſanguinis comeſtione manifeſtum eſt, & filiæ ſacerdotalis ſupplicio, ſi cætera transmittamus, facile poteſt demonſtrari. Ipſæ de cætero Leges forenſes, capitalia ſupplicia ſceleratis conſtituentes, quemlibet Legislatorem doceat, non modo non injuſtas ejus generis pœnas eſſe, ſed etiam pro delicti indole, ob exempli reique publicæ neceſſitatem licere etiam omni civitati Leges ejuſmodi ferre pœnales, confer. Ziegler. ad Grot. II, 1, 14. & D. Zentgrav.*

Summ. Jur. Div. Sect. I. art. I. Subsect. II. de Lege forensi §. 2, 10, 11, 13.

VI.

An Jus pœnarum extendatur etiam in Membra civium?

Quemadmodum autem summo Imperio Jus in corpora vitamque Civium competit: Sic & idem (a) in *membra* eorundem, salva manente vita, (b) intuitu delictorum recte exercetur.

ostenditur ex Lege forensi Deut. XXV, 12.

(a) *Patet ex fine cum Civitatis, tum pœnarum. Nec malè è forensi quoque lege ejus Juris Justitia colligitur, quæ nihil Juri Naturæ adversum sanxit. Quorsum retuleris Legem* De Manu Abscindenda *mulieri impudicæ: Deuter. XXV, 12. Quanquam senus videatur Viro insigni, qui eum Legis sensum commiscitur, velut fœminæ abscindi manus haud jubeatur, quin potius eidem ad maritum servandum genitalia alterius contorquendi, immo & manus præscindendi adversario licentia concedatur. Cui Legis interpretationi obstat & ipse verborum tenor, & addita emphasis: Non parcet oculus Tuus; quod ad judicem pertinet, jussum omnino non parcere mulieri cum ob impudicitiam, tum ob noxam Viro illatam. Quare sic legendum statuum arbitror:* Si duobus Viris pugnantibus, contigerit Alterutrius Uxorem Viro Auxilio Ferentem, *pudenda inimici* apprehendere, Manus impuræ Mulieris Abscinditor.

(b) *Huc pertinet illud Deuter. XXV, 3. Supplicium XL. plagarum Israelitis illatum, in cujus delineatione erraſſe nonnullos vidimus. Cæterum id pœnæ Instrumentum in scrinis servavit Eduard. Pocockius, ex Oriente allatum, unde corrigi facile posset Virorum doctorum lapsus. Numerus autem plagarum in tam sævo supplicio restrictus fuit, ut vitæ parceretur, & species humanitatis fœdaretur. Numerum eorum, qui flagellis ritè puniendi, exhibent Judæorum Magistri, quorum traditiones plenè recenset Jo. Seldenus de Synedr. II, 13, 8. p. m. 546.*

SE-

SECTIO IV.

§. I.

An& quomodo puniri aut affligi etiam INNOCENTES possint?

AN, si multitudo peccasset: si, exempli caussa, vel integra Legio, vel turma hostibus terga dedisset, & *quibus invitis delictum sit*, Imperatori aut Superiori nullo modo constaret; vel tolli multitudo universa, vel decimatio saltim (a) salva justitia institui possit, in eamque trahi fortassis etiam innocentes queant? in utramq; partem disquiritur. Pro *negante* militat, quod nemo innocens puniendus, & peccata suos teneant auctores: (b) *ajentem* verò sententiam confirmare videtur, quod publicæ aliquando salutis, alia via haud conservandæ aut reparabilis caussa, *indirectè*, etiam innocentibus malum inferri queat, imo debeat. Quod quidem in bello manifestum imprimis est, ubi in eversione urbis, aut navis Turcarum, qua præter hostes etiam remiges Christiani, vel alii captivi *innocentes* vehuntur, utrorumque exitium procuratur: illorum quidem directè, horum (c) INDIRECTÈ, ATQUE EXTRA AGENTIS PROPOSITUM: hoc est, *neq; sub ratione finis, neque sub ratione medij*; quum qui navem urbemve impugnat, eum vellet effectum, si utique posset, impedire. Eum fere in modum, si Justitia (d) salusque publica vindictam postulet & commissa abs multitudine culpa sit, satius esse ducunt Viri docti, pœnam omnino irrogari, quam justitiam iniqua prorsus indulgentia negligi. Quorsum referunt (c) illud Cassii; *habet* (f) inquientis, *ex iniquo aliquid omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur*. Quod tamen sobrie & cum grano, ut ajunt, salis accipiendum existimaverim. Præprimis (d) quod alia, tutiorque decidendi ratio in promtu sit: si, quod si, quod fieri posse dubium non est, Imperatorem adstringere milites suos posse, statuamus, ut etiamsi cohortis alicujus maxima pars, demissis manibus, & abjectis

armis ex prælio diffugeret, reliqui tamen, quibus cæterorum improbaretur vecordia, licet pauciſſimi reſiſtant hoſti, donec vel aliæ in propinquo poſitæ cohortes ſuccurrant, vel ipſi vicinis illis ſe aggregent. Quo caſu quisquis fugientibus adhæſerit, nullo ſatis ſpecioſo prætextu ſuam valebit innocentiam allegare: neque adeo habebit, ſi cum reliquis fugæ conſortibus ad urnam ablegetur, quod injuſtitiam militaris judicii accuſet.

(a) *Quæ priſca fuit puniendi ratio, ſi multitudo deliquiſſet. Et inſignem quidem de pœnali militum* DECIMATIONE *in Romano exercitu inſtituta locum habemus apud Polybium, fidelem & eorum, quæ ſcripſerat, callentiſſimum Scriptorem, Scipionis quippe Africani in militia comitem. Hiſtor. L. VI. p. 482.* ἐὰν δέ ποτε τὰ αὐτὰ πολλοὶ πλείους συμβῇ γινέσθαι, καὶ σημεῖα πολλὰ ὁλοσχερῶς πειθαρχήσας λιπεῖν τοὺς τόπους, τοὺς μὲν ἅπαντας ξηλοῦσθαι ἢ φονεύειν ἀποδοκιμάζουσι; *quæ & ſequentia (ne nimium excreſcant operæ) ex Latina Lipſii interpretatione adjicimus.* Quod ſi plures peccaſſe contingat, & manipulos aliquot ſimul locum deſerere: omnes quidem fuſte percutere aut occidere nolunt, *modum autem rationemque reperierunt, & commodam pariter* „ *& terribilem. Exercitum enim advocans Tribunus, & in medium* „ *noxiis productis, acriter eos incuſat, & interdum quinque, alias* „ *octo aut viginti, & ut ſemel dicam, ad multitudinem ſemper reſpi-* „ *ciens, ut* DECIMA *fere Pars delinquentium ſit, hos ex omnibus igna-* „ *vis ſortitur: & in quos ea ſors ceciderit, ſine ulla deprecatione fuſtè* „ *percutit, ad modum jam dictum. Reliquis hordeum pro tritico ad-* „ *metiens, jubet extra vallum tendere, & tutelam caſtrorum. Ita pe-* „ *riculo & motu omnibus à ſorte æqualiter impendente, & exemplo item dati hordei ad omnes perveniente, plurimum ex eo more capitur & terroris & correctionis.* Cæſar apud Appian. de Bello Civili L. II. ſeditioſos milites alloquitur: χρήσομαι τῷ πετρείῳ Νόμῳ. Utar Petrejo more, & nonæ Legionis decimum quemque ſorte ad mortem ducam. Etſi Lipſius pro πετρείῳ legendum putet πατρίῳ: velut patria ſe lege uſurum dixerit Cæſar, quæ & aliis Scriptoribus ſic vocetur; cæterum Petrejus aliquis veteri illi ævo ſit ignotus. add. Livius Hiſt. II, 59. Dionyſ. Halicarn antiq. L. IX. Sext. Jul. Frontinus Strategem. IV, 1. Tacitus Annal. III, 21. Veget. de Re Militari I, 23. & quod

quod homines proprii, in quibusdam Germaniæ locis, ex decimatione, *aut aliis pro clementia Principum, supplicia sumendi modis, reliqui, in perpetuam servatæ vitæ memoriam constituti sint, dubium non est.* de servitute pœnali. incidenter.

Conferendus Sebastian. Frankius Chron. Cæsar. qui imprimis ad bellum rusticorum provocat; & ex eo Besold. Oper. Polit. I, 10, 62. pag. 379. Quemodo & Franci, quibus parcere visum, Alemannos *gravissimo servitutis jugo subdidere: & Carolus M. Saxones, Albis ripam accolentes, post Bellum triginta tribus annis gestum ingenti numero in Galliam & Belgium compulit:* add Annales Francorum incerti auctoris, à Lambecio primum publicati Biblioth. Cæsar. II, 5. ad *A. 799.* ibi: Dominus Rex inde tulit multitudinem Saxanarum cum mulieribus & infantibus & q. s. alios reliquit quidem, sed conditione servili affectos. *Qui deinde divisi in Casatos seu glebæ addictos, &* Servorum distinctio. *non Casatos sive domesticos, qui dicti & gasindi, ut docet Bignonius, &, qui luculenta commentatione hoc argumentum illustravit Celeb. Hertius, egregia dissert. de Hominibus propriis Sect. I. §. 2. Quæ ideo quoque notasse juvabit, ut adpareat,* servitutem, aut ei aliquid analogum *sæpe* in pœnam *constitui. quam ad causam quoque, cur de servitute tam pauca præcipiat, in Speculo Saxonico provocatur: l. 3. art. XLII.* Do man doch das Recht von erſten ſatzte / do was kein Dinſtman/ und woren alle Lûte/ do unſere forder her zu lande quemen/ ꝛc. *in Latino est:* Cum noſtri Prædeceſſores ad illum tranſtulerunt Provinciam, omnibus competebat facultas ingenuitatis. *Cæterum & noſtros in Suevia & Haſſia vix esse proprios cum Stammio observat, quem laudavimus, de hominibus propriis nitidiſſimus Scriptor, II, 2.*

(b) *Videndus omnino David Mevius in Tacito Politicè resoluto, quem edidit & continuavit Fridericus Gerdesius, JCtus Gryphiswaldensis, Dissert. IV. ad Annal. III. §. 56.*

(c) *Grot. de J. B & P. III, 1, 4. Sunt, qui pro ista sententia sic arguant: Quod ad actionem aliquem sequitur non intentam ut finis, nec ut medium, illud indirectè sequitur, & extra propositum agentis; Atqui cædes innocentium ad decimationem sequitur, non intenta ut finis, nec ut medium E.* Dux enim, inquiunt, nocentium huic pœnam tantum intendit, & quamvis probabiliter aliquot eam subituri sint innocentes, non tamen utitur decimatione propter conjunctionem, quam habet cum tali effectu; quem potius impedire vellet: sed quam habet cum alio,

puta

pura nocentium occisione. Nec innocentium cædes ad hunc finem habet se ut medium. *Si dicatur*; licet se non habeat ut medium, esse tamen ei connexam. Respondent, *pariter in eversione urbis aut navis Turcarum, qua præter hostes etiam Remiges Christiani vel alii captivi innocentes vehuntur, utrorumque exitium esse connexum, nec tamen illicitum, hujusmodi navem petere tormentis. Ita pro affirmante Vir insignis, qui tamen ipse monet, hanc sententiam nemini obtrudendam, neque qualemcunque statim utilitatem, supremo & architectonico* PUBLICÆ UTILITATIS *nomine esse insigniendam. Conf. B. Hopfer. singulari Dissertatione de Ritu Decimationis.*

(d) *Quam mirè ejusmodi exemplis promoveri manifestum sit, quia fuga exercitus præcidatur, quæ tot vastationes, stupra, innocentium cædes atque direptiones post se trahere soleat. Ita Crassum, cum decimando effecisset, ut, quæ Appiani verba sunt, magis quam hostis timeretur, tam strenuis mox usum esse ajunt copiis, ut quadruplicem victoriam intra unum & alterum diem hosti extorqueret.*

(e) *Add. Bœcler. ad Tacit. Annal. I, 9 & de casu urbis obsessæ, in qua innocentes patiuntur Osiand. ad Grot. III, I, 4. p. 1398. seq. ubi*, si in tali casu, *ait*, non liceret interficere innocentes, nunquam liceret bello oppugnare civitatem aliquam, quia semper sunt innocentes aliqui in illa. *Imo ridicula omnia redderentur bella, ut rectè judicat Arriaga. Possent enim semper iste miseri ab hoste aliqui innocentes, & per hoc ligarentur manus justè bellanti.*

(f) *Habet aliquid ex iniquo, quod licet jure suo nitatur, tamen in circumstantiis, in modo, in gradu ab æqualitate juris & accurata rectitudine abit. Ita quidem* Bœclerus, tenax alias justi rectique propositi judex, *ad Tacit. Annal. I, 9. quæ Interpretatio, si de justo externo ac licito imperfecto, in casu saltim proposito, capiatur, admitti potest. Cæterum vix quisquam justus verè dici potest, nisi qui ea quoque, quæ ex necessitate processerunt, infecta malit. Ut Angliæ Reginam Hibernos dedititios non occisos maluisse memorat Guil. Camdenus; & sævitiam, etsi necessariam (quod periculum à rebellibus esset) ex animo aversatam, rationes commisse cædis ægrè admisisse. add. Obrecht. de Rat. Belli, cap. IV. §. 12. & Forstner. qui de Justo interno loquens: istam, ait, politicam, credo, non agnoscet mitis Magister & Dominus noster Jesus Christus. ad Tacit. Not. Polit. p. 280. edit. Moyard. Ac sane aliud est, Rempublicam civium suorum vitam*

tam vehementi posse periculo exponere, ut patriæ salus obtineatur: aliud innocentibus civibus, ubi alia publicis consulendi commodis via supereſt, vitam eripere. quod ſicuti per ſe malum eſt, ſic nec ex eo, quod ad Reipubl. bonum referatur, unquam erit licitum. Adde quod commodum illud momentaneum plerumque eſt, & majore ſtatim malo compenſatur.

(g) *Facit eo locus Grotianus de J. B. & P. I, 4, 7.* non nego à Lege etiam humana quosdam virtutis actus posse præcipi, sub certo mortis periculo, ut de ſtatione non deſerenda; *Cujus hunc nonnulli faciunt ſenſum, poſſe Legislatorem ad quosdam actus obligare, quorum executio cum certo mortis periculo conjuncta ſit: Alii, ut Henniges, de poteſtate ſummi Imperii explicant, quæ quoslibet actus civiles, etiam indifferentes, aut primo intuitu leves, ſub mortis pœna prohibere poſſit. Neutrum Grotianæ diſciplinæ repugnat; primum tamen huic loco magis exiſtimaverim convenire; in quo quæſtio gravis dicitur, an Lex* de non reſiſtendo *nos obliget in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine? & exemplum de ſtatione non deſerenda proponitur. Add. Pufendorf. de O. H. & C. II, 13, 2. & I, 5, 18. edit. veteris. Nova enim, præter errores typothetæ paſſim obvios, hoc nonnulla ſupplevit, in qua videri debet §. ſupra vigeſimum tertius.*

II.

An & Univerſitas puniri poſſit ob delicta ante tres pluresve generationes perpetrata.

Non poteſt in foro humano pœna exigi *ob delictum Univerſitatis* ante duas pluresve generationes perpetratum: quia MERITUM perſonas afficit, & convenit ſingulis, quatenus animo præditis ac ſcienter volenterque agentibus, qualem quidem Univerſitas, UT TALIS, & à ſingulis prorſus diſtincta, non habet. (a)

(a) Neque delicta de Univerſitate dicuntur primo ac per ſe, ſed ex derivatione à ſingulis, quatenus iisdem primò inhærent, & poſt inde denominant Univerſitatem. Obj. *Delictum tamen ab Univerſitate eſſe, quæ, pereuntibus licet ſingulis, non intercidat.* Reſpondeo, *non tamen delictum ab ea* primò, ut tali: *quia caſum ſupponimus, quo Univerſitas delictum haud continuat, ſed diſſenſum teſtatur. Non igitur eadem manet Civitas ratione Delictorum,* ad perſonas referendorum, *quibus extinctis ipſum quoque delictum perit, adeoque & pœna, quæ ſine delicto ne concipi quidem poteſt.*

III.

An detur mors justè vicaria in Foro soli? Et quid de Fidejussionibus Criminalibus statuendum?

Non potest in foro humano capitalem pro reo pœnam subire vas: *tum* ob tantæ in vitam propriam potestatis defectum (a); *tum* ob fines pœnarum Civitati propositos, qui isto pacto non attinguntur: *tum* ob meriti cum pœna connexionem (b), cujus fundamentum sua cuique voluntas est, non nisi ex principio proæreseos, motusque intrinseci, imputationem agenti ad culpam ac pœnam inducens.

(a) *Ex opinione, quod* quilibet suæ Dominus arbiterque sit vitæ, *fluxit perversa fidejussionum criminalium inter Græcos Romanosque consuetudo.* Quis subit in pœnam capitali judicio? Vas, *ut est apud Ausonium Eidyllio. Add. Cicero Offic. III. 10. p. 126. Diodor. Sicul. in excerptis Peireſcian. p. 245. Ais: admitti tamen etiam pro cauſis capitalibus Vades: & Reis elapſis cuſtodes puniri. Sed nulla fidejussori pœna est, ut infra audiemus, quoniam non ex delicto, sed ſua ex ſponſione tenetur, incommodumque ſuſtinet. Deinceps nego admitti ſponſionem pro vita alterius vicariam poſſe; cum tanta homini in vitam propriam non ſit poteſtas. Alia ratio eſt, ſi quis dolo egerit, ut publicæ diſciplinæ vim eluderet. Ita capite merito puniuntur Cuſtodes Reorum, qui per negligentiam, aut ex colluſione Reis occaſionem elabendi dederunt I. Reg. XX, 39. Act. Apoſt. XII, 14. Add. Pufendorf. de Jur. Nat. & G. VIII, 3, 32.*

(b) *Obj. Manifeſtum tamen in foro divino exemplum eſſe, ubi Chriſtum pro nobis, ac pœnis toti humano generi luendis Vadem Sponſoremque ſe ſtitiſſe uno omnes ore profiteamur.* Equidem *ante* Fr. Burmannum *Synopſ. V. 19, 26. & alios, etiam Grotius in Defenſ. Fidei Cathol. de Satisf. Chriſt. c. IV. probare contendit, non eſſe injuſtum aut naturæ pœnarum refragari, ut quis ob aliena peccata crimina liter puniatur; quod ut oſtendat multa ἀνατύχων, ut* Eutropius *vocat, vel uti* Diodor. Siculus in excerpt. Peireſc. ἐγγυητῶν θανάτε Sponſorum mortis *exempla conglomerat, quæ hoc repetere non vacat. Cæterum, quæ ex Sacris allegat, ad rem facere non videntur, quoniam puniri quidem à DEO nonnullos ob aliena* (immediatè) *peccata oſtendunt, ſed non inſontes pro ſontibus. Addatur* Scherzer. *Colleg. AntiSocin. Diſp. LIV. p. 488. Et poteramus forſan hunc nodum*

dum sublimiori tractationi relinquere, qui nunc, quid natura, non quid revelatio doceat, investigamus: præsertim quod Jus heic divinum revelatum à Jure humani fori diversum, cum admirandi amoris temperamento, præstat piè venerari: quam profundum crucis Christi Mysterium rimari. Interim vel hoc unum pratereundum non esse censemus, in Sanctissimo Sponsore JUS fuisse in VITAM PROPRIAM. Igitur pro aliis potuit spondere, Ipse Dominus ac Princeps Vitæ Jo. X. 18. atqui hunc primo statim loco defectum in humanis judiciis esse diximus. Sunt etiam, iique gravissimi rerum sacrarum Antistites, qui admittit hoc in loco posse relaxationem quandam asserunt, non Legis quidem ipsius pœnalis, sed modi tamen alicujus & gradus rigoriosioris. Quod relaxandi Jus non in Jure Dominii supremo, sed in Divina Sapientia ac Misericordia, illâ in inveniendo, hâc in decernendo occupata, fundari observant. Conferatur, si placet, de morte vicaria diligens ac erudita tractatio Philosophica Dn. Jo. Jacobi Müller, Prof. Jenensis, qui ad argumenta cum è sacris tum è ratione ac Historicis desumpta respondet. E Theologis videndi, quotquot de Satisfactione scripserunt; è multis tamen Scherzer. d. l. & B. Osiander passim: Collegio imprimis Controversiarum Illustrium, quæstione: An circa Legem dispensatum fuerit, cum obligatio satisfaciendi transferebatur in Vadem? prolixè. Sufficerit nobis hæc attigisse.

IV.

An Subjectum Pœnarum sit etiam Princeps?

Quemadmodum Summus Imperans Legibus humanis & civilibus, ut talibus, est Superior, iisdemque adeo directè non obstringitur: (a) ita neque Subjectum est pœnæ, quoniam hæc est actus superioris, & ei subjacere solum est inferioris (b). Adde, quod Principum quoque asperitas non secus atque à probis liberis parentum morositas, à civibus sit patienter ferenda.

(a) *Pufend. de O. H. & C. II, 9. 4. Paul. Slevogt. Dissertat. Moral. VII. de Voluntario, Conclus. 3. p. 781. Eximius est locus Isidori Pelusiotæ, de Rege verba facientis:* Τῇ θείᾳ δίκῃ μόνῳ ὁ πιστὸς ὑπεύθυνος διὸ καὶ ὁ μελῳδὸς ἔλεγε. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον. *Lib. V. Epist. 383. Pulcre etiam Ambros. ad Psalm. LI. 4. Rex utique erat; nullis*

ipse delictorum legibus teneatur, quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum; neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti Imperii potestate.

Tangitur difficultas de Regibus Ebræorū.

(b) *Speciosè nonnulli de Regibus Ebræorum opponunt, qui à Synedrio magno in Jus vocari, atque adeò pœna, non illa quidem capitali, turpitudinis tamen haud experti affici potuerint. Ita non* Cæsar modo Baronius *Annal. Tom I. f. 298. seq. ad A.C. XXXI. & XXXII. & LVII. sed &* Guil. Schickardus *nostras, in de* Jure Regio, *qui Casaubonum Baronio contradicentem refutat, & adductis RR. testimoniis confirmat,* Regi Ebræorum peccanti inflicta fuisse verbera. *In quam opinionem consentire Ebræos etiam* Grotius *animadvertit de* Jure B. & P. I, 3, 20; *ita tamen ut* verbera ista infamia caruisse, *& à Rege in signum pœnitentiæ sponte susceptas, ideoque non à lictore, sed ab eo, quem legisset, cæsum, de suo arbitratu verberibus modum statuisse observet. Neque verbis quidem dici potest, quam cupidè Ebræorum traditionem* Angli *arripuerint, DEO hominibusque abominandum* Regicidium *excusaturi. Ita* parricidalis Assertor disciplinæ Jo. Miltonus, *Defens. pro populo Anglicano:* Reges, *inquit,* Ebræorum judicari posse, atque etiam ad verbera damnari *fuse docet Schickardus ex libris Rabbinicis. Nec alienus ab ista* Hebræorum *videtur B. Danhau. Politiæ Basilic. §. 2. Contra vehementer ista displicent* Claud. Salmasio, *in Defens. Regia c. II. qui loca à Schickardo, (Schickardum nostrum innuit,) è Rabbinorum monimentis desumpta non de veris Regibus, sed Regia tantum vice regnantibus accipienda esse contendit.* Joannes *verò* Seldenus, *temporum, nisi fallor, & Cromwellianæ factionis metu compulsus nihil hic omnino vult definire, de Synedr. III, 9, 5, p. 120. edit. Londin. Etsi haud obscurè in negantem inclinare videatur. Eam verò cum Salmasio & Samuele Petito acriter ac multis argumentis tuetur Jo. Frischmuthus de Rege eligendo & deponendo, ostensa traditionis Judaicæ infirmitate, §. 52. & oppositio* cordatissimi, *ut ait,* Judæorum Abarbenelis *judicio:* הדברים האלה להכמינו ז"ל דרכי חדרש ואין לי להשיב עליהם Doctorum nostrorum, *inquientis,* Verba liberam vagamque concionem redolent, adeoque minimè opus est, ut ad ea quidquam respondeam. *Si traditionibus Verborum locus omnino esse debeat, ea potius admittatur, quæ in codice Sanhedrin repetita est:* **Rex neque judicat, neque judicatur. Cap. II. §. 2.** המלך לא דן ולא

ולא דנין אותו: *Nam quis ferat Magistros eorum, Canonem hunc de solis Israelis, non Judæ, Regibus interpretantes? Quos illi Synedriali Jugo subjectos fuisse ita probare conantur:* בית דויד דן ודנין אותן דכתיב בית דוד כה אמר דינו לבקר משפט *Reges familiæ David judicant & judicantur ipsi, quia scriptum est. Jer. XXI, 12: O Domus David judicate mane judicium.* Sed quæ quæso illationis vis? Quis nexus? *Jubentur Reges Domus David, seu* Davidici hæredes throni *mane, hoc est, sobrii & nondum saburrati judicia exercere, ut afflictum liberent. Ergone & ipsi Tribunali Synedrii per hæc verba subjiciuntur? Certè si quis, quæ isto de pœnæ genere Schickardus retulit, penitius apud animum revolvat, facile, credo, animadvertet, utique rem Majestate regia indignissimam esse, ex Synedrii decreto ad flagra, loro bubulo infligenda, super pectus, inter mammas, in tergo, & utraque scapula, condemnari. Piget fabellas exscribere, quibus sibi persuadent, iratum Numen, pœnas poposcisse à Senatu, quando auctoritatem suam circa Reges non satis animosè observasset. Legat, cui volupe est, narrationem illam in Gemara Sanhedrin, quæ cum versione Jo. Cocceji profitat, capite secundo, commate primo; quam, tametsi fortassis invitum, repetiisse video Hermannum Witsium, Miscell. lib. II. Dissertat. III, 56. Majoris videtur momenti esse, Herodis in Jus à Synedrio vocati Historia, quam fusè recensetFlavius Josephus Archæol. XIV, 17. p. 483. Edit. Ittigian. Sed primum demonstrare Viri eruditissimi, & emunctæ naris Critici, conati pridem sunt, nullum unquam tale Synedrium magnum, quale ab Hebræis describitur, in eorum Republica extitisse, nisi fortasse ab Hasmonæorum temporibus: nedum ut perpetua novorum Senatorum cooptatione à Mose usque ad Herodem, aut finem Reipubl. Israeliticæ continuatum sit. Secundò, tametsi hanc modo litem ut nostram faciamus necesse non sit; licet magna pro ista sententia pugnare argumenta videamus; nihil tamen ad rem facit de Herode narratio. Quis enim unquam Regum, quorum in Sacris mentio fit, à Synedrio vel constitutus vel correptus fuit? Nonne David ac Salomo cæterique Reges artem, quam Philo vocat, regiam, πραγμάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλειαν, rerum privatarum, publicarum & sacrarum curationem exercuere? Quis non videt, si historiam Davidis I. Paralip. XXVIII, 28. col. c. XXIII. per tot. evolvat, ejus Jurisdictioni omnes Sacerdotes*

Respondetur ad Objectionem de Herode à Synedrio in Jus vocato. *adde quod* Schickardus *non quid fieri debuerit, aut factum sit, sed, quid Magistri Hebræorum tradant,* bona fide recenseat. Quod *Miltono* respondit *Schallero.*

dotes cujuscunque illi erant ordinis, subjectos fuisse? Non igitur Synedrio, in quo prævaluere Sacerdotes, in Regem Jus fuit, quod ipsum satis perspexit Abarbenel, & multis argumentis deduxit erudita præfatione ad Librum Judicum, quæ in Commentario ejus ad Prophetas, quos vocant priores, continetur. Nec juvat Herodis exemplum; quippe qui Rex non erat, sed præfectus Galilææ, cum ad Synedrium citaretur, vivente adhuc Patre, ut Græcus ille Livius (Josephum intelligo, quem hoc insigni nomine Hieronymus Epist. XII. ad Eustochium) luculenter testatur. Quid? quod armatus comparuit, & ut Sameas Adsessor Tribunalis ajebat, purpuratus, & crine bellè composito, & sufficiente militum stipatus manu, ut, si sequiorem ferrent sententiam, ipse mactatis judicibus evaderet. Nec dimittendum, Sext. Cæsarem, Syriæ Præsidem scripsisse ad Hyrcanum, ut Herodem absolveret, minis, si contrafecisset, additis. Sed nimis diu nos detinuit Materia difficilis ac intricata. Judicent peritiores, & quibus otium suppetit, Ebræorum tradita penitius examinandi. Sufficerit nobis ostendisse, non esse, quod contra impunitatem summorum Principum ex hisce vel Ἐνδόξοις vel exemplis adversarii inferentur.

V.

An ad objectū pœnarum referendi actus interni?

Ut in foro humano resecari omnia (a) ad vivum non possunt, ac pro licitis habentur, quibus pœna in eo constituta non est: sic humanis quoque pœnis eximuntur actus *mere* (b) *interni*, quod iis, tanquam internis animi motibus, noxa civitati non inferatur. Nec pœnis civilibus minutissimi subjacent lapsus; quemadmodum etiam multa *solo debentium pudore sanat:* & iis, quæ ex *indefinito* aliquo *officio* Legis naturalis debentur, actio in foro denegatur, ut materia sit, qua virtutem suam exercerent probiores mortalium. Denique, iisdem à pœnis ordinariè excluduntur vitia, è communi hominum corruptione resultantia, salva interim ultione Tribunalis divini.

(a) *Quæ solennis est formula Pufend. de O. H. & C. I, 2, 11. I, 5, 13. quam alibi sic enunciat: Leges Civiles ad declinandam litium multitudinem vix aliis quam enormibus læsionibus mederi, I, 15. 4. sublata, ut Grotius ait,* pœna in foro, non vitio, *de J. B. & P. II, 20, 17.*

(b) Nec

(b) Nec obstat 1. *quod intentio tanquam actus internus intendat pœnam atque exasperet.* Neque 2. *quod nonnulli ob solos actus internos fuerint puniti. Legem esse apud Anglos, quâ constitutum sit, ut si quis aliquem ex Regio Senatu occidendi consilium cepisse deprehenderetur, quamvis rem non perfecisset, capite luat. Exemplum Sommersæti Regni Angliæ Protectoris manifestum esse, qui Joannem Dudlejum, à quo male habitus & carceris ignominia affectus erat, interficere quidem in animo habuerit, ad ejusque domum specie visendi illum accesserit, occultatus lorica & alios secum armatos trahens; sed cum ad Dudlejum nudum & lecto decumbentem, summa benevolentiæ significatione introductus fuisset, vir miti ingenio, pœnitentia ductus, quod destinaverat, exequi noluerit, atque inde re infecta discesserit. Hunc tamen, re postea detecta, suis ipsum prodentibus, accusatum, & vigore legis, quam citavimus, damnatum ad mortem esse. Rem è Thuano notam. similem historiam de Normanno quodam recenset Jo. Bodinus, de Republ. IV. ult. illum scilicet, quod se Franciscum I. occidere voluisse, fraterculo sodali confessus, nihil tamen omnino ausus esset, à Curia Parisiensi velut perduellionis convictum, capitali fuisse supplicio damnatum.* 3. Nec obstat, *quod Lex forensis falsi Testis machinationem actuali talione punierit; facies, inquiens, fallo Testi, sicut ipse cogitavit facere fratri, Deut. XIX, 17.* Ad primum *enim dicimus: intentionem utique angere culpam in foro humano, sed quatenus è signis exterioribus innotescit. Ad alterum reponimus, nos de actibus MERE internis loqui; nam si in conatus exeant, dubium non est, quin puniri possint. Quis nescit conatus varios pœnis subesse, ut exempla in conatibus effracturæ carceris, procurandi abortus, duellandi, atque infinita propè alia ostendunt; qualia singulari* de pœna conatus *tractatu solicitè conquisivit Jo. Henricus Pottius. Ratio est ex proæresi, & quod delicta jam inchoata sunt, actusque internus in exteriorem jam influere incipit. Etsi posterius judicium velut severius taxare non est veritus Bodinus, contra tamen quædam excipiente* Dürrio *Eth. parad. P. III. Sect. I. c. V. aph. VII. qui omnino videndus.* Ad tertium respondeo, *non probari intentum, quoniam in illo casu non occurrit actus internus, sed qui jam exterius prorupit, licet voto non fit potitus. Quam calumniam spectari justum utique erat, quoniam ex malo summa Societati humanæ mala oriuntur, etsi clam fiat, & sine*

jure-

jurejurando. Unde apud Ægyptios δι ψελδεῖς πινῶν κατηγορήσαντες ὤφελον τὲτο παθεῖν, ὁ τοῖς συκοφαντεῖσι ἐτέτακτο τέλειμον, εἴπερ ἔτυχον καταδικασθέντας, qui falso alium accusabant, eos oportebat id pati supplicii quod falso accusatus irrogatum fuisset, si fuissent damnati. Diodor. Biblioth. L. I. p. 69 Sed de his amplior erit dicendi in sequentibus locis, ubi de FORMA POENARUM, earumque TAXATIONE, & EXASPERATIONE; itemque de Veniâ, cæterisque ad hoc argumentum pertinentibus, pro instituti nostri ratione, DEO clementer assistente, disquiremus.

Quid de pœnis porro disserendum?

SECT. V.

SECTIO V.

§. I.

An objectum pœnarum, *ut sic* sint omnes actus vitiosi? In specie, an humanis pœnis subjiciantur actus interiores? aut peccata infirmitatis?

QUamquam actus vitiosi omnes pœnam *in* * *se* mereantur, ad eamque delinquentes *obligari* (a) recte dicatur: non tamen iidem ita omnes comparati sunt, ut puniri *actu* (b) semper debeant; unde nec *objectum pœnarum civilium sunt actus interiores*, *aut* (c) *minutissimi quique Lapsus*, quibus Prætorem fatigari (d) ineptum non modo, sed & noxium societati foret. Quibus de causis, ab humana quoque pœna eximuntur *vitia animi ex communi hominum corruptione resultantia*, in quæ si civitas animadverteret, se ipsam rigore non necessario (e) exhauriret. In quorum tamen censum consuetas improborum (f) dejerationes, execrationes, compotationes, & quæ hisce talibus similia passimque obvia committuntur, perperam retuleris. Nam illis crescentibus humani quoque fori pœna mederi debet, & remedium effectu non caruisse, idoneis exemplis comprobatum est. Nec dubitamus, etiam illis vitiis, quæ *actus* continent *oppositos virtutibus*, (g) quarum natura coactionem omnem repudiat, posse pœnam per Leges humanas constitui.

* *Formaliter enim considerati sunt contra Legem sive divinam sive humanam: sive inscriptam, sive expressam.*

(a) Dixit jam aliquid hoc de argumento Præses, *in de Jure Pœnarum, Parte*

Parte tertia §. 4. sed merentur præsenti loco curatius expendi, quæ regessit vir summus. Negat, delinquentes ad pœnam teneri, *consequenter etiam obligatos esse inficiatur, eo, quod se ipsos pœnis offerre non teneantur, & nemo nisi volens teneri dicendus sit. Ac præterea ita inferri existimaverim, ab eo inprimis, qui necessitatem Pœnæ non dissimulavit. Neque latuit egregium Virum, dictos Aristoteli contractus esse involuntarios, συναλλάγματα ἀκούσια, non sui* sane *principio, sed saltim in executione. Adde, quod nulla veteribus usitatior formula fuit, quam, pœnam* deberi *maleficis. Cicero pro Sext.* Quibus, *inquit, omne supplicium atque omnis jure optimo* pœna debetur. *Denique, de vocibus ne litigemus. Si* pœnam deberi *delinquentibus negat, eo quod is,* cui *debetur, in debitorem Jus habet, ut debitum illud ab ipso exigere possit: manifestum est, & illud debitum dici posse, quod alii quovis modo tribui* OPORTET. *Nec abnuerim, maleficos* pœnam DEBERE, *ex* tacita vel expressa *in Leges Civitatis* Consensione. Sed instat: *Neminem in* pœnam *suam directè & immediatè consensisse; cum nemo delictum admittat, quin simul speret, se latendo aut alia ratione* pœnam *declinaturum. Respondeo. Quid opus illud directè & immediatè ingeminare? Nullane ergo erit obligatio, nisi quæ directè immediatèque facta? Neque quidquam illa spes evadendi juvat. Sæpe debitor solutionem debiti declinare intendit, ideòne verus debitor non erit? Aut an venditor ad evictionem non tenebitur, quia ejus præstationem se declinaturum speravit? Addat.* Ulric. Huberus, *de Jure Civitatis II, 6, 1. & quem ibi tangit,* Pufend. *de J. N. & G. VIII, 3, 5.*

(b) *Sæpe enim venia dari debet, ex caussis inferius dicendis, ubi de venia agemus ex professo.*

(c) *Quorum utique vitiositas non negatur, cum & ex sola ratione pro veris peccatis habenda esse constet. Apud Deum enim, mentium exploratorem, qui voluit scelus, fecit. Pertinet eo Herodot. de Glauco historia, quæ & apud Juvenalem exstat cum hoc epiphonemate: Hæc patitur pœnas peccandi sola voluntas. Senecæ est: fecit quisque, quantum voluit. Ac rursus: Incesta est etiam sine stupro, quæ cupit stuprum.*

(d) *Unde Legibus naturalibus ea vetantibus nulla vis, in praxi quidem fori, tributa est,* cum *quod eorum disceptatio nimis obscura erat futura: tum ne tribunalia immenso litium numero perstreperent, &* ma-

materia insimul esset, qua virtutem suam exercerent probiores mortalium; insignemque pararent laudem, si citra coactionem rectè fecisse viderentur. Præcipuè verò Prætorem ob minutias interpellari ineptum videbatur. Unde Alfonsus Congensis Rex, *Lusitaniæ quidem Reip. sapientiam laudavit: Sed rebus etiam minutissimis leges certas inventas esse, non facile probavit. Simile quid in vicina urbe reprehendisse Regem Galliæ, & leges circa minutiora abrogasse, memorarunt Viri cordati & fide digni.*

(e) *Quo usque scilicet in enormes actus non eruperunt.*

(f) *Unde hujusmodi qui vitiis indulgent, à Senatoribus non modo, sed & aliis Civibus deferri ad Magistratum Civili Lege jubentur. Extat ea de re insignis Ordinatio Virtembergica,* Lands-Ordn. *tit. CXXI. Sed &, præter edicta* Leopoldi *Imp. Augusti, memorabilis est constitutio Guilielmi III. nuperi Angliæ Regis, utilissimo libello de societatibus ad vitam moresque emendandos in Anglia institutis adjecta, quæ ex interpretatione* Cl. Schereri, *Viri de publico præclarè merentis, inter alia sanxit: deserantem, quicunque is fuerit, à Magistratu puniendum. A Famulo scilicet, aut mercenario, vel milite gregario, aut nauta, si temerè juraverit VI. baciorum multam; à ceteris verò omnibus XII. bacios exigendos: cæterum altera vice deprehensum duplici, tertia autem vice triplici multa puniendum; aut si multam solvere nequeat, carcere coercendum esse.*

(g) *Uti sunt, quæ* Jure imperfecto *debentur, misericordia, liberalitas, gratiæ relatio. Quorsum pertinet casus, ubi, qui eleemosynam præstare renuit, à Magistratu compellitur, ut proximo subveniat. Ubi Jus imperfectum transit,* Morali circulo, *in perfectum. Quomodo apud Hebræos pauperibus ad Spicilegium ac manipulum competit Jus perfectum. add. Jo. Selden. de J. N. & G. S. D. H. VI, 6. 1.*

§. II.

An si dabiles sint actus ad humanam societatem non pertinentes, ii puniri possint?

An dentur actus mali, qui nec directè, nec indirectè spectent ad societatem humanam? ac si dentur, an puniri possint? quærunt eruditi. Nobis quidem, dari ejusmodi actus, nondum videtur ostensum; (a) ac dirimi forsan lis non difficulter potest, si *pertinere* ad societatem humanam in laxiore significatu sumatur. Namque & is Rempublicam, *consequenter*, læ-

dit,

dit, qui corpore aut rebus ſuis abutitur: qui avarus eſt, qui concupiſcentiis indulget, qui ebrietati litat, quæ Legibus ordinariè non vetantur. Cæterum omne malum, quo naturæ humanæ adverſatur, & ſocietati noxium eſt.

(a) *Nec diſſentit, qui penitus hæc introſpexit* Kulpiſius, *concinno pulcherrimoque opere, Coll. Grot. II, 20. §. 5.*

III.

An ob non præſtita impoſſibilia infligi pœna poſſit?

Pœnis autem neutiquam ſubjacent, quæ *mortalium vires* ubique ac ſemper *excedunt*, & potentiæ DEI (a) relinquenda ſunt. Nec imputari alicui poteſt, quod ea non præſtiterit, quæ viribus ipſius prohiberi aut effici non poſſunt. Quorſum pertinet Regula: Impoſſibilium nullam eſſe obligationem. (b) Quemadmodum & in omni negotio ea nobis commiſſa, aut noſtro labore præſtanda intelliguntur, quæ non ſint ſupra vires noſtras; quoniam alias *aut ſtolidè aut improbè* (c) procederetur. *Stolidè* quidem, ſi Impoſſibilia phyſicè; *Improbè* ſi talia moraliter imperarentur, vel ſuſciperentur. (d) Id tamen addendum: requiri, ut quis ſua culpa virês præſtandi non detriverit. (e) Quas qui vel dolo vel gravi culpa ſibi detraxit, non ſolum ad ſummum conatum tenetur, ſed &, velut in ſupplementi vicem, malo inſuper poterit mactari.

(a) *Quare iniquum erat facinus Xerxis, qui quod pontem Euphratı impoſitum aquarum violentia deſtruxiſſet, fabricatoribus ultimum ſupplicium irrogavit.* Herodot. *XII, 35. ubi potius locum habebat illud Aniceti* apud Tacitum, Annal. *XIV, 3. Quis adeo iniquus, ut ſceleri hominum aſſignet, quod venti & fluctus deliquerunt?* conf. Grot. J. B & P. II, 13, 8.

(b) *Unde nec impoſſibilium electio eſt.* Ἡ προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι, *ut eleganter Ariſtoteles, Nicomach. III, 2. electio, inquiens, non eſt eorum quæ fieri non poſſunt, & ſi quis diceret ea ſe præeligere, ſtolidus utique eſſe cenſeretur. Sed inquis: Voluntatem tamen eſſe impoſſibilium. Docere id experientiam. Verum, quid, vel ſtolidè vel improbè*

probè velint mortales, in quæstionem non venit. Deinceps, etsi voluntas impossibilium non sit absoluta, sæpe tamen est conditionata, & exprimitur verbo: VELLEM. *Quod fusè ostensum à Scholasticis, è quibus videre, queis placet, possunt* Capreol. *II. dist. 4. q. 1. a. 3. ad argumenta contraria 2. concl.* Fonsec. *IX. Metaphys. c. II. q. 5. s. 5. quanquam non absque specie regeri possit, isto verbo non denotari actum, qui in præsenti sit in voluntate, sed qui alias esset, si adesset conditio. Itaque impossibilium, quæ existimantur possibilia, secundum accuratiores, voluntas utique efficax est; non autem eorum quæ habentur pro impossibilibus. Cæterum Electio in impossibilia non tendit, quia eorum est, quæ ad finem referuntur, & per quæ finis censetur posse adquiri.* Confer. omnino Stahl. Regul. Philos. P. I. Disp. X. Reg. IV.

(c) *Alia ratio est eorum, quæ pro tempore aut ex* suppositione *sunt impossibilia. add. Grot. II, 13, 9.*

(d) *add.* Pufendorf. *de O. H. & C. I, 1, 2. & I, 9, 17.*

(e) *Quo pacto divinæ bonitati aut sanctitati non præjudicare intelligitur, si exigat impossibilia* PRO NUNC *ab iis, qui sua culpa in præstandi ἀδυναμίαν inciderunt. Conf. omninò* Zentgrav. *de Orig. Juris Naturalis art. III. §. 19. p. 63. sq. Insigne etiam Juris hujus Specimen est Matth. XVIII. 25, 34. ubi τῷ βασανισταῖς traditur, qui animam debuit, nihilque habuit, quod redderet, licet se redditurum promiserit.*

IV.

An Pœnarũ humanarum objectum *Per Se* sit hæresis aut error in fide?

Neque, si rationem consulamus, heterodoxia (a), aut error in fide pœnarum humanarum *per se* objectum est; Neque, si vel solam *Intellectus* ac *voluntatis, humanæ utique actionis principiorum,* indolem consideremus, tractari crudeliter quisquam ob Religionem debet. Quorsum accedit, quod nec Jus in conscientias homini competit: (b) ac dissensus in religione, *qua talis,* non impedit, quo minus socialem & tranquillam homines possint vivere vitam; (c) & si denique res ad vim deducatur, melior utique esset conditio erroris quàm veritatis, *quum vis plerumque major sit à partibus erroris.* Quare & cordate non ita pridem, jussuque publico (d) Godofredus de Jena demonstravit,

ſtravit, eſſe rem ab omni ratione & humanitate alienam, homines religionis prætextu in carceres compingere: fame torquere: aut aqua & pane alere; vel per milites in templa rapere, ubi præter obſcurum haud raro murmur, & geſticulationes nihil percipiant. Nec minus eximiis id argumentis probavit *Chriſtophorus Brandius*: (e) oſtenſa inprimis macula, quæ Bonis cæteroqui Principibus, pravorum Sacerdotum inſtinctu, inuratur, ſi in fidiſſimos Civium ideo duntaxat ſæviant, quia DEUM ad ſimplicem oraculorum ſacrorum ductum colere volunt. Nec ſequitur: deciſum in mea conſcientia eſt, & recte quidem, *ut perſuaſus ſum*, deciſum, me inter diſſidentes recte ſentire: Igitur cæteros puniendi, aut *vi* eosdem ad meæ ſententiæ placita cogendi habeo facultatem. Vis enim decidere litem de Vero haud poteſt, ut ei judicio conſcientia absque hæſitatione adquieſcat: ſed argumentis pugnandum eſt. ET VICIT VERITAS, AUT TANDEM vincet. Quid? quod aſſenſum ne potentiſſimi quidem Monarchæ, ſi omnes in unum vires ſuas colligant, poſſint extorquere; & impoſſibile ſit, quod falſum reputas pro vero habere, & viciſſim. Cæterum, politicæ rationes, vim à religione arcentes, adeo manifeſtæ ſunt, ut neque à cordatioribus (f) adverſæ partis hominibus queant diſſimulari. Interea uti ſeparandum ſedulo ab errore crimen eſt; ita nec ex erroribus facienda crimina, neque ex criminibus faciendi errores. * Et qui Rempubl turbant, (g) & doctrinas à ſinu Civitatis (h) abhorrentes diſſeminant, merito utique ſuo pœnis humanis adficiuntur.

* *utimur vocibus preſſè, atque in uſu ſenſuque politico.*

(a) *Remedium ei petendum non à dimachis, non à triremibus, carceribus, cædibus, liberorum è ſinu parentum raptu, divulſione conjugum, & quæ alia nuper Diocletianeæ ætatis ſcenam revocarunt: add.* Pufendorf. *& apud eundem hæc graviter exprobrantem* Fridericum Guilielmum, *Elect. Brand. Rer. Brandeb. XIX. 18. & Herm. Witſium de Schiſm. Donatiſtco Miſcell To. I. L. IV. c. 1. § 3. pag. 746. ſq. ſed à* pia informatione, *aliisque impedimentis errorum moralibus; & veritatis præcipue indole, cujus ea eſt efficacia, ut intrinſeca*

ſeca vi animis hominum inſinat, modo dextrè proponatur, oſtentato ſimul fructu quem eadem producere apta ſit. Unde vel ipſe Pilatus, cum de Veritate inter Servatorem Judæosque diſputari audiret, id negotium ſeverioris, quam hi poſcebant, cognitionis eſſe, negavit, probè gnarus veritatem, ut talem Imperio humano non ſubeſſe. Jo. XVIII. 37. quam ob cauſſam dimittere Ipſum conſtituerat, niſi demum innocentis ſupplicio furorem Judæorum demulcendum peſſimo animo, ſatius duxiſſet. Quod exemplum pulcrè illuſtravit Pufendorfius de Habitu Relig. Chriſtianæ ad vitam civilem, §. 17. per tot.

(b) *Agnoverunt id prudentiſſimi quique Imperantes, nulli Principi Jus eſſe ad conſcientias hominum coercendas. Legi meretur Chriſtophori Brandii Oratio ad Aulam Viennenſem, apud* Pufendorf. Rer. Brandenburgicar. L. XI. §. 84. *Stephanus quoq; Bathoreus, Poloniæ Rex, ceu in vulgus notum eſt, dominari Conſcientiis inter ea retulit, quæ DEUS ſibi SOLI non minus reſervavit, quam ex nihilo creare aut futura prædicere. Add.* Gerhard. de Magiſtratu Politico, §. 342. p. m 402. ſq. Sim. Werenfelſius, *de Jure in conſcientias ab homine non uſurpando, ſingulari elegantiſſimaque Commentatione Epiſtolica.* Scherzer. *Syſtem. L. XXVI. §. 13. Proſtat etiam inſignis Diſſertatio* Andreæ Oſiandri, *cui titulus: Inquiſitio Catholica de tractandis hæreticis, oppoſita inquiſitioni Hiſpanicæ, & ſcripta ad Magiſtratum Reipublicæ Chriſtianæ, & commendata à* Fratris Nepote *ad Grot. II. 20, 50. add. Kulpis. Coll. Grot. II, 20. n. X. 123. 483. & Dürr. Theol. Moral. Part. Com. c. VII. §. 10, 11, 12. pag. 172. edit. Langian.*

Subſidia pro argumento remiſſivè.

(c) *Unde nec pro delicto, in vitam ſocialem impingenti* PER SE, *haberi debet. Ac errores intellectus atque fidei, Ut* TALES, *Jurisdictioni coactivæ non ſunt ſubjecti, qui rationibus potius intellectum convincentibus, quam violentiâ excutiuntur. Quæ porro inſit, & circumſpectè tractavit* Zentgravius Summ. Juris Divini *Sect. II. art. III. ſubſect. 1 §. 20. & 23. p. 478. Verbo:* Voluntas quoad actus elicitos cogi nequit: ſi quoad actus imperatos cogatur, hypocritæ fiunt, quos operosè formare ineptum eſt. *add. Scherz. de Magiſtr. Polit. §. 13. n. 2.*

(d) & (e) *Pufendorf. Rer. Brandenburgicar. VII, 64. & XI. 84.*

(f) *Memorabile eſt,* Petrum Ronquillum, Legatum Hiſpanicum, *inter prima officia veniam à* Jacobo II. Angliæ quondam Rege *petiiſſe, ut conſilium aliquod ſuggerere liceat; & cum Rex annuiſſet, dixiſſe;* Valde

Valde se suadere, ne is Sacerdotibus aut aliis aurem præbeat, qui ad mutationem circa sacra suscipiendam ipsum impellere conentur. Et cum Rex subridens responderet: Num idem in Hispania observatum fuerit, aut adhuc observetur? Ronquillum regessisse: Ideo nostras res tam male habere. Pufendorf. Rer. Brandenb. XIX, 4.

(g) *Difficilis est è Lege forensi Deuter. XIII, 10. XVII. 2. sq. Exod. XXII. 20. objectio, de puniendis Idololatris ac Pseudo-Prophetis in populo surgentibus aliisque ad idem crimen solicitantibus. Sed, ut responsa ab Interpretibus Nostris præteream, erat nimirum id crimen* PERDUELLIONIS, *à subditis in Regem suum commissum: & à DEO ad alium deficere aut alium præter* יהוה *DEUM agnoscere, erat, si* Theocratiam consideres, *à Rege suo deficere.* Deinceps, *de eo valet Lex divina, qui Israelitas seducturus dixit: Eamus & serviamus Diis alienis: quique* adeo statum turbavit, *& publicam tranquillitatem ipsamque Reipubl. formam, quantum in se erat, subruere conatus est.* Porrò *non dicimus, quod* impedire *hæreses, pertinuerit ad Jus forense solorum Judæorum, quod Socini prolem in libro de Pace & Concordia Ecclesiæ commentam esse videmus: conf.* Hüllem. Vindic. art. XLI. § CIV. *Impedimenta utique hæresium adhiberi posse imo debere, non* MORALIA *saltem ac* SPIRITUALIA, *sed &* CIVILIA, *atque hoc in ipsa quoque Imperii Civilis natura contineri asserimus, curare, ut in civitate scholisque publicis talia dogmata tradantur, quæ cum recto fine usuque Civitatum conveniunt: & providere, ne quidam Cives, quocunque sub prætextu, sacro aut profano, ab ullo alio, sive intra sive extra Civitatem constituto, magis dependeant, quam à legitimo suo Principe, & in nemine plus sibi præsidii, quam in eodem, repositum arbitrentur. Qui contra fecerint, hos ob seditionem puniri posse, quis negaverit? At viderint, qui capitalia hæreticorum supplicia urgent, annon ipsimet exitialia Regibus & Civitatibus dogmata, prætextu alienæ ejusque sacræ potestatis, foveant instillentque? conferatur interim, qui hæc paucis quidem verbis, sed insigni apud rerum intelligentes usu tetigit Pufendorf. de O. H. & C. II. 7, 8. II, 11. 4 II, 11, 12. Non addo, nihil magis ad Religionis dedecus vergere, quam si credatur, eam sine vi propagari non posse; Sic enim toti orbi justa datur occasio suspicandi, omnes eam profitentes id facere coactos, non argumentis persuasos.*

(h) *Tales in contextu Historiæ Reformationis deprehendes fuisse Anabaptistas,*

baptistas, in quos capitali supplicio, non ut hæreticos simpliciter, sed seditiosos animadversum. add. Gerhard. de Magistr. Polit. §. 317. Unde concidit distinctio Ludov. Maimburgii inter hæreticos, au com-
„ mencement des heresies, & qui *étant nez* dans l'heresie, qu'ils ont
„ reçûe de leurs ancêtres, n'ont jamais été élevez dans l'Eglise, non
„ plus que tous infidelles. *Ubi addit, quod illi* doivent être traitez
„ comme des Rebelles, des perfides & des perjures, qui ont fausse la
„ foy, qu'ils avoient donnée a Dieu & a l'Eglise Catholique, de laquelle
„ ils sont sortis, en se révoltant contre elle, & s'efforçant autant qu'ils
„ peuvent de l'anéantir: & qu'on peut les contraindre de rentrer dans
„ l'obéïssance, qu'ils lui doivent, & dans leur devoir, & s'ils ne le font,
„ LES PUNIR: *hi vero non debeant cogi* à vive force de se conver-
„ tir: mais en traittant *un peu a la rigeur* ceux qui demeurent obsti-
„ nez dans leurs erreurs & q. s. Histoire du Pontificat de S. Gregoire
L. 3. p. 143. *add. Dn. Zentgrav. Summa Juris divini, ac speciatim de Jure circa Religionem §. 23. sq. Durè profecto. & contra humanitatis Jura; ut taceam illud quod addit:* Peu a la rigeur, nonnihil rigoris, *magnum in Gallia excessum habere, & omni qua sana fuit, antiquitati refragari. Nam quod Augustinum contra Donatistas opponit, ejus exemplum ostendit, quod δόκτρεαι Φροντίδες non semper sint σοφώτεραι, ut præclarè monuit Celeb. D. D. Vejelius, eruditissima ad Epistolam Augustini Dissertatione, quam edidit A. 1689, ubi etiam cum Grotio observat, vel hoc exemplo Augustini, apparere, quanto aliter judicemus, cum res ipsas sine affectu introspicimus, aliter cum quæstio facti incidit. vide inprimis p. 43. sq.*

(i) Huc & Athei pœnâ *referenda est, qui ob curam publicæ salutis quam quantum in se est, pessumdat, & societatem civilem per se turbat, gravissimis pœnis utique coerceri potest. Pufendorf. de O. H. & C. I, 4, 2. & Aristot. Topic. II, 4.*

V.

An ob negatas ab integra gente notiones generales ab alia pœnæ eidem

Quæri etiam circa Objectum Pœnarum solet: An gens quæpiam, si notiones de DEO generales tollere aut præfractè negare contendat puniri ab aliis, Nomine societatis humanæ, sine injuria possit? Multi ajunt, & quidem, quia pœna vel coercitio instituatur nomine societatis humanæ. Quanquam non-

nondum satis exposuerunt, quid isto societatis humanæ nomine intellectum velint. Humana enim societas quemlibet rerum suarum satagere jubet. Adde, quod neque gens datur integra, nec dari potest, (a) quæ notiones generales, DEUM esse eumque coli debere, neget omnino, aut præfractè tollere contendat.

(a) *Ostendit hoc Præses, vocato prædem in subsidium Apologetico pro genere humano,* Eruditissimi Fabricii. *Conf. Dissert. de Religione naturali c. 1. §. 14. sqq. add. Grot. de J. B. & P. II. 20, 46.*

VI.

An objectum Pœnarum sint etiam delicta ante legem pœnalem commissa?

Objecta pœnarum etiam illa delicta sunt, quæ *Lex*, ut vulgo vocant, *pœnalis* (a) non antecessit. Itaque ante ejusmodi Legem & delictum esse, (b) & pœnam non ita (ut nonnullis visum) absurdè dicitur; quia Lex per se respectum habet ad pœnam, & in illâ duæ omnino partes continentur, una quæ, quid faciendum, quidve omittendum sit, ostendit: altera quæ pœnam dictat, præcepta intermittenti, aut facienti interdicta. Quid? quod Lex Naturæ, quæ in genere actum vitiosum pœnæ subjicit, eo sensu pœnalis nequaquam est, sed Lex positiva solum ea, quæ pœnæ qualitatem determinat; quis verò negaverit, ante eam & delictum dari & pœnam?

Varia Legis pœnalis acceptio. Et quid Lex Pœnalis, non Grotiane, sed communiter apud DD. significatu?

(a) *Lex pœnalis hèic, ut Grotio de J. B. & P. II. 20, 22. num 1. vocatur, quæ pœnam expressè statuit, atque determinat. Aliàs Legem pœnalem vocant, quæ obliget saltem ad pœnam non ad culpam: ita quidem, ut sæpe exprimatur, non peccaturum, qui pœnam sustinuerit. Exempli caussa asserunt Legem, quæ potestatem faciat populariibus eligendi Prætorem cum hac clausula: Qui Civium electus Prætoram urbanam recusaverit, centum aureos in commune pendito. Conf.* Rob. Sanderson. Prælect. VIII de Conscientia §. 13. p. m. 377. *de qua in dissentium gratiam observamus:* primò, *lu pœna omni, ut sic respectum habeat ad culpam, adeoque illam non deberi, nisi actui imputabili & malo. Unde* secundò: *sunt, qui pœnam hac Lege dictam impropriè pœnam esse ajunt, quia supponat defectum Civilem, non Moralem. Specialim* Guil. Amesius & cum eo Guil. Perkinsus *observant, eum qui ad alternativæ ejusmodi Legis prævaricationem,*

multam aut pœnam persolvere non detrectet, peccati coram Deo reum non esse. Diversa aliarum Legum ratio est, in quibus absolutè aliquid interdicitur. Tertiò, in isto genere Legum, quæ sanctio pœnalis videri potest, revera esse instar TRIBUTI: dum in arbitrio subjectorum relinquitur, pecuniam Lege dictatam exsolvere velint, an actu aliquo abstinere. Quod & in Legibus sumptuariis usu venit, quarum finis sæpe est alternativus, aut ad frugalitatem Cives adducere, aut ærarium locupletare. Quartò, Legi equidem supra allatæ hoc præceptum subesse potest: ne quis ritè electus operam suam Reip. subtrahat; sic ut Lex ipsa hujus sit velut annexa clausula pœnalis: Pufendorf. de J. N. & G. VIII, 3, 4. quod si tamen & consuetudines Reipublicæ, & omnis à pœna rigorosè dicta immunitas consideretur, non adparet, cur Legis purè pœnalis exemplum esse non possit. Denique nonnulli haud præter rem inter Legem & ordinationem distinguunt. Hæc ad pœnam propriè non obligat, sed illa. Nunque hic modus ponendi ordinationem aut (si mavis adpellare) Legem purè pœnalem vel contra rationes Justitiæ, aut Legis imperfectæ pugnare videtur. Prius habet, quia isto pacto onus non imponitur animabus, & peccatorum multitudini prudenter obviam itur; posterius manifestum est, quia ad Legem imperfectam sive ordinationem nihil amplius requiritur, quam ut regula sit agendorum, præcisà ad culpam aut pœnam obligatione. Nobis multum in hac quæstione videtur esse litis vocabulariæ: & sufficit notasse, non tam Legem aut pœnam his in casibus locum habere, quam meram voluntatis ostensionem, &, si loqui sic liceat, redemtionem. Licentiæ aliquid faciendi. Fusè, de cætero, hoc de argumento agunt Moralistæ, ex Romanensibus, haud vulgares, ad quorum dubia etiam alio loco convenientius respondebitur. Videatur Ferdinandus de Castro Palao, Leg onerfis, factæ Inquisitionis Qualificator & Consultor Opere Morali, Parte I. Tract. III. Disp. I. punct. XV. n. 7. 8.

(b) Ais: Ubi nulla est Lex pœnalis, ibi nec pœna. A. eo casu, de quo Grotius loquitur. Respondeo, Minorem de omni Lege falsam esse. Legem nos merè civilem intelligimus, ubi tametsi princeps generaliter saltem definiverit voluntatem, remque omnem intra terminos Legis naturalis, pœnas non definientis, reliquerit: pœna tamen potest irrogari, ut de furto ante Legem Fridericianam & Carolinam manifestum est. add. Ulric. Obrechtus ad Grot. J. B. & P. II, 20, 22.

SECT. VI.

SECTIO VI.

§. I.

FOrma Pœnæ Ut Sic consideratæ in eo consistit, quod infligitur (a) OB MALUM ACTIONIS. Eam igitur ingreditur, imo constituit *proportio illa, & exæquatio, justaque commensuratio* inter malum actionis, (b) & malum passionis, *morali æstimatione* observata. Cæterum qua ratione, quave lege pœna delicto *commensurari* debeat? & num ad (c) commutativam sive expletricem, an ad distributivam sive assignatricem Justitiam referenda, eoque juxta proportionem (d) sive commensionem simplicem, quam Arithmeticam vocant, an comparatam sive geometricam irroganda sit? velut ex communibus Ethicorum libellis manifestum est, magnis inter Doctores animorum motibus disceptatur.

Quæ formalis pœnæ Ratio?

(a) *Conf. Dissert. Præsidis primum de Jure Pœnarum, §. 2, n. g. Objecit non ita pridem Vir doctus, si Grotii valeat sententia, tum inculpatæ quoque, quod vocant, tutelæ moderamen pœnam fore. Sed primo, si Gabrielem Vasquezium, si Gu. lielmum Estium aliosque audiamus, is, qui injustam invasionem violentè repellit, dum Magistratus aut aliorum Civium implorandi subsidium facultas ipsi non est, non agit privata, sed* publica auctoritate, *ac publicæ Minister est justitiæ; adeoque, stante hac sententia, pœnam irrogat Ministerialiter. Secundò, cum defendi vi multa in prioris responsione possint, dicimus, formulam:* Ob Malum actionis: *sufficienter capiendam esse. Scilicet ea non occasio nuda, sed meritum delicti, pœna proportionatè expiandum vindicandumque subinnuitur.*

(b) *Terminos conglomeravimus, ut ratio formalis tanto evaderet liquidior.*

(c) *Non vacat modo, fusè hanc Justitiæ divisionem, à magnis quoque Scriptoribus rejectam, vel defendere, vel explicare. Limites interim inviti movemus, præprimis quod antiqua distinctio, quoad terminos & adplicationem, in Theologia non minus ac Jure, sit frequentissima. Quare pauca saltem hic repetemus, cum tutissimum ubique sit, rem ipsam tueri, dimissis alto de vocabulorum usu litigatio-*

gationibus. Servat Justitia particularis æqualitatem in bonorum externorum distributione aut commutatione, Jure stricto debita. Hanc igitur ex duplici isto actu in Distributivam & Commutativam dispescuit Aristoteles. Quoniam verò Commutatio etiam contractus adpellatur, isque vel voluntarius est vel invitus; & Justitia commutativa officium facit singulorum (vel certè ita consideratorum) cum singulis commutationes voluntarias dirigendo, invitas corrigendo: ideo illa subdividi commodè solet in directivam seu commutativam STRICTÆ dictam: & correctivam, seu emendativam. Unde jam patet, ex quo fundamento pœnarum Irrogatio communiter ad Justitiam Commutativam referatur.

(d) Terminos è Mathesi desumtos ab se esse fatetur Stagirites, morem sequutus illorum temporum, quo ante cæteras disciplinas, Mathematicis præcipuè instruebatur animus, adeoque à notioribus jam ante perceptis, facta ad ignota adplicatione. Nicomach. V. 3, 8. quos & exponit V, 4, 1. edit. Riccebon. In Edit. verò Aurelianensi omnium Aristotelis Operum, legi debet Libri quinti caput quintum & sextum. In illo Justitiæ distributio: in hoc nobile axioma occurrit: ἔστιν ἄρα δίκαιον ἀναλογία. Jus quiddam est, quod in Proportione consistit. Joachimus Camerarius, magnam Academiæ nostræ olim decus, in majora capita dispescuit, & axioma quod laudavimus, tertio capite sic transtulit: Justum est tale quoddam, in quo consentanea ratio spectatur. Proportio arithmetica deprehenditur in pluribus numeris, æquali differentia & distantia semet ex edentibus. Verbo: Consistit in differentiis æqualibus. Qualis est inter 12. 9. 6. 3. Duodenarius enim superat novenarium ternario, ut & Novenarius senarium senarius itidem ternarium ternario. Adeoque eadem est differentia, sed non eadem Ratio. Non enim v. gr. ut 3 in 6. sic 6. in 9. continetur. Ea apud Moralistas deprehenditur in Justitia commutativa circa contractus bilateres, qui fiunt inter utramque contrahentium partem volentem. Conf. Pufendorf. O. H. & C. 1, 15, 3, 4. & ut mox docebimus circa invitos, ipsa delicta. Verbo: æquat REM cum RE. Geometricam ajunt, quando numeri plures æquali ratione semet excedunt, vel continua serie positi: ut 2. 4. 8. 16. quoties enim binarius continetur in 4. toties 4 in 8. totiesque 8. in 16. vel discreti: ut 2. 4 :: 6. 12. Quoties enim binarius continetur in quaternario: toties senarius in duodenario. Ita ut eadem quidem sit ratio, sed non eadem diffe-

differentia: *& in proportione Geometrica extrema multiplicata tantum faciant, quantum & media multiplicata, Factumque extremorum sit æquale facto mediorum, vel medii quadrato.* Addi potest b. *Heinlini* Noſtri Arithmet. theoret. Lib. I. P. III. de Numeris proportionalibus. *Apud Moralitas autem* analogicè *conſiſtit in* exæquatione Rei cum perſonis, *tum* quoad præmia, *tum* quoad onera. *Exempli loco aſſumimus* rationes *in Exercitu Cæſareo, ante aliquot annos conſtitutas. Deo* Rationes: *hunc enim terminum Edicta Imperatoris tenent. Vulgo* portiones *appellant. Aſſignatæ autem fuerunt Rationes:*

Chiliarchæ	*L.*
Ejusdem Legato	*XIII.*
Supremo vigilum Præfecto	*V.*
Epidemetico	*IV.*
Adjuncto	*III.*
Præfecto Annonæ	*III.*
Sacerdoti	*II.*
Secretario	*II.*
Prætori	*II.*
Præfecto vehiculorum	*II.*
Tympaniſtæ	*II.*
Commiſſario	*XII.*

& ſic porrò

Nec abſimili modo DEUS O. M. Iſraelitis proportionem in præda dividenda ſervandam præſcripſit Num. XXXI, 27. ſq. nempe dimidiam prædam militibus: alteram ſemiſſem cæteris Civibus tribuit. Ex ſemiſſe portionis Civium quingageſimam partem Levitis aſſignavit. Confer, ſi placet, Illuſtrem V.rum* Samuelem Reyherum *de Juſtitiæ proportionibus.

II.

Ad Juſtitiam commutativam, & quam hæc obſervat, proportionem Arithmeticam, Pœnarum Irrogationem, magno poſt Ariſtotelem conſenſu referunt Scriptores non vulgares; (a) his præcipuè nixi fundamentis, quod (1) in pœnis aliquid reperiatur ad contractuum naturam accedens; (b) & qui ſceleratum capiunt conſilium, ſuo merito jam tum puniri, id eſt, ſua voluntate pœnæ meritum contraxiſſe dicantur; (2) quod

Quibus è fundamentis Irrogatio pœnarum referatur ad Juſtitiam Commutativam?

in pœnis *Tantum*, æstimio morali, obveniat *pro Tanto*, ac læsus Justitiæ, Reverentiæ, Societatis nexus farciatur, & obligatio, quam delinquens transgrediendo Legem contraxit, dissolvatur. (3) Quod in pœnarum irrogatione non fiat distributio aliqua boni aut mali generatim inter cives, prout onera alias Proportionatè distribuuntur. (4) Quod in pœnis non consideretur civis *ut talis*, sed ut delinquens: distributiva verò Justitia eum ut talem consideret; & si quæ alia passim argumenta solent adferri. Nos finem inprimis *Compensatorium*, (c) non paucis præter rem insuper habitum, censemus urgendum; ac tametsi *in designatione* pœnarum consideranda utique persona sit ipsius delinquentis, (d) & variæ insuper ejus qualitates (e) respici debeant: non tamen ideo pœnæ ad Justitiam *distributivam* & proportionem Geometricam pertinere dicendæ sunt; quia respectus ille observatur in prævia delictorum æstimatione, non autem ipsa pœnæ, In Concreto sumptæ, exequutione.

(a) *Nobilis interpres Michael Ephesius, ad Nicomach. V. 5.* συναλλάγματα δὲ παλαιοὶ ἐκάλεσν ἃ μόνον ἃ ἑκόντες συνετίθεντο περὶ ἀλλήλους ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν νόμων ἀπηγορευμένα, *Contractus, inquit, à veteribus adpellabantur non tantum, quæ mutuis conventionibus constant, sed & quæ Legibus sunt vetita. Adde ex eodem plura apud Grot. II, 20, 2. Thomas ab Aquino 2. 2. qu. 61. art. 61. Conr. Hornejus Philos. Civil. III, 13. § 10. Jo. Conr. Danhauer. auctario quæstionum Moralium c. VII. qu. 3. p. 661. seq. Jo. Adam Osiander, ad Grot. II, 20, 2. itemque insignis ac longiore vita dignissimus Theologus, Justus Christophorus Schomerus, Specim. Theol. Moral. c. V. §. 24. & è JCtis à toto* Laurerbachius, *qui de Pœnis: Ea, inquit, in-* „*fligantur adæquatæ delicto. Hinc earum æstimatio fit secundum* „*proportionem geometricam: Infligantur autem secundum pro-* „*portionem arithmeticam. Compend. Schütz. L. XLVIII. tit. XIX.* „*p. 715. & L. I. tit. I. Commutativi, inquit, Justitia est, quæ de Re-* „*bus singulorum suum cuique tribuit,* Secundum Proportionem „ Arithmeticam; *Hinc pertinent uno verbo,* ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑΤΑ „*spontanea & invita, sive delicta: nam in horum (quidem) & pœ-*

narum

„narum quantitate investiganda respiciuntur personæ: at ubi constat „de delicti & pœnæ magnitudine, Judex secundum hanc (ARITHMETICAM) Proportionem pœnas imponit.

(b) Conf. Dissert. prima de Pœnis §. 5. lit. b. ut adeo manifestum esse, hujus sententiæ Patroni arbitrentur, in pœnarum inflictione contineri Retributionem ex quadam obligatione debitam, & subesse adeo in ea commutationem quandam & συνάλλαγμα, quod secundum TALIONEM ANALOGICAM exquiri debeat, ita ut Pœna delicto æqualis sit.

(c) Est hoc justum illud interius, ac expiatio delicti PER SE necessaria; Satisfactio justitiæ, quam supra Finem interuum diximus. Diss. I, 2. n. 1. & quam DEO à Christo præstitam ad rigorem, legesque perfectissimæ Justitiæ Commutativæ esse, sanctior disciplina docet, & Paulus inprimis Rom. III. 25. seqq. indicat. Qui & alibi monet, quoniam omne, quod peccatur, contra Legem DEI fiat, ideo omne delictum pœnæ obnoxium esse, Ro. I, 32. Habent nimirum (ut, quod paucis adeo tactum est, gravissimi subactique Scriptoris argumento roboremus) hoc commune Contractus Reales & Delicta, quod ad RESTITUTIONEM vel COMPENSATIONEM (quanta quidem fieri potest) obligent. At illa compensatio, ad quam omni læso læsus tenetur, non est pœna, sed illa demum, quæ Imperio propria est. Ut enim aliæ injuriæ aliis modis, cuique relationi & statui propriis, ita INJURIÆ, Imperanti quà tali illatæ, POENIS COMPENSANTUR. Qua in re enim quisque contra imperantem inobedientia peccavit, in eâ imperium ejus excussit, ideoque ad illud restituendum non sufficit in posterum obedientem esse, sicut neque sufficit ad res ablatas restituendas nullas amplius eripere: sed ut relatio ex facto orta, nonnisi contrario facto contrariam relationem habente eliditur; ita quo levius atque contemptius habitum est Imperium, eo postea gravius & molestius id subire, & sic in ferendis iis, quæ alias ferre non debuisset, vim ejus acriorem experiri oportet. De qua compensatione quantum quisque Imperans remittit, tantum de Imperio, suoque Jure cedit. Unde fit, ut DEUS, qui Imperium in nos summum absolutèque necessarium habet, non magis possit sine exactione pœnæ homini peccata condonare, quam illi permittere, ut sui Juris & Lege divina solutus sit add. supra laudati Schometi Specimen c. VI §. 24. Verbo: Finis, qui pœnæ peccatoque adæquandis internus in pœnis est, & restitu-

Urgetur nobile, paucisque tactum argumentū à FINE INTERNO.

ſtitutionem contemptæ Majeſtatis ac Legum, ultionemque adverſus τὸ ἄνομον dicit, ſemper hoc attendendus.

(d) *Ita nimirum ſolenni Objectioni occurritur, quam in tyronum gratiam repeto.* Ubi, *inquiunt*, locum habet perſonarum reſpectus, ibi & proportio geometrica & Juſtitia diſtributiva. Sed in pœnarum in-
Obj. 1. fictione. *Reſpondemus in aphoriſmo, falſam eſſe Minorem, quia reſpectus perſonarum pertineat ad prævium* pœnarum æſtimationem, *ſive* exæquationem, *& proportione utique geometrica inſtituatur: ipſa verò pœnarum irrogatio fiat ex regulis Juſtitiæ commutativæ, & quam hæc ſervat, proportionis aritmeticæ. Si de pœnis inter ejusdem Communitatis Cives diſtribuendis loquamur, equidem diſtributiva Juſtitia locum habere videri poterat; ſed ſinguli tamen facta ex æquatione arithmetice conſiderantur. add. ſi placet, Jac. Thomaſius, Philoſ. Moral. Tab. XXIII. lin 45. ac in eum, illius annotationes, & quæ ſupra ex Jureconſulto ſummo allegavimus, cujus hæc Philoſophia fuit, quique, cum in plerorumque ſit manibus, vel unus movere nos poterat, ne hæc veluti Juriſprudentiæ præludia omitteremus.*

Obj. 2. Sed inſtas: *attendi nihilominus in ipſis pœnis perſonarum reſpectum: gravius puniri humiliorem nobili & in dignitate conſtituto. Ipſis, quæ tanto in pretio ſint, Romanorum legibus decurriones in metalla damnari non poſſe, nec in opus metalli, nec furcæ ſubjici, nec vivos exuri. Ex quibus cauſis liberi fuſtibus cædatur, ex his ſervum flagellis cædendum eſſe. Filiam Sacerdotis, ſi ſcortari cœpiſſet, Lege Hebræa forenſi combuſtam: aliam, quæ idem crimen commiſiſſet, leviter puniam fuiſſe, Lev. XXI, 9.* Verum *nihil ultra evincitur, quam delicta prius biſce in caſibus* Geometrice æſtimari, *ac dextrè ab ſe invicem diſtingui: facta autem æſtimatione, utique* ſimplex inter delictum & pœnam proportio *retinetur. Timetſi enim ob eadem delicta inæquales nonnunquam pœnæ infligi videantur: id tamen ita videtur ſaltem, conſideratis nimirum pœnis ſecundum ſe & in abſtracto. Quod ſi verò pœnæ* in CONCRETO, *atque ut hinc illinc ſubjecto inflictæ, ſpectentur, manifeſtum erit, ut delicta, ſic & pœnas ob ea impoſitas, ſimpliciter æquales eſſe.* Deinceps, *non idem quantitate delictum eſt ſcortatio filiæ Sacerdotis, & filiæ plebeji aut ex alio ordine prognatæ. Illa enim ob ſcandalum & maculam ſanctiſſimæ familiæ illatam quantitate longè majus delictum eſt, quam hæc.* Porrò, *major haud raro eſſet pœna nobilis Viri, ſi eandem cum alio, ob idem*

facinus

facinus pœnam ſuſtineret. Tantum enim damni ex fuſtigatione in ruſticum non redundat, quantum in Virum nobilem. Nec opus eſt pœnam ſenſus *ſemper æquare: cum ſæpe convenientior ſit* pœna Damni, *quæ levitatem abſentiamque pœnæ ſenſus compenſat. Ut, ſi Nobilis privetur Bonis, ſi atrocem perſolvere multam teneatur, ſi vel omnia ipſi bona, vel certa eorum portio eripiatur & publico adplicetur, ſi è Senatu ejiciatur:* Pufendorf. *Offic. H. & C. I, 12, 14. ea utique re ipſa æquè gravis moleſtaque pœna eſt, atque illa, qua alius brevi corporis affliction defungitur. Quid? quod ne id quidem verum eſt, Nobilem aut in dignitate conſtitutum, ſemper mitius puniri aliis,* in abſtracto. *Severiori certè animadverſione dignus eſt nobilis, qui ex proæreſi, quam alius, qui ex imbecillitate delinquit; cum, quod is facilius potuit reſiſtere malo, & ſcientia Juris ac majori virtute inſtructus fuit. conf. Luc. XII, 47, tum quod* omne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. *Videtur itaq; unum ſæpe delictum à duobus commiſſum, quod tamen gradu & quantitate vehementer differt. Reſpondent etiam Viri docti, planè* per accidens *in pœnis eſſe, quod perſonæ dignitas reſpiciatur: Nimirum eatenus, quatenus perſona pœnam aut delictum vel aggravat, vel elevat.* Rotundè Thomas ab Aquino: *Conditio, inquit, perſonæ in Juſtitia diſtributiva attenditur* SECUNDUM SE: *in commutativa autem ſecundum quod per hoc* DIVERSIFICATUR *res 2. 2. qu. 61. art. 2. ad tertium p. m. 141. b. Tomo Operum XI. edit. Antverpienſ. ad quem locum Thomas de Vio Cajetanus Cardinalis in Commentario obſervat, Commutativam* PRÆSUPPOSITA REI QUANTITATE *tam ex perſona, quam cujuscunque alterius circumſtantiæ conditione, adæquare uni rei rem alteram* ABSOLUTE. *Puto ſatis pro Peripato reſponſum. Poſſet* tamen *& hoc addi, quod Major argumenti in fronte allati perpetua inſtantia contractus voluntarii, qualis eſt* Locatio retundi queat. *Non enim locantur ædes illi opifici, ex cujus opificio damnum illis accedere fortaſſe poſſit. Adde, ſi placet,* Hornej. *Philoſ. Civil. III, 13, 15. ſqq. B.* Oſiand. *ad Grot. II, 20, 2. D.* Majer. *Commentar. Theoretico-Pract. ad Inſtit. Lib. 1. tit. 1. p. 24. ſqq. ſuſe.*

(c) *Quæ ſenſum pœnæ augere vel minuere poſſunt: puta, ætas, ſexus, ſtatus, opes, vires. Sic multa eadem pauperem onerabit, divitem non item; vili leve erit malum ignominia, honorato grave.*

III.

An irrogatio pœnarum referenda sit ad Justitiam universalem?

Sunt, qui rem ex conditione delictorum definiendam putent; quod hæc vel fiant contra Justitiam universalem, (a) id est Leges publicas: vel contra Justitiam particularem, seu Jus tertii, cum quis sibi plus, alteri minus tribuit; illis respondere pœnam publicam, quæ ob violatum Reipubl. statum infligatur ex Justitia universali: vi cujus summa potestas, secundum quam normam Leges fert, transgressores etiam puniat: his verò respondere pœnam privatam, qua ei qui læsus est, tribuatur aliquid ultra damnum datum, utpote in furto præter simplum, dupli aut quadrupli æstimatio: in quo cum nulla dignitatum aut personarum habeatur ratio, Justitiæ, ajunt, particularis eam speciem, quæ commutativa dici solet, versari. Ubi, tametsi eam nobis facultatem haud sumamus, ut Illustrium Virorum sententiam severius examinemus: id tamen pensitandum prudenti & cordato Lectori damus; an satis expediri possit, quando, quæ vigore Legum publicarum infligitur pœna, præcisè ad universalem Justitiam refertur; quum Leges civiles particularis fere Justitiæ rationes sequantur, & ea, quæ STRICTI sunt JURIS, complectantur, ac injurias maximè (quales non aliæ sunt, quam quæ STRICTUM PERFECTUMQUE Jus violant) alteri illatas soleant vindicare. Sed & id expendendum forsan esset, an pœna accuratè hoc loco *privata* dicatur? & annon restitutio dupli aut quadrupli ex Legibus æqualitatis deducatur, neque tam ex VITIOSITATE Actus, quam ex ejus *effectu* (b) derivetur?

(a) *conf.* Kulpis. *Coll. Grot. ad II. 20, §. 2. p. 113.*

(b) *Omnino enim circa injurias ac damna* vitiositas *actus* ab effectu *discernenda; ita ut illi* POENA *respondeat, huic* damni reparatio. *Grot. II, 17, 22. & eo Collegium, quod modo laudavimus, Grotianum. §. 4.*

IV.

Quodnam, circa diver-

Non diffitemur, ægrè nos admodum prolixam adeo Justitiæ

ſtitiæ ac proportionis utriusque delineationem à nobis impetraſſe. Neque ignoramus, monitum à prælaris Auctoribus eſſe, comodè iſta diviſione, terminisq; carere nos poſſe, præprimis quod ingenia torqueri iis potius, quam excoli videantur; & quid voces illæ velint, nonniſi confusè à plerisque intelligatur. Dabunt tamen ni, ſpero, nobis veniam; non ideo ſolum, quod rem intricatam quidem, attamen in receptis, ut vident, ſuperiorumque inter nos facultatum (a) ſyſtematibus obviam, explicare curatius, & planiorem reddere ſumus conati; & difficile inſuper inconſultumque eſt, uſitatam tot annis terminorum ſeriem *una veluti litura expungere:* ſed & ipſi inter illos viri cordati non omnino diſſimulant, ad commutativam Juſtitiam referri etiam *punitivam* poſſe, quippe quæ ſtudium, ut ajunt, nocendi, aut negligentiam officii præſtandi, dolore proprii decrementi compenſet; ac demum, vocibus ſemel intellectis, ſuperflua & inanis contentio eſt, quarum uſus à variante hominum conceptu dependet. Itaque qui æqualitatem *comparatam*, vel ut plurimum comparatam in diſtributiva: *ſimplicem* in commutativa obſervari, mutatis vocabulis, ſenſu eodem contendunt; vel, qui ſpeciem *tertiam*, ab utraque (attributrice nimirum & expletrice) aliquid adoptantem amplectuntur: aut qui de pœnarum irrogatione, velut ad peculiarem Rectoriæ Juſtitiæ prudentiæque politicæ titulum pertinente diſſerunt, cum iis quidem non altercabimur; ſatis oſtenſis apud rerum intelligentes communioris ſententiæ fundamentis (b) dataque faciliorem amplectendi ſententiam juſta optione.

ſas adeo eruditorum ſententias, propoſitū auctoris?

(a) *de Theologis & JCtis ſupra ex inſtituto dixi. Quis ejus diſtinctionis in Medicina ſit uſus, cum jam hæc abſolviſſemus, è Lazaro Riverio, Medico Monſpelienſi, benevole nobis communicato, didicimus. Temperamentum diſtinguunt Medici in id* quod eſt ad pondus, *& id* quod eſt ad Juſtitiam. *Temperamentum* AD PONDUS *vocant temperamentum* PROPORTIONIS ARITHMETICÆ, *quia ut in proportione Arithmetica ex paritate numerorum, ſive intervallorum in*

numeris, ita ut non majus sit intervallum à 2. ad 3. quàm à 3. ad 4. sic in hoc temperamento sit paritas quædam in qualitatibus, ut nulla alias excedat. Temperamentum autem ad Justitiam adpellant temperamentum PROPORTIONIS GEOMETRICÆ, *quia quemadmodum in Geometrica proportione non respicitur ad* differentiatum, *sed tantum ad* rationum *æqualitatem: ita in hoc temperamento non consideratur qualitatum ad pondus & æquilibrium æqualitas, sed potius talis qualitatum inter se consensio, ut uniuscujusque speciei naturæ optimè congruat. add. River. Instit. Med. P. I. Physiolog. Sect. II. c. 3. p. 18 sq.*

(b) *Conferri possunt è melioribus Pufendorf. J. N. & G. VIII. 3. 5.* Schomerus, *ὁ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, Specimine supra commendato cap. V. §. XXVII. Christian.* Thomasius, *Jurisprud. Div. I, 1, 106. Dn.* Omeisius, *Compend. Ethico, Aretolog. Special. p. 132. seq. Consultiss.* Hertius, *de Socialitate, Sect. III. § 18. quæ dissertatio est inter Opuscula illius, Tomo I. p. 123. seqq. & quem is Collegam olim habuit, Celeberr. Dn. D.* Hedingerus, *Siciliment. Philosophiæ Juris ad Grot. II, 20, 2, 4.*

SECT. VII.

DE FORMA POENARUM.

An ad Formam pœnæ pertineat *Talio? & quotuplex ea sit?*

SECTIO VII.

§. I.

ETsi ad formam Pœnæ ejusdem cum delicto pertineat exæquatio: non tamen ad eam necessario requiritur Talio SIMPLEX, (a) sed sufficit PROPORTIONATA, ut tantundem patiatur delinquens; sive illud, quod injuriæ (b) respondet ac æquale est. Quanquam etiam injustum multis in casibus non est, ut quod quisque fecit Mali, talione simplici & ipse patiatur; quod Jus Rhadamanteum, ac veteri vocabulo dictum ἀντιπεπονθὸς, reciprocam nonnulli vertunt (c) perpessionem, alii contra passum, repatientiam alii, aut retaliationem. E, cujus naturalis æquitatis sensu (d) Cain parricidii sibi conscius dixit: qui inveniet me, interficiet me; & Adonibesek, homo ferus, nullisque, præter naturæ insitas, instructus

ſtructus Legibus, juſtum eſſe agnovit, ut præciſis manuum pedumque digitis, ſibi, *prout* aliis fecerat, redderetur. Sed de Forenſi Moſis Lege, qua Ebræos obligavit, (c) ejusque ſenſu difficilior inſpectio eſt Si enim, inquit, damnum evenerit, tunc reddes animam pro anima: *oculum pro oculo*: dentem pro dente: manum pro manu: pedem pro pede: aduſtionem pro aduſtione: vulnus pro vulnere: vibicem pro vibice. Plane ut Græcis Lex erat: ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΙΝΟΣ ΟΦΘΑΛΜΟΝ ΕΚΚΟΨΗ, ΑΝΤΕΚΚΟΠΤΕΣΘΑΙ ΤΟΝ ΕΚΕΙΝΟΥ: ac Romani inter Leges decemvirales etiam hanc ante roſtra publicatam, exhibuerant: SI. MEMBRUM. RUPIT. CUM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. Nobis fixum ſtatutumque eſt, quemadmodum talio ſimplex non eſt juſta quarumvis pœnarum menſura, neque etiam eſſe poteſt: cum & in plurimis criminibus locum habere non poſſit, & in plerisque delictis *juſto levior* videatur: ita nec eam iſta Lege injunctam fuiſſe; quam proinde Rabbanitæ, relicto, quod Karræi urſere, (f) ῥητῷ de compenſatione damni, æſtimatione civili à Judicibus facta, interpretati ſunt. (g) Quod & ipſa (h) Lex antecedens docet, quando percuſſor, illius vigore, non dicitur obligari, niſi ad compenſationem τῆς ἀργίας ſive ceſſationis & τῶν ἰατρείων. Atqui percuſſio illa ſine vulnere aut livore non erat. Ex quo adparet, quando poſtea in Lege, quæ talionem videtur jubere, livor pro livore dandus dicitur, id de PRETIO LIVORIS accipiendum eſſe. Quorſum & illud facere videtur, quod DEUS alia (i) in Lege diſtrictè nominatimque pretium animæ ab homicida accipi, ſanguinemque effuſum pecunia æſtimari prohibuit; Igitur mutilationes, ut Hebræi communiter colligunt, ac vulnera, mortem non inferentia, pretio redimi, multaque ex arbitrio Judicis impoſitâ compenſari potuerunt. Et quid quæſo Reipublicæ magis noxium excogitari perpetuo *Talionis* (k) *abſolutæ* uſu potuiſſet? quid turpius Republica, mutilis, cœcis, claudis, cicatricolis, & infamiæ injuriæque illatæ notas palam circumferentibus plena?

De Lege *talionis* Moſaicâ.

(a) *add*.

(a) *add. Hornej. Philoſ. Civil. III. 13. 23. Contra paſſim ſecundum quod Pythagoræi Jus ab ipſomet Rhadamanto inferis dixi præticarunt, memorante Ariſtotele Nicom. V. 5. quem tamen iis iniquiorem fuiſſe cenſet Joach. Camerarius, cum tanti viri ignorare non potuerint, ſimplicem ejusmodi talionem in vita humana uſurpari non poſſe. Confer denuo* Hornejum, *& è recentioribus,* D. Omeiſium, *Ethic. Pythagor. parte ultima, p. 53. 54.*

(b) *Unde, quod ſupra moneri poterat, pœnam dixit Tertullianus* VICEM INJURIÆ, *contra Marcionem IV. 23.*

(c) *Quæ nomina videre eſt apud Jo. Bernhardum Felicianum, veterum Græcorum in Ariſtotelem Scholiaſtarum Interpretem, Helmæſtadii editum.*

(d) *Gen. IV. 14. Jud. I, 6. 7. add. 1. Sam. XV, 33. II. Maccab. V. 10. omnino. Scripſit in hoc Jus Amœbæum inſignem Commentarium doctiſſimus Theologorum,* Dn. Bauerus, *& plenam exemplorum è ſanctioribus pandectis ſeriem congeſſit, quam non ſine voluptate legeris.*

(e) *Exod. XXI, 23, 24, 25. Lev. XXIV, 19, 20. Deut. XIX. 21. Proſtant etiam* Jo. Frider. Miegii *&* Jo. Andreæ Danzii *de Talione Diſſertationes.*

(f) *Pugnat etiam pro ipſarum istarum Legum* Conſtantinus L'Empereur Babakama *cap VIII. §. 1. qui tamen fateri tandem cogitur, penes Judicem fuiſſe, pœnam talionis* corporalem *in* pecuniariam, *ſuadentibus ita circumſtantiis, mutare, argumento Legis Exod. XXI, 29, 30. ubi alternatio etiam gravioris pœnæ admittitur. Conf.* Pufendorf *de J. N. & G. VIII, 3, 27. ac ſatis id ipſa Tractatus Babakama ſuperius allegati verba docent, quæ ex interpretatione* Jo. Lightfooti *damus. Traditione accepimus,* inquiunt Magiſtri Judæorum, *dictum „ illud: Oculum pro oculo: intelligendum eſſe de ſatisfactione pecu„ niaria; quod autem dicitur in Lege, ſi labem impegerit proximo, „ eadem impingetur & ipſi: Levit. XXIV, 19. non vult, ut ille de„ mancetur, prout alium demancavit, ſed cum dignus ſit demanca„ tione, dignus eſt, ut damnum perſolvat demancato.*

(g) *Videre hoc etiam* Jonathas *&* Hieroſolymitanus Interpres, *qui reddidere:* דמי עינא חולף עינא *pretium dentis, pro dente: & verpi recentiores in Verſione Germanica Amſtelodami impreſſa: Exod. XXI, 23.* Is es aber *(ſic enim ipſorum ſonant Germanica)* das ein mord werd geſchehen, ſo ſolſtu geben ſeel for ſeel: geld for aug in

plaz

plaz des augs: geld for zan, in plaz des zans: geld for hand, in plaz der hand: & *sic porrò*

(h) *vide omninò Exod. XXI, 18. 19. & ad eam* Jo. Bodinus *de Republ. VI, 6 fol. 768. Edit. Paris.*

(i) *Num XXXV, 31, 32. atqui uno, ut omnes norunt, excepto prohibitoque, reliqua permissa videntur. add.* Jo. Tesmatus *ad Grot. II, 20 10. p 593. ursit hoc argumentum, & juxta cum aliis difficultatem istam expedivit* B. Olsnder *ad Grot. II. 20, 10. p. 1140. sq. & sic de Romana quoque Lege apud* A. Gellium Noct. Atticar. *XX, 1. ostendit* Cæcilius, *rem ad æstimationem Judicis redigi necessario solitam Nam,* inquit, *si reus, qui depasci noluerat, Judici talionem imperanti non parebat, æstimata lite, Judex hominem pecunia damnabat. Atque ita, si reo & pactio gravis, quam nempe ferebat læsus, & acerba talio visa fuerat, severitas Legis ad pecuniæ multam redibat: si modo reus eam posset solvere. Nec obstat, quod Lex divina* de talione *ait:* SECUNDUM QUOD FECIT, SIC FIAT EI; *id enim generaliter accipi potest pro* COMPENSATIONIS PRETIO, *si quispiam lædatur, quocunque tandem pacto compensatio fiat. Planè ut Simson de Philistæis:* quemadmodum, dixit, *fecerunt mihi, sic feci eis: Judic. XV. 11. cum tamen Philistæi Simsoni uxorem abstulissent; is verò segetes Philistinorum exussisset add.* Guil. Zepper. *Explanat. Legum Forensium Mosaic. L. IV. cap. XIV. Conferri potest, de Lege Solonis duriore:* ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΝΑ ΟΦΘΑΛΜΟΝ ΕΧΟΝΤΟΣ ΕΚΚΟΨΗ ΤΙΣ, ΑΝΤΕΚΚΟΠΤΕΙΝ ΤΟΥΣ ΔΥΟ, *Diogenes Laertius in Solone I, 57, & eo in notis Ægidius Menagius, qui ad Leonis præcipuè Imperatoris correctionem provocat.*

(k) *Plura congessit argumenta* Episcopius, *Instit. Theologicar. L. III, c. 12. Sect. 2. præcepto quinto, ut: quod talio, ceu ante monuimus, non sit possibilis; quod periculosa; quod ex iniquo non parum trahat: quod noxam denique Reipublicæ adferat. v. c. si qui dentem excussérit, sit edentulus. (2) si quis tenerioris complexionis interceſſit horrendum robustum. (3) quidsi enim, qui læsit, privatus sit, & læsus Consul, Senator Princeps. Sed ista quidem pro nostri instituti ratione sufficiant.*

II.

Si Pœna est malum Passionis OB Malum actionis: patere utique existimamus *primo*, Præscriptionem (a) accuratè loquendo

An *formale* pœnæ competat Præscriptioni?

quendo non esse pœnam. Ratio est, quia præscriptio non est introducta OB malum actionis. Neque ideo Præscriptioni vel Usucapioni locus inter Gentes civitatesque cessit, ut, quod nonnullis videtur, rerum suarum non satagentibus negligentiæ *pœna* infligeretur; sed facilis ejus ratio *à socialitate* petitur, quoniam absque ea nullus inter homines litium finis esset, ac plerarumque rerum & privatarum publicarumque possessionum dominia nunquam in tuto locarentur; quin &, si nulli temporum lapsus inter summos etiam Principes liberosque populos valerent, Controversiæ de regnis regnorumque limitibus forent immortales. Sed & hoc prætereundum non est, quod ex *pœna* in alium procedens commodum, antegressam læsionem supponat; in Usucapione verò, qui Dominus constituitur, nullo pacto ab negligente læsus est; ac *pœna* insuper adpellari nequit exclusio à commodo quodam, quod non nisi vigilantibus, ac rerum suarum satagentibus expositum est. Quanquam non negemus, *ex consequenti fieri*, ut cui, ob vindicationem diu neglectam, actio deinceps denegatur, is *damnum*, (b) eo modo, *incommodumque* patiatur. At magna inter hoc & pœnam differentia est, nec ab illo ad hanc legitimè infertur.

Puf. O. H & I, XII, 15. & O. M. p. 644, 645.

(a) *Impingunt hoc pacto in formam pœnarum* Hugo de Roy, in *de eo quod Justum est III, 3. 4. item* Alphonsus Castrensis, *Theologorum, ut Vasquio audit, disertissimus, & ex Gallis Scriptor Illustris* Petrus Puteanus, *qui contra Grotium, & Albericum Gentilem in Dissertatione:* Si la Prescription a lieu entre les Princes souverains? *probaturus, præscriptionem inter Gentes liberas locum non habere, ac multò minus de Regno Galliæ probari posse, hoc, inter alia, argumentum opposuit,* que la prescription est *une espece de peine*, que la loy inflige aux negligens; ce qui ne peut convenir aux Roys & aux Princes souverains, qui n'ont point les loix entre eux, qui les lient & obligent; qu'on ne peut dire être negligens a recouvrer les droits usurpes sur eux, puisque ils n'ont pas toujours les moyens ouverts de la guerre, &c q. l. *Si, inquiens, præscriptio est* Species pœnæ, *quam Lex infligit*

Argumentum *Puteani* recensetur.

infligit negligentibus; Sequitur eam non convenire Regibus ac ſummis Principibus, quippe inter quos nullæ ſunt Leges, quæ ipſos ligent aut ſtringant; Quorſum accedat, quod de Principibus dici nequeat, ipſos jurium ſuorum recuperationem negligere, quum ipſis non ſemper ſuppetat facultas APERTO *Marte rem ſuam quærendi. Tametſi vero Puteani magna merito apud eruditos auctoritas eſt, cum ob* „ *inſignem eruditionem, tum ob ſingulare & vel hac occaſione non* „ *prætermittendum elogium, quo ipſum in* VITA *ornavit* Nicolaus „ Rigaltius, *quod oderit rixas & jurgia, ac turpe eſſe dixerit: Vi* „ *ros indubitatè doctos famam viciſſim ſuam rodere ac lacerare ſcri-* „ *ptis trucibus, tanquam vilſſimos in plebe cerdones, in angiportis* „ *ſeſe luto ac ſtercore conſpurcantes: quodque rem omnium peſſimam* „ *vocaverit hominis improbi literaturam; ac ſententiæ bonis ſemel* „ *rationibus ſtabilitæ ſi quis factioſa contumacia contradiceret, pru-* „ *dentis eſſe, non altercari, ſed poſteritatis arbitrio rem integram* „ *permittere;* licebit tamen, ex vero quædam eidem opponere. *Et* primò *quidem falſum aſſumi jam in theſi monuimus. Eſſe præſcriptionem* pœnæ ſpeciem, *quam Lex negligentibus inferat, abſolutè verum non eſt, quia Leges, ſaltem pleræque, non tam pœnas ſolvi deſidiæ quam dominia in tuto collocari volunt. Neque tam* pœna *eſt, quam* afflictio *quædam infortuniis aut caſus damnum inferens, non tamen* OB CULPAM *negligentiæ vel alterius generis. Imo, etſi* contra ſcientem *fiat præſcriptio, non tamen pœna erit, quia pœna infligitur* INVITO, *ut ſupra docuimus, Diſſert. III §. 4. lit a. ſaltim* IN SE. *Id verò, quod homo ſibi ipſi infligit, pœna non eſt, & qui ſciens rem ſuam patitur* PRÆSCRIBI, *non magis pœnam pati intelligitur, quam ſi eam donaret, aut pro derelicta habere vellet. Quod latè quidem, ac, ut ſolet, eruditè deduxit Fernandus Vaſquius, JCtus ac Senator Hiſpanus, Controverſ. Illuſtr. II. 55, 19.* Secundò, *nec id adprobamus, quod nullam Principibus Legem eſſe communem ait. Non jam urgebimus, quod Clariſſimi Viri monuere, non adparere, quid probibeat, quo minus etiam Liberas inter gentes, conſenſu mutuo, ſi non expreſſo, attamen* tacito, *præſcriptio aliqua conſtitui firmarique potuerit, quoniam & pacta gentium,* mediante Lege naturali, *validam inducunt obligationem. add.* Vitriar. *Inſtitut. Jur. N. & G. L. II. c. IV. q. 15. p m. 110. Sufficit Lex naturalis, quæ tranquillitatis & pacis intereſſe dictitat, aliquando poſſeſſiones rerum extra*

& ſolvitur.

non ſine encomio Puteani.

controverſiam collocari; ac illuſtris eſt locus in ſæpe nobis laudato de Rebus Brandenburgicis Opere, XVIII, 15. ubi, qui Jura Imperii contra Gallos Anno M DC LXXX. deduxere, animosè non minus ac ex vero ad immemorialem poſſeſſionem provocarunt; Longe (inquientes) iniquius eſſe (plura parum æqua anteceſſerant) Status, immemoriali, quin plurium ſeculorum poſſeſſione nixos, AD EDITIONEM SUORUM TITULORUM contra Jura cogere. Hoc enim modo omnes totius orbis poſſeſſiones & dominia incerta redditum iri. Denique non ſemper opus Principibus eſt, ut aperto Marte rem ſuam repetant: Sufficit haud raro, ſi vel proteſtatio de Jure fiat, vel diſceptatio partium amica inſtituatur, aut quod conſultum admodum eſt, puro (non conditionato) compromiſſo ad arbitros provocetur; quæ viæ illi præcipuè notandæ, qui petit; quippe cum poſſeſſionem cum aliquo titulo favor utique comitetur. ad d. Grot. II, 23, 8. fusè; concinnius Pufendorf. de O. H. & C. II, 1, 10. & II, 16, 3. ac nuper admodum in Vindiciis Grotiani dogmatis, de præſcriptione inter Gentes liberas, Celeberr. Werlhofius, theſi inprimis XXXI.

(b) Salva tamen poſſidentis conſcientia, quidquid ſpeciosè regerat Guilielmus Ameſius, de Conſcientia V, 41, 19. p. m. 539. Si, inquit, præter alia, bona fides RE IPSA nihil eſt aliud, quam falſa perſuaſio poſſidentis; Ergo talis poſſeſſio ex præſcriptione erit injuſta, & adverſus Legem naturæ. Rurſus. Quod jus fovet poſſeſſionem rei alienæ, id injuſtum eſt. Sed Jus uſucapionis. Verum in priori argumento antecedens negamus. Non enim eſt falſa, Moraliter, id eſt culpabilis perſuaſio, quæ bona fide nititur. Etenim non eſt humanæ facultatis, omnium dominiorum juſtitiam examinare; ſed ſufficit credere, eum, à quo rem habeo, dominum fuiſſe, donec probetur contrarium. Quemadmodum & naturaliter eousque pro bono Viro quilibet habendus eſt, ac ſimplicem exiſtimationem integram ſervare cenſetur. Sed & in altero minor eſt falſa. Res enim ſic poſſeſſa, ab alio derelicta, & hujus voluntate eam non amplius habendi per derelictionem ſufficienter declarata, pro aliena haberi non poteſt; nec quæ juſto titulo, puta emtione, donatione, & ſimilibus, ac bona fide poſſeſſa, add. Mevius Nucl. J. N. & G. Inſpectione VI. §. 24. n. 2. Denique COLLISIO videtur præceptorum naturalium: RES Domino invito non eſt auferenda: & illius Reipublicæ intereſt, dominia in certo locari. Sed huic vincit poſterius, quia dominia non ſunt introducta turbandæ,

Obſervatio de

bandæ, sed tranquillandæ conservandæque societatis causſa. Quem-admodum Legibus ὑπαλλαξις *hæc semper limitatio ineſſe intelligitur; quatenus iis satisfieri queat,* Salva Lege Nobiliora. *Quamobrem, si utrique satisfieri nequit, inferiori non obedire* mali rationem *exuit, idque ex mente Legislatoris, quem ad impoſſibilia nos obligare voluiſſe, probabile non eſt. Sed hic amplior eſt de* Collisione *Legum, inprimis naturalium locus, quam qui heic pro dignitate tractari poſſit. Eum à* Panatio, *Stoico apud Rhodios Philoſopho prætermiſſum queritur* Cicero, primo de Officiis, *in calce; qui tamen nec ipſe pro dignitate, & diſtinctè ſatis id excoluit; judice, cui plurimum in nobiliſſimo argumento debent eruditi, Celeberrimo* Hertio, *Tractatu de Collisione Legum, qui primo Opuſculorum Tomo continetur. Adde ſi placet,* Henniges. *ad Grot. II, 4, 1. p. 397. cujus pleraque probari poſſunt, ſi, quæ de pœna negligentiæ advertit, excipiantur.*

Collisione Legũ Naturalium.

III.

Si porrò, Forma Poenæ in eo conſiſtit, quod infligitur *ob malum actionis*; & pœna adeo atque culpa, veluti correlativè dicuntur; manifeſtum *ſecundo* eſſe exiſtimamus, quod *non omnis afflictio*, non *omne incommodum, non omnis caſtigatio pœna dicenda ſit.* Igitur contra naturam pœnarum loquuntur, & in prima Moralis diſciplinæ principia impingunt, qui remiſſa Culpa pœnam ajunt manere; (a) & iis, quibus crimen à Domino condonatum eſt, luendas adhuc, jam condonati criminis pœnas reſtare aſſeverant. Pœnam is nullam debet, cui peccatum remiſſum eſt. (b) Neque illi quidquam proficiunt, quando exemplis undique conquiſitis probant, immiſſas à DEO ſanctiſſimis quibusque Viris graviſſimas calamitates. Aliud nimirum „quæritur; An illa, quæ recenſent, proborum mala Poenæ „propriè fuerint, iis *ob peccata* divinitus inflictæ? Fatemur gra„via & acerba fuiſſe, quæ tulerunt: fatemur cœlitus à DEO „immiſſa. Pœnas fuiſſe negamus. Neque enim (c) quidquid „adverſum aut acerbum nobis accidit, id ipſum pœnam eſſe „neceſſe eſt. Grave eſt vinciri; gravius uri, aut ſecari. Non

An dimiſſa *culpâ* locũ habeat pœna?

„tamen ideo pœnas dediſſe cenſendus eſt, qui ex medici præ-
„ſcripto aliquid iſtorum perpeſſus eſt. Gravis erat olim, ac
„laborioſa Athletarum vita; multus ſudor, multæ plagæ; dura
„etiam & acerba eſt hodie tironum in Gymnaſiis, militum
„in caſtris, in agmine, in acie conditio. Eone exiſtimandum
eſt, alicujus eos peccati pœnas luere? Nihil minus. Hanc iſti ha-
bent non ſceleris, aut flagitii mercedem, ſed virtutis & gloriæ
diſciplinam. Sanguinis miſſio in caſtris Romanis flagitioſo mi-
liti infligebatur in pœnam. Eadem Medicina & fuit, & nunc
eſt. Res utrobique eadem, ſi ipſum actionis aut paſſionis in-
genium ſpectes; longè diverſa, ſi agentis ANIMUM, aut patien-
tis meritum intuearis. Rem (ut loquuntur ſcholæ) MATE-
RIALITER unam variant cauſſæ, fines, uſus, circumſtantiæ. *Crux*
facinoroſo ſceleris *ſupplicium* eſt, ac ejus, quem promeritus eſt,
inferni pars quædam. *Martyri* eadem non *pœna*, ſed *certamen*;
non *ſupplicium*, ſed *victoriæ materia* eſt. (d)

(a) *Uſum hujus obſervationis ii facile capiunt, qui momentum quæſtio-
nis: An dimiſſa culpa infligi adhuc poſſit pœna? inter nos & Roma-
nenſes agitatæ intelligunt. Ajentem hi tuentur, ſed invitis, ut oſten-
dimus, naturæ principiis. Itaque negantem cordatè defendunt no-
ſtri, falſumque eſſe oſtendunt, quod remiſſa culpa remaneat debitum
luendæ pœnæ, tametſi temporalis, attamen propriè ſic dictæ. Argu-
mentum roborandæ, ut alios prætereamus, piæ doctrinæ petit accu-
ratiſſimus Theologus,* Henricus Höpfnerus *in ipſa fronte Diſſertatio-
nis* A NATURA POENÆ PROPRIE SIC DICTÆ. *Contradictoria enim eſſe,
culpæ remiſſionem, & ad pœnam obligationem. Illam Judicem re-
conciliatum placatumque, hanc iratum, & Compenſationem* EX
RIGORE *quærentem innuere. Ac tametſi ſint, qui calamitates caſti-
gationesque, dimiſſa etiam culpa, immiſſas, pœnarum nomine inſigni-
verint, velut, qui de vocabulis nolnerint litigare: ipſi tamen inter
pœnas materialiter (ut cum ſcholis loquamur) & formaliter conſi-
deratas accuratè diſtinxere. Priori ſcil. modo, ac metaphoricè &
figuratè pœnam ſæpè dicie tiam caſtigationem, qua Pater filium cor-
rigit,*

rigit, non Judicis gerens personam, sed Patris, dum ejus delicta, quanquam prætoria severitate non proponit, levi tamen atque salutari disciplina castigat. Quæ ratio est elegantis in sacris phraseologiæ, quæ castigationes ejusmodi παιδείας adpellat, τῷ καταικέλμαν oppositas, 1. Cor. XI. 30, 32. ac memini Hebræorum Magistros eas pulcrè admodum vocare יסורין של אהבה Castigationes amoris. add. Eduard. Pocokius ad Joel. II, 14.

(b) Videri è nostris possunt, Höpfnerus duobus locis: uno ubi de Satisfactionibus, altero ubi de Justificatione agit, quo posteriore ad Augustinum præcipuè, ac jure quidem provocavit. Is enim: quod, ait, pateris, unde plangis? Medicina est, non pœna: castigatio, non damnatio. In Psalm. CII. Tom. VIII. Gerhard. de Pœnitent §. 126. ubi tandem: Negari certè nequit, perpetuam esse Relationem inter culpam & pœnam. Ubi igitur facta est remissio culpæ, ibi pœna PROPRIE dicta locum habere nequit. Quid, quod remissio peccati nihil aliud sit, quam condonatio pœnæ? Ergo pugnant inter se invicem, peccatum verè remissum esse, & tamen pœnam propriè dictam adhuc propter peccatum sustinendam esse. E Romanensibus placuit cordatus Jureconsultus & Philosophus Fernandus Vasquius, qui Controv. Illustrium II, 55, 19. ad Alphonsum Castrensem provocat, cujus verba ita habeant: Advertendum esse, quod non omnis passio, quamlibet offensiva, seu concomitans, sive inflicta est, dicenda pœna sit, quia pœna & culpa dicantur CORRELATIVE.

(c) accuratè Chrysostomus, de sanctis hominibus: ὑ γὰρ δὴ κολάσεως ἦν ἄπερ ἔπαθον, ἀλλ' ἀγώνων ἡμῖν παλαισμάτων. Non enim ad punitionem passi sunt, sed ad certamina & luctam. Homil. XLI. Græca (Lat. XLII.) in Matth. p. 476. c.

(d) Commendari hoc magnoperè meretur Joannes Dallæus, qui septem Libris de pœnis & satisfactionibus, hanc unam è doctrina de pœnis quæstionem, (utinam & cæteras!) egregiè tractavit, ac, probè dixerim, exhausit. Prodiit Opus insigne Anno M D XLIX, Amstelodami, quo ipso id Amplissimo Viro Cl. Sarravio, Senatori in Parlamento Parisiensi inscripsit.

Sect. VIII. De Forma Poenarum.

SECTIO VIII.

§. I.

An ob delicta aliena irrogari possit poena?

SI Pœna immittitur ob Malum actionis: *Igitur ad eos non pertinet, qui non peccarunt.* Nam contra naturam est, aliquem ob factum quoddam puniri, quod ipsi non potest imputari; præterea obligatio ad pœnam ex merito oritur; *meritum* autem est personale; (a) quippe ex *voluntate* ortum habens, (b) qua nihil est magis homini proprium; unde & ἀυτεξούσιον vocatur, & noxa, veteri dicto, caput sequitur. Itaque *pœna* vocari nequit dolor ille aut damnum, quæ ex alterius pœna consequenter in illos redundant, qui nihil deliquerunt. Sic *parentum* (c) *bonis confiscatis*, liberi sentiunt quidem *incommodum*, idque *per consequentiam*, quia bona illi habituri alioquin fuissent, cessante conditione, quæ erat, ut ea à parentibus usque ad mortem conservarentur. Eundem in modum, quando parentibus ob delictum in servitutem redactis, liberi ex illis post nati, servi quoque fiunt, in his *pœnæ rationem non habet servitus*, sed infortunii duntaxat; præsertim, cum nemo, antequam sit, jus (d) habere possit, ut tali & non alia conditione nasceretur. Sed &, reo aufugiente, quando fidejussor exsolvere multam cogitur, non ex delicto, aut *sub ratione pœnæ* patitur, sed quia in talem eventum ultro se obligavit.

(a) *Difficile hoc & prolixum argumentum est de* Communicatione Pœnarum, *tractatum à Grotio II, 21, per totum, ac brevius à* Pufendorfio *Element. Jurisprud. Univers. L. I. Defin. XXI, §. 7.*

(b) *Unde nec DEUS pœnam innocentibus infligit, etsi Grotius heic ad* merum ejus Dominii Jus *confugiat, notatus eam ob rem jam superius, Dissert. III. §. 4. p. 24, 25. Equidem* obstare *videntur* (1) Adami delictum *posteris non existentibus imputatum.* (2) Familiæ Achanis *ob Patris sui furtum* excisio. (3) *DEI ipsius verba, se* paternam iniquitatem in liberis vindicaturum *comminantis, ac exemplo posterorum Chami, Gen. IX. 25. Saulis, Jerobeami, Achabi, minarum*

Proponuntur Objectiones.

narum veritatem comprobantis. *Qui etiam ob Davidis peccatum pestilentiâ populum confecerit. & quidem, ipsomet agnoscente Davide, innocentem.* (4) Auctoritas Arcadii, *Imperatoris licet Christiani, pronunciantis, paterno perire debuisse supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur. Sed* ad primum *quidem non respondet ratio sibi relicta, quippe quæ ignorat, pravitatem in facultatibus inclinationibusque humanis conspicuam, Unius culpa provenisse. Cæterum terminos è scholis nostris desumsere* Theologi, *quando Adamum ad præstandam conditionem fœderalem* Nomine *totius generis humani obligatum, illiusque* Caput non physicum saltem ac seminale, sed & Morale *ac personam* Repræsentativam *& Sponsorem quendam Syndicumque fuisse responderunt. Ex quo adparet, quod* violata *ab illo* primi pacti conditione, *tota simul posteritas pœnali fœderis sanctioni obnoxia fuerit reddita; quippe cujus ipse* personam *unus sustinuit, & quicquid accepit egitque, id accepit & egit,* & suo & totius posteritatis nomine; *ut novum non est, actiones Syndici totius Reipublicæ actiones vocari. Conferatur* B. Wölffius *de hoc argumento singulari Tractatu, Exercit. VI. §. 9. & 15.* & Pufendorf. Jure Feciali §. 26. p. 115. sq. ac Elem. Jurisprud. Univ. *L. I. defin. IV. §. 1. Ad reliqua monemus* primò *generatim, Subditos liberosve, qui ob peccata Rectorum parentumve affligi dicuntur, non esse ejusdem generis. Namque, aut* innocentes planè sunt, *& à transgressione culpaque Superiorum ita immunes, ut nulla prorsus ratione de ea participent; aut* implicati sunt per Consensum, imitationem, approbationem, *aut alio, qui in serie Moralium causarum adparet, modo. Prioribus neutiquam imputatur culpa Magistratus aut Parentum, sed Magistratus aut Parentes* propriè puniuntur in subditis aut liberis, *quorum Calamitas in illorum ordinatur supplicium: agnoscente id ipsum Davide II. Sam. XXIV. 17. & ita, licet subditi aut liberi non sint immunes ab omni peccato* Absolute, *absque respectu ad Magistratum aut Parentes, possintque utique* castigari *vel etiam* puniri *propriorum intuitu delictorum: non tamen puniuntur,* formaliter, *ob delicta Superiorum, quippe de quibus non participarunt. Posterioris ordinis qui sunt, merito plectuntur cum Magistratu & Parentibus, quippe* Correi, *& ad quos criminis paterni reatus ob communionem patrati criminis* Proprie *spectat. Confer Ezech. XVIII. 14. 15, 16, 17, 18. ac omnino è nostris*

& respõdetur ad primum.

ad reliquas (1) generaliter.

ſtris Wölfflinum, *qui hoc argumentum, confusè à quibusdam tractatum, ex interioribus principiis eruit, laudato Tractatu de* Lapſu Adami *Exerc. VI. §. 6* *speciatim verò quod locum de* Achane *attinet, ſunt, qui dicunt, liberos ipſius adductos, ut cum omni populo ſimul à Joſua erudirentur, monerenturque ſibi à talibus cavere; non ut interficerentur cum Patre: eoque ſequentia verba:* Lapidatunt eos: *intelligenda tantum de Achane & jumentis ejus. Joſ. VII, 24. Cæterum eo gravius fuiſſe ſupplicium, quod Achani in gementium liberorum conſpectu irrogatum. Quodſi verò omnino & hi pœnam ſuſtinuere capitalem, etſi magnæ ſunt pro ſententiâ priore rationes) dicendum utique erit, illos in participium paterni ſacrilegii veniſſe, vel* poſitivè, conſentiendo, *vel* negativè, reticendo, *neque, cum par erat, manifeſtando.* *Ad* tertium *dicimus, non probari, quod innocentes liberi puniantur, obſtante immota divinæ Juſtitiæ Regula Gen. XVIII. 25. Sap. XII, 15. Quodſi ergò* affliguntur; *tum vel* caſtigationem, *vel* pœnam, *ſuo quam delicto meruere, ſuſtinent. Sed & lex iſta de puniendis improborum liberis ultra* abnepotes, *id eſt,* tertiam quartamque *generationem non extenditur, quia ad eorum conſpectum pertingere poteſt humana ætas, & parentes puniri adhuc eo ſpectaculo poſſunt, quod gravius illis, quam quod ipſi ferunt. Adde, quod iſtæ generationes perverſis plerumque anteceſſorum exemplis fuerunt corruptæ, quæ ratio etiam eſt, cur DEUS* de ſe odio habentibus *hanc pœnam edixerit. Saulis poſteritas gens fuit ſanguinaria, adeoque rea ſanguinis Gibeonitarum II. Sam. XXI. 1. & Jeroboami quoque poſteritas, paternæ impietatis viam ingreſſa, non in* Unione *ſaltem* naturali, *ſed & moral* cum Patre ſtetit, *particeps facta falſi cultus, univerſum Iſraelem corrumpentis, in quod ſcelus, velut & in perjurium & ſacrilegia, iſto pacto animadvertere DEUM, Græcis obſervatum, qui iſta crimina ἄγη adpellarunt. add. Grot. II, 21, 24* & Plutarchus de ſera Numinis vindicta. *Denique non Davidis modo, ſed & propriorum peccatorum cauſſa punitum populum eſſe, quis dubitet? Quanquam* occaſionem *præbuit Regis facinus, iramicelerius emittendi. Neque reprehendi hoc quidem loco ab* Ulr. Obrechto *meruit* Oſiander, *qui cauſſas pœnarum populo irrogatarum facile obvias conquiſivit. Quis enim ignorat* cauſſæ moralis *fontes? & quem* politici vinculi, *heic intervenientis,* efficacia, *fugit? ubi facile infertur communicatio per intentionem* ſive directa m

(2) Speciatim ad ſecundam.

ad tertiam.

ctam, *sive, quod sufficere potest*, indirectam; *vel ut aliis loqui placet*, formalem, virtualem & interpretativam. Illa *rursus vel* negativa, vel positiva est. Ista *in eum cadit, qui effectum actu quidem voluntatis expresso non expetit, id tamen agit, ex quo effectum* IMPUTABILEM, semper, *aut* saltim plerumque *sequi non ignorat. Hæc ex culpabili ac facile superanda ignorantia ortum habet. Atqui* IMPUTABILITAS *recte de singulis hisce intentionis speciebus enunciatur, eoque à Populo non abfuisse facile intelligitur.*

(c) *Singularis est observatio Grotii:* Nescio, *inquientis, quis Christiano Imperatori Arcadio ansus est hoc dictare, debuisse paterno perire supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur, I. B. & P. II, 21, 13. sed quis iste fuerit*, Jacobus Godofredus *docuit, & pulcrè expositæ Eutropii Historia, observavit* Ulr. Obrechtus, *Observat. ad Grot. II, 21, 13. & ante eum sententiam ad eundem locum dixit prudentissimus Zieglerus. Quo ipso ad quartam objectionis partem responsum esse arbitramur. Signanter interim de facto Amaziæ Regis Judæ* Scriptor divinior: Sustulit, *inquit*, Ministros suos, percussitque, qui Patrem suum interfecerant. Filios verò Regicidarum non occidit. Quemadmodũ & Lex Moysis exigit, ubi sic præcepit Dominus atq; edixit: Ne moriantur Patentes liberorum causa, nec filii propter liberos: Sed quivis propter suum mmet peccatum moriatur. *II. Reg. XIV. 5, 6.* ad quartam.

(d) *Non ubivis obvia est distinctio libertatis κατὰ σήμαντν & κατ' ἐναντιότητα. Illa omnibus per naturam antecedenter ad omne factum humanum competit, quia naturâ omnes sumus æquales; non hæc, quæ dicit* Jus nunquam serviendi. *Usum docuit* Grotius II. 22. 11, add. 1. Cor. VII. 21.

II.

Si porrò pœna est malum Passionis ob malum actionis: manifestum est, *in dubio pœnas nondum infligi posse.* Quare & usitatas veteribus (a) Innocentiæ purgationes, ac judicia, ut vocabantur, DEI, Legesque (b) paribiles rectè abolitas asserimus: (c) *cum* quod injustum est, (d) malo adfligere, quem deliquisse ignoras: *tum* quod nihil faciendum dubitante conscientia esse, ex natura constat; *& audax insuper* temerariumque facinus est, innocentiæ aut noxæ testimonia, ante tempus, Deo velut extorquere, & effusæ Ipsum tentandi licentiæ cam-

An pœna aut malum irrogari possit delicto nondum probato? & quid de Judiciis DEI sentiendũ?

pum aperire: *denique* ſatius eſt *in dubio* vel nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare: quia corrigi non poteſt damnatio ſemel injuſtè facta; at abſolutio nocentem vel emendat, vel denuo peccanti pœnam reſervat.

(a) *Qualis fuit* (א) *per* aquam calidam ſeu fervidam *potius; cujus in Legibus Friſiorum frequens extat mentio. ut, Titulo Thiubda: III, 6. edit. Heroldianæ, quæ Baſileæ M D LVII. prodiit*: Si res grandis erat, in reliquiis juret ſervum, aut ad judicium DEI in aqua ferventi examinet. *Ac rurſus, §. 8.* Si quis in furto deprehenſus fuerit, & ab ipſo, qui eum deprehendit, furti arguatur, & *negaverit: juret uterque ſolus*, & ad examinationem ferventis aquæ judicio DEI probandus accedat: *Si ille qui fur eſſe dicitur, fuerit convictus, componat Weregildum ſuum ad partem Regis, & manum LX. ſolid. redimat, & in ſumpto furto compoſitionem exſolvat. adde Legis Friſionum Titulum XIV. §. 3. & alibi paſſim. Profert etiam Decus Anglorum* Jo. Seldenus in Jan. Anglor. *ex Hoveden. L. II. annal. exemplum Joannis Senis nobilis & divitis, cui ſub Henrico II. cum imputata eſſet Fratris Comitis de Ferrariis cædes, & aqueo ſe non expediret judicio, pœnas dederit patibuli. Eventus erat, ut ſi innocentes eſſent, manum non aduſtam vel illæſam extraherent. Vide Formulam in Conſecratione aquæ uſitatam, apud* Goldaſt. *Conſtit. Imp. To. III. & repetitam à* Jo. Chriſtoph. Beemanno, *diligenti tractatione de Judiciis DEI, c. III. §. 4. p. 23. ſeqq.* (ב) *Eodem pertinet purgatio per* Aquam frigidam, *eaque communior. Ubi reus aquæ immerſus, ſi fundum peteret, innocens pronunciatus: ſi emergeret, damnatus eſt. Quali injuſtiſſimo proceſſu in* Waldenſes *olim* & Albigenſes *animadverſum legimus, quorum aliqui ad tribunalia tracti, ſe à Waldenſium doctrina alienos eſſe profitebantur, ut capitis pœnam effugerent. Qui tamen denuo purgationi per aquam frigidam commiſſi, quod corpora ipſorum aliquando attollerentur, à Turba adclamante;* Hæretici ſunt, Waldenſes ſunt: *ne expectata quidem Judicis ſententia trucidati ſunt. add.* Molinæi Vatem, *III. 23.* (ג) *Nec minus eo referenda ſunt* Ignis judicia; *ubi ſi quid* ignes ac rogi, *vel* prunæ, aut ferra candentia, chirothecæ item candentes, *ac* vomeres igni i *præternaturale admitterent, & geſtantem incedentemve illæſum præſtarent, is, nulla amplius facta diſquiſitione, innocens pronunciaretur. Sacros ejus rei ritus ex* MSC. Anglicano *exhibuit* Boxhornius, *Hiſtor.*

Histor. Univ. ad A. MV. ex eoque recensuit Becmannus, c. IV. §. 1.
(7) *Singularis etiam fuit modus explorandi innocentiam, per* duella Judicii Divini, *Lege Burgundionum sancitus: quem in Historia veteris Regni PQ Burgundionum descripsit* Schutzfleischius, *Dissertatione XI. inter Opera Historico-Politica. Sed & Leges* Alemannicæ *tit. 44. §. 1. tit. 56. §. 1. tit. 84.* LL. Bajwar. *Tit. 2. cap. 2. tit. 9. cap. 4.* & LL. Longob. *lib. 1. tit. 9. §. 39.* & *lib. 2. tit. 35. §. 3. 4. in causis dubiis ad hæc scelesta præsidia, divinaque, ut perversè tum credebatur, Judicia confugerunt, observante, totumque argumentum pulcherrimis, ac nondum editis monumentis illustrante Celeberrimo Viro,* Jo. Philippo Datt, *volumine Rerum German. I, 1, 23. sqq. ubi etiam privilegia, contra Judicia Campionum impetrata recensuit, & crudelissimæ superstitioni larvam detraxit, vocato præcipuè in subsidium* Agobardo, *Lugdunensium Episcopo, qui inter alia: Vocant, inquit, vani homines ista judicium DEI.* Unde probari potest judicium esse DEI, quod DEUS nunquam præcepit?

(b) *adde denuo* Do. Datt. *l.* 1, 59.

(c) *conf.* Becman. *d. l. c. VI. §.* & Constitutionem Friderici I. *quæ est inter Neapolitanas, L. II. tit. XXXI.*

(d) Obstare *videtur* (1) *Lex divina, qua mulieres* adulterii *suspectæ, innocentiam* aquarum amararum haustu *probare tenebantur. Num. V. 12, 13. sqq.* (2) *quod pluribus exemplis, divino provisu, comprobatum fuerit, Purgationes ejusmodi culpam innocentiamve demonstrasse; ac* (1) Kunegundim Henrici II. Imp. Conjugem, *cum illicitæ consuetudinis cum nobili Aulico suspecta esset, ad* ignis judicium *confugisse, & cum per undecim ignitos vomeres illæsa ambulasset, in duodecimo substitisse, inviolatamque adeo pudicitiam comprobasse. Sed ad primum quidem non disputabimus, an* amaræ aquæ *ob qualitatem intrinsecam dictæ, an ex effectu, quem in rea muliere edidere, an ex adjuncto, seu quod cum amarore ac tristitia animi,* ceu Jo. Clericus *suspicatur, haustæ fuerint? add.* Wagenseil. *Sota, cap. III. §. c. pag. m. 441. Sufficit primò, quod id DEI judicium ad unius adulterii explorationem destinatum, ac singulari quidem edicto divino, fuerit. At nihil ejus in hisce, quæ vocabant, Judiciis divinis conspicimus. Namque* & *ad alia incerta adhiberi solita,* & *mandato DEI destituta fuerunt. Cæterum constans Hebræorum sententia est, divinam istam Legem, non cuilibet imaginariæ Zelotypiæ*

indulsisse, ut in gratiam suspicacis viri tam grave pudicitiæ conjugalis experimentum fieret; sed zelum magna ratione & specie veri nixum, quemque seria uxoris de suspicione commonefactio, atque ut à suspecta conversatione desisiat, debortatio, antecesserit, intelligendum esse. Sed quid hæc ad Judicia, quæ sequiores præposterè adpellarunt divina? Conf. Episcopius, *Inst. Theol. L. III. c. X. Sect. II. §. 12. Ad* alterum: *equidem Aventinus,* Annal. Boj. *L. IV. fol. 333. b. & alibi, mirificè ista judicia velut actus piæ in DEUM fiduciæ exaggerat; sed jam supra nos exemplum innocentissimorum Waldensium allegavimus. Singularis tamen est Grotii observatio, sæpe DEUM apud populos legum literarumque rudes permisisse, ut lætus eventus causam innocentis comprobaret, fonte quod eo rerum statu non tam malitia, quam simplicitate hæc ratio probandi recepta esset. De* tertio *videant Historici, quorum lites non decidimus. Id memini, insignem Virum totam de* explor:tione Innocen iæ Kunigundis narrationem, *multorum licet Scriptorum testimoniis nixam,* pro fabulosa *nuper declarasse, peculari de* KUNIGUNDI *edita dissertatione, quæ, ut omnia quæ à* Schurzfleischiano *ingenio prodeunt, legi prorsus meretur. Addi potest fasciculus Quæstionum Moralium, qui Helmstadii, dirigente* Jo. Andreæ Schmidio, *Theologo ac Polyhistore celeberrimo concinnatus, quadriennio abhinc prodiit, ad Partem Specialem* Theol. Moralis Bajetianæ *c. II. Sect. I. qu. 2. Poterat etiam* tortura *opponi. Sed illi severitati non favet Jus Naturæ. Conf.* Bœcler. *de Judiciis, quæ Dissertatio est appendix Dissertat. Academicarum p. 80. seq.*

III.

Quid sit Meritum? ubi & ostenditur, quotuplex sit vocis acceptio?

Quoniam porrò Pœna est Malum Passionis OB Malum Actionis: adparet, in ejus forma spectandum esse inprimis ID, OB QUOD. (a) Est autem id nihil aliud, quam MERITUM; ultra quod nemo est puniendus, (b) quemadmodum rerum etiam reliquarum est modus & quædam mediocritas. Ubi non diffitemur, *generalius* à nobis accipi *vocem meriti*, quatenus & mali meritum complectitur: qua notione eam & Grotius adhibuit; alias (c) enim, & κατ' ἐξοχὴν λόγον sensuque præstiore, meritum dicit *qualitatem moralem æstimativam*, in hominem *ex actione*

ne indebita (d) resultantem, secundum quam illi debetur bonum æquipollens, (e) ab eo, in cujus gratiam ista actio fuit suscepta. Quod opponitur partim *Debito*, (f) quod formaliter importat præstationem rei per legem præcipientem vel vetantem requisitæ, ac jure perfecto, nulla licet mercede aut præmio proposito, debitæ: partim *demerito*, quod instar qualitatis concipimus, ex actione mala in hominem resultantis, qua damnum alteri ista datum pensare tenetur. Itaque hoc loco Meritum, ut monuimus, est ID, OB *Quod* pœna infligitur: id nimirum, quod *ex conceptu* (g) actionis malæ *formali* profluit, & in ea intrinsecè, arctissimèque comprehenditur.

(a) *Ita nimirum τὸ OB, variis adeo exceptionibus obnoxium, ipse definitionis auctor exposuit, de J. B. & P. II, 20, 28.*

(b) *Docet hunc modum, hancque μεσότητα ratio, ex eaque omnis sapientum chorus, cujus suffragia diligenter, ut solet, collegit Joann.* Tesmatus *ad Grot. II. 20, 28. addendus Cicero Off. I, 25. Cavendum est, inquiens,* NE MAJOR POENA, QUAM CULPA SIT.

(c) *Non erit, spero, inutile doctrinam* de merito *attigisse, sed breviter ac in tyronum gratiam. Definitionem dedit* Pufendorf. *Element. Jurisprud. Univ. L. I, 20, 21.*

(d) *Propria igitur ejus conditio est, si loqui ita fas sit,* INDEBITAS. *Quod naturale est fundamentum destruendi distinctionem Meriti in* de congruo & de condigno. *add.* Dn. Jo. Jac. Müllerus, *Instit. Ethic. P. I. c. VII. §. 12. p. 289.*

(e) *Meriti expletionem quando expresse stipulamur,* Merces *propriè dicitur. Sed quando expletio ejus, quantum ad modum, tempus & quantitatem in arbitrio & æquitate alterius relinquitur,* Præmium *vocatur. Quod est vel* res corporalis, *vel* incorporalis, *vel* moralis, *vel* notionalis; *conf. denno* Pufendorf. *Element. Jurisprud. Univ. I, 20, 3.*

(f) *Illustris locus est Luc. XVII, 10.*

(g) *Sic semper malæ præsto sunt actioni conscientiæ inquietudo & accusatio, aliaque ejus accidentia: quæ tamen ex ejus formali, ut ajunt, „conceptu non emanant. Hoc* meritum *definiunt, quod sit realis „relatio actionis moralis ad rem à recta ratione prædeterminatam, „cujus ipsum agens morale capax existit vi justè servatæ inter ipsam* actio-

Quid Meritum hoc loco? seu ID OB QUOD?

„ *actionem, & rem præstitum æqualitatis, ad honesti consectationem, & vitii fugam Definitionem paulo obscuriorem explicant, quod homicidium v. c. à Cajo commissum sit actio moralis, & quidem in specie moraliter mala; cujus consequens sit* MERITUM *Pœnæ capitalis,* quam rectà utique ratio determinet, *modo ad justam inter hoc delictum & pœnam attendatur æqualitatem & vitam eripienti, vita rursus, auctoritate publica, eripiatur.* Subjectum *attributionis hujus meriti est moralis actio, in potestate agentis constituta;* Fundamentum *dicunt possibilem æqualitatem, imò ipsam actionem moralem ejusque terminum recta ratione determinatum;* Rationem fundandi *ipsam actualem ajunt æqualitatem inter actionem moralem ejusque terminum, ut inter homicidium & homicidæ occisionem;* terminum *denique ejus dicunt rem à recta ratione prædefinitam; uti terminus, ad quem moralis relatio homicidii,* ut meritum dicitur, *tendat, sit mors. Sed hæc nos quidem breviter, ne quid omittatur, quod ad diffusi argumenti vel cognoscendos terminos requiritur. Plenius ista ac satis quidem diligenter* Velthemius *ad Grot. II,* 20. §. 15. *seqq.* & *laudatus antea* Dn. Müller. *Instit. Ethic. I,* 7. 5. *sqq.*

IV.

Quid Culpa?

Commodè adeò de *Culpa* quoque * hoc agitur, ejusmodi actus mali sive qualitatem sive relationem dicente, vi cujus ille agenti morali, ut *auctori,* (a) actu etiam cessante dudumque præterito, moraliter imputari (b) potest.

* *Differt culpa* Moralis *à* Juridica, *quod illa semper cum animi vitia conjuncta sit, verumque dicat respectum ad delictum; hæc verò sæpe solam negligentiam, ne quidem ad damnum sarciendum obligantem, importet.* Pufendorf. *Elem. I,* 17, 7.

(a) *Hæc enim est præcipua ut actionis moralis in genere sic & malæ specialim affectio, quod homo pro ejus auctore possit haberi, ac ad reddendam de ea rationem adstringi; quodque in ipsum redundent effectus, qui ex istis proveniunt. add.* Pufendorf. *O. H. & C. I,* 1. 19. *Inde culpa* Scholasticis *definitur moralis imputabilitas delicti.*

(b) *Vox imputationis, ut* ex Flacio, *ejusque Clave in hac voce; ac* Wellero *ad Rom. IV,* 3. *didicimus,* hortensis *est, & propriè insitionem vel insitionem, qua surculi plantæ imputantur, significat. Translata*

lata deinceps ad forum Morale, pro actu Judicii, quo quid ad Auctorem suum pertinere intelligitur, ac Jure censetur.

V.

Sed & Culpam (quæ moraliter (a) considerata variè dividitur) *quoad modum concipiendi* excipit Reatus. (b) Ut enim ex actu moraliter malo proximè culpa, sic ex hac Reatus oritur; qui non tam *delinquentis sub peccato* quandam veluti constrictionem, quæ *reatus* alias *culpæ* (c) in scholis dicitur, quam peccatoris ad pœnam, (d) ob admissam culpam, OBLIGATIONEM & DIGNITATEM importat. Quid Reatus?

(a) *Ut est divisio* (1) *in* plenam & minus plenam. *Prior culpa est, quæ ex delicto plenè perfectèque: posterior, quæ ex eodem, sed semiplenè ac imperfectè voluntario consurgit.* (2) *in* directam & indirectam. *Illam vocant, quæ oritur ex delicto, cujus causa fuit directa hominis voluntas & consensus directus. Ut si quis ignem tectum supponeret, incendiumque illo excitaret. Hanc, quæ peccatum sequitur, cujus causa fuit indirecta hominis voluntas & indirectus consensus; ut si quis ignis, ceu par erat atque ex officio tenebatur, curam non ageret, eoque pro causa sequuti incendii haberetur.* (3) in levem & gravem, *pro natura scilicet, & gravitate vel levitate delicti* (4) in propriam & alienam. *Posteriorem in susceptione culpæ alienæ à* Christo *factæ norunt Theologi. Confer sæpe in hoc argumento commendatum longèque utilissimum Scriptorem* Dn. Müllerum, *Instit. Ethic. P. I. c. IX. §. 8. De culpa Juridicè acceptâ egit* Ludov. Molina *de J. & J. To. II. disp. 293. & nota in vulgus est ejus* in Latium, levem & levissimam divisio. *Ubi & levissima culpa ad reparationis necessitatem sufficere potest, si modo negotii natura exactissimam diligentiam non ultro velut adspernetur; & quæ alias à Juris quoque naturalis Doctoribus monentur. add. interim* Pufendorf, *de O. H. & C. I, 6, 9.*

(b) *Nomen* Ciceroni *incognitum & à* M. Messala *primum usurpatum esse memorat* Quintilianus, *VIII, 3.*

(c) *Cum quis Reus facti dicitur, ut in vernacula:* Er ist schuld daran.

(d) *Cum dignus quis dicitur, qui pœna ob peccatum & noxam adficiatur:* Er ist strafwürdig; Er ist strafsällig. *Rom. V. 16. Reatus*

ex

ex una offensa est ad condemnationem. Quo etiam adspectu peccata debita dicuntur. conf. omnino H. Witsius *ad Symbol. Apostol. Exercit. XXV. §. 5. p. 476. & adde denuo Müllerum l, 9, 11. quo sensu &* Vasquez *in 1. 2. Thom. tom. 1. disp. 132. c. 3. n. 16. & 17. Reatum dixit esse dignitatem sive obligationem ad pœnam ex peccato ortam Neque hæc doctrina illis opponitur, qui Reatum* peccati formale adpellant. *Vel enim peccatum* in se, *& quoad malitiam inordinationemque suam consideratur: vel* relatè *ac in ordine ad peccantem, quem deturpat, ac reum constituit. Priori modo ejus formale est* DISLEGALITAS; *Posteriori* reatus, *quo homo formaliter & in esse peccatoris constituitur, eoque sublato non amplius pro peccatore habetur. Modum ista concipiendi, cum fundamento tamen in Re, concernunt, ac multis nimium speculativa videri poterant; nolui tamen ea prætermittere, ut terminorum, passim equidem, sed sine justo pædias ordine, obviorum expositionem haberent nostri, ac subsidia simul, unde plenius hauriri argumentum possit, iisdem indicarentur.*

VI.

Quid *taxatio* pœnarum? & quod ejus fundamentum?

Quemadmodum igitur malam actionem, cum *Merito*, *Culpa*, ac *Reatu* spectatam consequitur pœna; sic pro meriti quoque ratione pœna *taxatur*, (a) ac delicto moraliter *exæquatur*. Cæterum insignis hæc est & in praxi admodum utilis doctrina de TAXATIONE, sive definitione Quantitatis pœnarum. Habet autem ea pro fundamento (b) *quantitatem delictorum*; quorum (c) gravitas æstimatur ex (d) *objecto*, in quod peccatum fuit, prout illud nobile & pretiosum habetur; item ex (e) *effectu*, prout multum aut parum damni in Rempubl. redundat; (f) *Subjecto* item peccante (g) ac *fine*, aliisque (h) *circumstantiis*, (i) *modo* item peccandi, ac (k) *proæresi* denique & *intentione*; puta si facile potuit resistere causis, quibus quis ad peccandum fuit impulsus; aut si præter communem rationem peculiaris quædam accessit, quæ à peccando debebat absterrere, & si quæ alia his consimilia in ipso facto veniunt expendenda.

(a) *Ma-*

(a) *Materiam hoc adgredimur de* TAXANDIS *pœnis: Sequitur eam doctrina de iis tollendis. Quæ duo* inverso ordine *tractavit Grotius II, 20, 27.*

(b) *& quidem* quantitatem *cum* absolutam *tum* relativam; *secus ac in bonitate deprehenditur. Hoc enim actio bona,* præcisè & absolutè *altera non est melior, sed* relatè, *ac inprimis ratione Objecti & quoad intensionem obligationis. Malavero etiam* formaliter *distantiam vel majorem vel minorem à lege habere concipitur, uti una curvitas magis à rectitudine discedit quam altera. Qualem distantiam vitiorum, in serie Aristotelica, à virtutibus, parallelismo typi, paucis, cen par erat, observato, non invenustè expressit* Jacobus Thomasius, *Tabula XIV. Philosophiæ Moralis; in cujus perlectione id commendari discentibus potest: vitium cum virtute in* eadem linea parallela *typis expressum haberi pro vitio virtuti propiori: illud verò vitium, quod non in eadem cum virtute linea exprimitur, sed ab ea longius distat, censeri remotius ac magis à virtute recedens. Ut quoniam audacia eadem in lineâ cum* fortitudine *exprimitur; timiditas verò longius à fortitudine distat; docère intendit Thomasius, audaciam minus, timiditatem longius à fortitudine recedere; ipsamque ideò fortitudinem excessui quam defectui propiorem esse. Sed hæc quidem ὡς ἐν παρόδῳ.*

Observatio ad *Jac. Thomasii* Tabulam XIV. nonnullis, qui eam libellis suis inseruere, neglecta.

(c) Moses Majmonides, *Hebræorum doctissimus in Doctore Perplexorum, in quatuor capita redegit. Primum ait magnitudinem peccati, ex detrimento æstimandam. Alterum ipsi est frequentia delicti; tertium causa ejus impulsiva; quartum denique peccati facilitas, ut cum in occulto & abscondito perpetrari potest, nemine animadvertente & sentiente. Non pœnitebit Lectorem accuratissimi Operis pensitasse* Part. *III. cap. XLI. p. 461. sqq. ex editione ac translatione* Jo. Buxtorfii. *add. Basilica Lib. LX. tit. LI.* περὶ πεινῶν *§. 16. pag. 831. Tomo VII. ex edit. Fabrotti p. 831.*

(d) Ex Objecto) *Quorum primum est DEUS; alterum societas universalis; tertium civilis; quartum singuli, eorumque vita, fundamentum omnium bonorum temporalium: membra item ac res familiam conservantes. Sunt & qui sic dividant sensu fere eodem; Eam fere maximam esse injustitiam, quæ communem ordinem perturbet, ac proinde plurimis noceat. Sequi eam, quæ singulos tangat. Maximam hoc esse, quæ vitam; proximam, quæ familiam, cujus fundamentum*

mentum sit matrimonium; postremo quæ res singulas expetibiles spectet, sive directè subtrahendo, sive dolo malo causam dando damni. Quem ordinem DEUS quoque in Decalogo sequutus est; conf. Grot. *II, 20, 30. cui hanc observationem debemus.*

(e) Ex Effectu) *Ideo primum locum obtinent delicta consummata, postremum quæ ad actus aliquos, sed non ad ultimum processerunt. Sed & consideratur, cum qualitas ejus quod directe fit, tum quod sequuturum probabile est, ut in incendio & perfosso aggere multorum summæ calamitates & mortes spectandæ sunt. Grot. II, 20, 3, n. 2. Ita miles in statione dormiens, morte haud raro adficitur, quia negligentia ejus civitatem in ultimum sæpe discrimen præcipitat. Vetulam suspendit Dux Auriacus, quod obsesso Romæ Pontifici lactucam contra edictum attulisset.* Letus in Vita Philippi II. P. *I. p. 65.*

(f) Subjecto) *Ut filia Sacerdotis in V. T. ob fornicationem vivicomburio punita. Conf. Dissertationem sextam de Jure Pœnarum §. 2. d) p. 62, 63. ut major est injuria à liberis & servis propriis quam alienis, II. Sam. XVI, 11. Multum interest, quis fecerit?* Clericus, *an Laicus?* officio *admotus* publico, *an* secus? eruditus *an* rudis? Præceptor *an* discipulus? perfecto *an* imperfecto *gaudens usu rationis?* Senex *an* puer? mas *an* fœmina? dives *an* pauper? *privilegio gaudens an minus? Malè an probè educatus? & quæ his sunt similia.*

(g) Fine] *Graviori dignus pœna Leno, quam stuprator simplex. Illius enim finis lucrum est, hujus non item. Et quæ mortis, carceris, magni doloris, aut summæ egestatis causa patrantur, levius puniri, imo sæpius excusari solent.*

(h) aliisque circumstantiis] *Ut* loci; *sitne is sacer an profanus? publicus an privatus? in via regia quis alterum invaserit, an domi suæ? an in loco privilegiato, aut ob inhabitantis personam venerabili; quorsum spectat* libertas asylorum. item: quibus auxiliis. *Ususne quis fuerit* Instrumentis naturalibus, *malleo, laqueo, securi, bove aratore & q. s. f. aut moralibus, de quibus* Grot. *II, 21, 1.* quando: *fueritne tempus solenne an minus solenne? diurnum an nocturnum, ut adparet ex Lege de fure nocturno, Exod. XXII, 2. diutinum an breve? & sic porrò.*

(i) modo] *ut vulgo gravius judicatur furtum cum effractione, & claustrorum per artificiosa instrumenta reseratione, quam si quis* apertis foribus *ædes ingressus sit. Uti & quæri solet; palam ne quis & à fronte,*

fronte, an clam & à tergo alterum adgressus sit? dicto an scripto? & quæ his sunt similia.

(k) proxrcsi) *v. c. An* plenè *illa, aut qualitercunque* voluntaria *actio? Secus est, si commissum sit facinus* בִּשְׁגָגָה בְּלִי דָעַת *per errorem aut ignorantiam, quæ* phrasis ethica *est, Jos. XX, 3. Inde est* intentionis *vel* intensio *vel* remissio. *Illa: Si personam delinquentis ratio quædam peculiaris debebat abstterrere, ut de subjecto jam ante diximus. Sic vita principum & in eminentia constitutorum virorum censura veluti publica est; nec melius declinatur contemptus Principi metuendus, quam si cogitet, non animis modo, sed & oculis Principum servire se debere.* Seneca de Clem. I, 8 *Principum dicta & facta æquè rumor excipit, add.* Hertius, *Elem. Prudent. Civit. II, 4, 50. Rursus* intendi *delictum solet, si primus quis aut sæpius deliquerit. Is enim pernicioso exemplo alios peccatum veluti docet; & contemtum legis repetita malitia satis ostendit,* Hæc *autem oritur ex turbato mentis habitu, & ubi animi eligentis judicium impeditur; quorsum sæpe facit corporis temperatura, ætas, sexus, consuetudo, educatio, & his affinia.* Grot. J. B. & P. II, 20, 35.

(l) *quo ipso explicuimus, insuperque in gratiam discentium supplevimus, quæ paucis docuit* Pufendorf. *de O. H. & C. II, 13, 16.*

SECT. IX.

SECTIO IX.

§. I.

Quid *exasperatio* pœnarum?

QUemadmodum in *taxatione* pœnarum eo respiciendum inprimis est, ut & SATISFACTIO Justitiæ, & salus tranquillitasque Reipubl. cum in universum, tum quoad fieri potest, in singulis obtineatur; ita hic ipse posterior finis *exasperare* (a) etiam pœnas jubet, & gliscentibus vitiis asperiorem medicinam adhibere, ne his incrementa capientibus societas ipsa pessundetur. (b) Quandoque etiam condonati jam, ob emendationem promissam, ostensamque pœnitentiam, (c) delicti repetitio, antegressorum peccatorum pœnam post se trahit; quod non incommodè Moralem (d) Peccatorum Reviviscentiam dixerimus. Cæterum minora (e) ac vulgaria delicta, ut alibi monere cœpimus, dissimulantur prudentius, quàm vindicantur.

Quid *Reviviscentiæ peccatorum?*

(a) *Nimirum tantas oportet esse pœnas, quantæ sufficiant ad reprimendam libidinem mortalium, qua feruntur in peccatum, in quod pœnæ constituuntur; ac præponderare debet acerbitas pœnarum lucro isti vel delectationi, quæ ex facto legibus vetito redundare potest.* add. Pufendorf. *de O. H. & C. II, 13, 17. & II, 11, 7. Et eodem quidem è fundamento Lex Ebræa gravius punit furtum de pascuo, quam de domo, Exod. XXII, 1, 7, 9. cumque furtum aliarum rerum* Duplione *tantum damnaretur* (ὁ χρυσίον ἢ ἄργυρον ὁφειλόμενος τὸ διπλᾶν ἀποτινύτω. Qui Aurum Argentumve abstulerit, Duplum solvat. Fl. Josephus, *Archæol. IV, 8.*) *major tamen fuit pœna abactionis pecudum, ob facilitatem ejus furti. Noctu enim, dormiente Pastore, aut interdiu etiam, alia quapiam re occupato, facillimum fuit abigere pecudem. Poterant etiam abactores ignoti esse, aut propter noctem latere, aut larvis tegi, ne agnoscerentur. Nisi ergo gravior fuisset pœna, sceleris facilitas multos ad id audendum adduxisset, qui gravitate multæ deterrebantur. Laudat in hanc Legem* Jo. Clericus *Rescriptum* Adriani *ad Consilium Baticæ:*

Beticæ: Abigei cum duriſſimè puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſimè non ubique; SED UBI FREQUENTIUS EST ID GENUS MALEFICII. add. Grot. II, 20, 35.

(c) *Quamobrem pœnæ ita conſtituendæ, ut exemplo ac terrore ſupplicii alios paria commiſſuros reprimant, Deut. XVII, 13. & XIX, 20. Quo flumen eſt rapidius, eo aggeres oportet eſſe firmiores, quibus obſtruatur vel contineatur; & morbis popularibus, quo magis totum corpus infeſtant, remedia eo par eſt adhiberi fortiora. add. Jo. Nicol.* Hertius, *in Pædia Jurispr. Univ. Sect. II, §. 13.*

Quid Pœnitentia Moralis?

(c) *Aguntetiam præſtantiores Moraliſtæ de* Pœnitentia Morali *quam definiunt per Actum Voluntatis, quo agens Morale, turpitudine facti ſui præteriti ſerio agnita, illud deteſtatur, cum firmo ab eo imposterum abſtinendi propoſito. Eo igitur referunt, facti (1) moralis agnitionem. (2) Ejusdem diſplicentiam ac deteſtationem; quippe quæ niſi adſit, delictum rationem habet voluntarii, ac nulla culpæ reatuque abolitio fit. (3) Firmum à peccatis abſtinendi propoſitum. Ita ſcilicet Moraliſtæ; nam de ſublimiore tractatione non diſputamus. add.* Müller. Inſtit. Ethic. I, 9, 31. Valentia Comment. Theolog. Tom. IV. in Thom. P. III. diſput. 7. qu. 1. punct. 1. Laymann. Theolog. Moral. Tom. II. lib. 5. tr. 6. c. 1. n. 1.

(d) *Quando cum repetitipeccati ultione, antegreſſa quoque delicta redire velut in conſpectum Judicis cenſentur, ac pœna ſimul eorum exigitur. Neque is reditus, reproductionem delicti phyſicam exigit, ut contra Reviviſcentiam Delictorum Moralem opponit* Georgius de Rhodes, *cum eoque* Suarezius & de Lugo: *Sed ſufficit delinquentem,* certo ordine *veniam conſequutum, jure in priſtino Statu & Reatu intelligi conſtitutum. Conf. ejus rei Specimen Matth. XVIII, 23, 35. quemadmodum & ea lege Salomo fratri delictum, condonavit, ſi nibil faciat in poſterum, quo ſe reddere poſſit ſuſpectum, 1. Reg. I, 52. II, 23.*

(e) *Recte ita Sopater; add. Grot. de J. B. & P. II, 20, 38.*

II.

An veniam dare liceat?

Circa *veniam* & an dare eam interdum liceat, priſca inter (a) Philoſophos & vexata quæſtio eſt. Nos exiſtimamus, in *foro* quidem *divino*, per ea quæ ſupra jam monita ſunt, atque

ubi &

quid venia?

quid dispensatio? quid mitigatio pœnæ?

quid ejus dilatio?

que ob intrinsecam & actualem peccati ad pœnam obligationem (b), non intercedente (c) SATISFACTIONE, delictorum veniam (d) obtineri non posse; in *humano* tamen *locum veniæ* (e) *nonnunquam* esse, immo eam *dari etiam DEBERE:* puta, si fines pœnarum omninò essent, (f) aut venia majorem, quam pœna, (g) utilitatem producere possit, vel (h) plexorum multitudine civitas exhauriretur. Ubi tamen prætermittendum non est, veniam secundum vulgarem loquendi usum dari, vel *sublata* (i) omninò pœna, quod *dispensationem*, vel saltim diminuta, quod *mitigationem* adpellant. Cum ea autem, quatenus priori sensu accipitur, ac moralem quasi delictorum *annihilationem* & vinculi pœnalis relaxationem connotat, misceri non debet *pœnarum*, ex prudentiâ rectrice, *dilatio:* (k) quippe quæ qualemcunque saltim earum suspensionem importat.

(a) *Videri potest* Seneca *de Clem. II. 7. Cæterum perinde nobis est, sive parcere dicas, sive ignoscere. Parcere sapientem, non ignoscere dixerunt Stoici; sed solenni viris alioqui non incelebribus vitio, quod controversiam intendit propter nominum mutationem. Quod ipsum ante nos observavit* Grotius *de J. B. & P. II. 20. 23.* & Petrus Gassendus, *Syntagmate Philosophico, Parte tertia, quæ est Ethica, II. 4. p. 780. Tomo II. Oper. Edit. Lugdun. qui tamen nec in Philosophia Epicuri, nec in syntagmate quidquam ultra hoc de argumento tetigit, ut credam memoria lapsum esse Virum insignem, quando id præclare à Gassendo tractatum fuisse commemoravit. Cæterum frigida est* Stoicorum *apud Stobæum exceptio;* qui propria malitia peccaverit, eum utique pœnam debere, adeoque veniam impetrare non posse. *Manifestè enim id petit, quod est in principio; ac pœnarum insuper civilium irrogatio, ut ex aliis circumstantiis, ita ex fine præcipuè civitatis, veluti perpetua jurium officiorumque civilium conjunctura, debet æstimari.*

(b) *Nam cum in omni peccato divinæ majestatis contemptus sit, nullum dari peccatum potest, quod pœnam non mereatur. Immo nullum omninò extat peccatum, quod non puniatur ACTU, sive in ipso peccante, sive in illius VADE. Unde nec reatus à peccato AUFERIBILIS est; tametsi à peccatore auferatur; translata actuali ad*

pœnam

pœnam obligatione in vadem pro ea solvturum. Conf. dissertat. nostra de Jure pœnarum I, §. 1. lit. d. & II, 1. lit. b. c. & VI, 2. lit. c. pag. 61. seq. & Dn. Buddeus, Elem. Philos. Pract. P. II. c. VII. §. 8.

(c) Sine ea homo dicitur ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, SUB peccato esse & ἔνοχος τῷ θεῷ, DEO obnoxius. Rom. III. 19.

(d) Hæc venia supponit vadem & præstitam Justitiæ vindicativæ satisfactionem, eoque Græcis dicitur πάρεσις sive delictorum quædam transmissio, quod Judex delictum sibi obvium ex intuitu dimittat, nec amplius indignetur. add. Rom. III, 25. & in Græco Esther. VII. 4.

(e) Ut scilicet effectus legis circa certam personam certumve factum tollatur, manente de cætero lege. Quod non de pedaneis judicibus, sed summo imperante capiendum.

(f) Nam quoad finem internum salva manet pœna tribunalis divini. De Externo præclare Seneca: In vindicandis, inquit, injuriis hæc tria lex sequnta est, quæ princeps quoque sequi debet; ut aut emm, quem punit, emendet: aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat: aut ut sublatis malis securiores cæteri vivant. de Clement. I, 21. add. Grot. II, 20, 13.

(g) Est, qui specioſe objiciat; Ita sequi, facienda mala esse, ut eveniant bona. Veniam enim delictis, Majestatem Imperantis ipsamque societatem lædentibus dandam, ut boni quid inde eliciatur. Sed respondemus, neutiquam hoc sequi. Diserte enim de venia loquimur, quæ ex sufficientibus cautis datur, quo casu, salvo cæteroquin Juris vinculo, mutatio contingit objecti, ut quod præcisè ac velut in abstracto respectum ad pœnam habere videbatur, tale in concreto & hisce cum πάρεσιν consideratum esse desinat, imo prorsus non sit. Contradictorium enim esset punire delinquentem, ut societas pereat. Itaque prudentum utique Rectorum est providere, ne, quæ servandæ societati data est justitia, ad civitatis faciat everſionem. add. Pufend. de J. N. & G. VIII. 3, 17. & Kulpis, Coll. Grot. Exerc. IX, §. 1 sub finem.

(h) Quoniam numerosa supplicia cladi sunt similiora, quam medicinæ, sicut docemur ex Tacito Annal. I. 49, 3. Tametsi itaque Justitia, qua talis, non magis concedat Jus aggrediendi in multos, quam in paucos: respectus tamen boni communis, vis mali contagiosa, plu-

raque

raque ejuscemodi alia veniam inculcant, & majoris partis absolutionem. Sic Mosen ajunt ex omni reorum, ob vituli cultum, numero tria millia, vix ducenteſimam totius exercitus partem, ſupplicio adfeciſſe: eoque exemplo & violatam di[illegible]um legum Majeſtatem reſarciſſe, & labefactatam anſu nefario Reipubl. diſciplinam firmaviſſe. Plane ut facere ſolent optimi laudatiſſimique Imperatores, qui legiones aut copias, quoties univerſæ crimine tenentur, decimant aut centeſimant, ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat. Exod. XXXII, 27. De quo alibi tamen amplior eſt diſquirendi locus. Conſulatur interim Jo. Dallæus de Pœnis & Satisfactionibus I, 5, 18. & cur omittenda ſæpe ſint adulta prævalidaque vitia? C. Forſtnerus ad Tacitum, L. III. fere ſub finem.

(i) Seu cum pœnæ tolluntur, ut Grotii phraſis eſt II, 20, 27. Probe autem diligenterque ſecernenda æquitas ſive ἐπιείκεια à diſpenſatione eſt. In hac enim ab obligatione legis peculiariter quis ſolvitur: in illa autem ſaltem oſtenditur, caſum peculiarem ſub lege univerſali NUNQUAM eſſe comprehenſum, eo quod alias abſurdi quid inde fuiſſet futurum. Conf. ſi placet, Pufendorf. de O. H. & C. I, 2, 9, 10. & I, 5. 18 & II, 17, 12. & Grot. II, 20, 27. qui in Fernando quoque Vaſquio (ut modernos quosdam prætereamus) carpit, quod juſtam cauſam diſpenſandi, id eſt, lege ſolvendi eſſe eam tantum dixerit, de qua legis auctor conſultus dixiſſet, extra mentem ſuam eſſe, eam obſervari. Nimirum non diſtinxit vir doctus inter ἐπιείκειαν, & inter relaxationem ſive diſpenſationem, quæ multum à ſe differunt. Imo, ſi accuratè loquamur, etiam æquitas ab interpretatione reſtrictiva ſecerni debet. Hæc enim eſt ipſum Juris naturalis dictamen, quod leges recte explicare præcipit, ne quis PRÆTER MERITUM incommodo adficiatur. Illa autem eſt ACTUS MENTIS, Legem ritè interpretantis & reſtringentis, qui æquitate dirigitur.

quid ἐπιείκεια?
quid æquitas?
quid relaxatio?
quid diſpenſatio?
quid interpretatio reſtrictiva?

(k) Sic David, (præſtat enim depromptis è ſanctiore hiſtoria exemplis rem illuſtrare) ob regni novitatem, bellique civilis reliquias homicidia importunitatemque Joabi toleravit, II. Sam. III, 28, 29. ſq. & 1. Reg. II, 5, 6. culpa enim vacat, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. Similiter Salomo Adoniæ condonavit crimen rerum novarum, quod punire in fratre, & quidem primogenito ſatis fuiſſet odioſum, 1. Reg. I, 52. Difficilior circa II. Sam. XIV, 10. inſpectio eſt; ubi

ubi Davides Fratricidæ, non consulta lege, vel Senatu veniam dedit. Sunt tamen, qui rectè fecisse autument: quod fratricidium secretis arbitris testibusque fuerit commissum: Lex autem neminem, nisi duobus convictum testibus, capitali velit supplicio affici, ac vita privari Dent. XVII, 6.

III.

Quæ causa veniæ & quotuplex?

Causæ autem pœna quem liberantes sunt vel *intrinsecæ* vel *extrinsecæ*. *Intrinseca* dicitur (a), quando pœna quidem secundum SE non futura est injusta, quippe antea ritè sancita ac denunciata; sed tamen dura est, ad *factum comparata*. *Extrinsecæ* causæ sunt merita (b) delinquentis aut ei conjunctorum; (c) Spes item de illo (d) magna in posterum: ignorantia quoque (e), etsi culpa omni non carens: vel infirmitas animi, superabilis quidem, sed difficulter: (f) justus animi dolor (g), ac his similia. (h)

(a) *Ita divisit describitque* Grotius *de J. B. & P. II, 20, 25; Ac dura nonnunquam pœna videtur, si ob res non usque adeo graves exasperetur, nullaque inter delictum in se & pœnam adpareat proportio. Referunt eo præclari Interpretes exemplum venationis sub pœna capitis prohibitæ; aut collectionis succini à mari ad litora ejecti suspendio punitæ, aut transilitionis mœniorum, quæ apud Romanos capite stetit: C.* Henniges *ad Grot. II, 20, 25. Non tamen injustam statim dixeris: cum subditorum sit in iis, quæ legi divinæ adversa non sunt, obsecundare & imperium in parvo contemtum, in omni parte violetur. Monuit tamen Pufendorfius, de J. N. & G. VIII, 3, 17. propriè loquendo extrinsecas tantum veniæ causas esse, quia si Lex nimis dura sit, ea potius tota corrigi debeat, quam ut uni datâ veniâ cæteris omnibus atrocior pœna infligatur. Quod si autem in hujus vel illius facto peculiares circumstantiæ occurrant, quæ ipsius atrocitatem, qualem & quantam Lex præsupponit, minuunt; ex ipsa æquitate judices pœnam non quidem penitus tollere, sed tamen teneri* MITIGARE. *Quo casu in ipso facto* velut intrinsece *hæreat caussa,* non quidem veniæ, *sed* pœnæ temperandæ. *Quod ipsum quoque in institutionibus J. N. & G. observavit* Vitriarius, *II, 20.* Monitum Pufendorfii.

Nostra Θπίκεισις.

qu. 23. pag. 382. edit. Lugdun. Quamquam verò Lex ejusmodi ratione delicti præcisè spectati dura, at intervenientibus aliis causis non injusta, corrigi non semper debet: non tamen dubitamus, causam veniæ interiorem in facto eatenus dici posse, quatenus *illud* nudè *ac seorsim intuenti prima ipsi interior quædam veniæ ratio adfulget. Neque prætermittendum hoc est, quod supra diximus, veniæ nomine haud raro pœnarum etiam venire diminutionem ac temperamentum.* Μετὰν τὴν ποινὴν *dixit* Ulpianus *in* Basilicis, *Lib. LX. tit. LI. §. 13. Tomo VII. ex edit. Fabroti p. 830.*

(b) *Sic* M. Antonius *liberavit* M. Aquilium *manifestum criminis repetundarum: dum causa prope perorata, eum in conspectu omnium constituit, tunicamque ejus à pectore abscidit, ut cicatrices Populus Rom. judicesque adspicerent, adverso corpore exceptas.* Cicero in Verrem; *add. Pufend. de J. N. & G. VIII. 3, 17. Huc pertinet* vitæ ante actæ *in pœnis consideratio, quoad delicta inprimis privata & communia; secus est de maximis & ad Reip. statum spectantibus, ut si proditionis reus fiat, bene cæteroqui de publico meritus. add.* Christoph. Besold. *Oper. Polit. L. II, cap. II. §. 20. Unde & inter septem modos quibus æstimari pœna possit, in* Basilicis *Lib. LX. titulo* περὶ ποινῶν, *secundo statim loco comparet,* ὁ πρόπος ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ πάσχοντος; *ex persona facientis & patientis. Confer eò Scholiastem græcum, quem ex Bibliotheca Regia edidit, recensuit ac Latinè transtulit* Carolus Annibal Fabrottus, *Tomo VII. lit. P. p. 854.*

(c) *Ut multi ob majorum suorum famam ac merita aut intercessiones veniam impetrarunt. Ac vulgatum est illud Ovid.*

Nobilitas sub amore jacet: miserere priorum:
Et, mihi si non vis parcere, parce meis.

Confer tamen denuo Besold. II, 2, 21. & historiam de Canuto *Rege, consanguineum regium solennius puniente.*

(d) *An, si quis post delictum Clericus aut Monachus fiat, puniri adhuc possit?* ridiculè quærunt *Monachi. Quasi magna spes sit vitæ melioris de eo, qui fit Monachus. Felix nimirum Gallia, quam, si recte calculum iniit, ultra 270000 personas Ecclesiasticas alere merè memorat* Guilielmus Petty, *Libro Anglico* Political Arithmetik, *cap. IV. ubi addit in Anglia vix degere 20000 personas Ecclesiasticas: Anglum econtra in Britannia imperare X. Gallum verò XIII. & dim.*

& dim. millionibus. sed quid tanto opus numero ejusmodi hominum, quorum nimiam in corradendis regni opibus licentiam gravi edicto coercuit Ludovicus XIV. Galliæ Rex. Quærunt itidem: An puniendus Judæus, qui post scelus fidei Christianæ se adscribi passus est? & adfirmant. Nos conversionem quæ animam servat, pœnæ temporali frustra opponi dicimus. Quanquam in arbitrio utique sit judicis, minorem cæteris pœnæ gradum irrogare, ut in praxi Argentinæ observatum refert Henniges; ad Grot. II, 20, 26. p 895. seq.

(e) Ut excusationem si non meretur, aliquando tamen consequitur ignorantia Juris sui; v. c. Si quis in civitate diu non fit versatus: Si Lex noviter sit promulgata, & sic porro. Veniam impetrat ignorantia particularis, v. c. personæ, ut Paulus duriora adversus Ananiam verba excusavit Act. XXIII, 3. 4, 5. ignorantia item (non malitiosæ privationis) sed pravæ dispositionis, ut Paulus de se: οὐκ ἤδειν, inquit, ὅτι ἀρχιερεύς ἐστιν, 1, Tim. I, 13.

(f) Quorsum pertinet affectuum vehementia; ubi humanæ naturæ congruens est, ut illos, qui specie mali excitantur atque ad declinandum malum molestum stimulant, plus favoris aut veniæ mortales inter comitetur, quam illos qui specie boni excitati ad gratum aliquod adquirendum impellunt.

(g) Ut, si Lex doloris mariti, adulterum deprehendentis ac occidentis indulget, pœnam humanam tollit, tametsi non vitium. add. Senec. Controv. I, 4. quem ad modum Reynestus quidam, occisor uxoris adulteræ & adulteri, regio Ludovici XIII. diplomate liberatus in Gallia traditur Grammondo, Histor. Gall. L. II. pag. 140. sq. Ratio pœnæ ut omnino sublatæ vel mitigatæ (uti dicto alicubi in casu non ultimo supplicio, sed exilio afficitur occisor) est justus dolor; & quia atrox injuria, ipsius læsi oculis conspecta primo suo pulsu & inopinato eo, vim irascibilem tantoperè permovere præsumitur, ut soli vindictæ intentus, de judice aliisque vix valeat admittere cogitationem. Sed non vacat ei argumento diutius hoc incumbere. Excultum id ante nos est à Benedicto Hopfero, præclaro olim inter nos Practicæ Philosophiæ Doctore inde culpa agentium ex ira. Addi etiam potest Valer. Maximus VI, 1. Andreas Tiraquellus de temper. pœn. caus. 1. n. 10. sqq. Scipio Claramontius, de conjectandis cujusque moribus & latitantibus animi affectibus L. X. c. IX. pag 348. edit.

edit. Conring. Baco Verulamius *ſerm. fidel. LV.* Charron, *de la ſageſſe L. III. c. XXXI. per totum & alii.*

(h) *Ut ſi non tollendæ omninò, temperandæ tamen pœnæ cauſam dat* exemplum imperantis. *Qui enim ſcelera ſeverius puniat, queis facem ipſe prætulit, atque ut fierent, auctor extitit? Pulcrè de Veſpaſiano* Tacitus: *ſed præcipuus, inquit, adſtricti moris auctor* Veſpaſianus *fuit: antiquo ipſe cultu victuque. Obſequium inde in Principem, & emulandi amor, validior, quam* Pœna ex Legibus, *& metus. Annal. III, 55, 4.*

IV.

An diſpenſatio locũ habeat circa pœnas Lege Univerſali poſitiva definitas?

Satis itaque patere ex dictis arbitror, poſſe utique ſummam poteſtatem diſpenſare, ac pœnam, delicto licet determinatam, poſcentibus ita cauſſis ſufficientibus, laxare, addenda tamen conditio: *niſi pœna naturâ* vel *ob legem ſuperioris*, qui DEUS eſt, ſit irrelaxabilis. Hoc enim caſu lex facultasque inferioris (humana) cedit ac ſubordinatur legi ſuperioris (a). Unde Præceptum, puniendi modum præſcribens Principi: *In homicidium, ET ALIA DELICTA, Lege divina expreſſa, pœna capitali animadverte.* De homicidio ſpeciatim, magno hactenus animorum conſenſu ſtatuerunt (b) non Theologi modo ac Jureconſulti, ſed & moralis diſciplinæ Doctores, circa capitale ejus ſupplicium diſpenſare (aliter de æquitate dicendum) Principi integrum non eſſe; quod lex (c) *inferioris (imperantis humani) debeat ſubordinari Legi ſuperioris (DEI:) hæc autem Lex* de homicidis capitaliter puniendis à DEO non Iſraelitis, ſed Noacho, univerſum genus humanum repræſentanti, lata fuerit; adeoque (d) velut *poſitiva univerſalis* omnes ſtringat. Cujus quidem cum ipſa naturali ratione congruentia in promtu eſt, quoniam vitæ in humanis æquivalens non datur, eoque naturali velut æſtimatione ad ſimplicem talionem facilè devenitur, ac morte proin luitur homicidium; id quod & fratricida Cainus, ex accuſantis conſcientiæ dictamine agnovit, licet

ubi ſpeciatim de Pœna Homicidii disquiritur.

licet Lex ista nondum esset promulgata. Quid? quod & humanæ societatis interfit, atrox adeò ac pernicioſiſſimum Reipublicæ facinus extremo ſupplicio puniri, cum vix homicidium pertimeſcat, quod nummis redimere ſe poſſe exiſtimat: & difficile dictu ſit, iis in locis, ubi huic (e) pœnæ locus non eſt, frequentiores ne ſint hominum cædes an nativitates? Sed & verba hujus Legis (f) præceptiva eſſe, ex reliquarum, quæ ibi proponuntur, Legum contextu non difficulter evincitur. Cur enim *cætera* ſolum *præcepta vim habeant* imperandi, hoc unum de homicidis capitaliter puniendis non item? Accedit ratio præcepti ab ipſo Legislatore addita, *quia in imagine fecit hominem DEUS*; quæ utique non *ad prædictionem*, ſed *ad præceptum* referri poteſt. Neque etiam *eventus* reſpondet *vaticinio*, quia ſæpius homicidæ vindictam in hâc vitâ effugiunt. Imò, ſi præceptum iſta verba non continent, aut is, qui ſanguinem homicidæ effundit, absque mandato effundit, aut cum præcepto. Si prius; igitur ipſe homicida eſt, & nefario infandoque ſcelere ſe polluit, eum interimendo, in quem nullum ſibi jus erat. Namque ex delicto aut *inferioritate*, ut ſuprà diximus, Morali, pari in parem Jus puniendi non naſcitur. Ergò adſumendum erit alterum. Id quod ipſum eſt, quod intendimus. Cæterum præcepti hujus veſtigia non apud Jobum (g) modo, extant; ſed & idem illud graviter inculcavit „ *DEI Cancellarius* Moſes: (h) Quicunque, inquiens, *hominem* „ *percuſſerit, ut moriatur, morte morietur*: ac ne ad omnem promiſcuè cædem extendatur, eos docuit, qui caſu & absque animi propoſito aliquem fortè interfeciſſent, excipiendos. Idem DEI miniſter omnem hujus delicti veniam iterato edicto pro„ hibuit, cujus hic ferè tenor eſt. Homicida, ut morte damnari „ queat, minimum duobus teſtibus convincitor: teſte uno ne„ mo reus eſto. Homicidæ, cædis de induſtriâ commiſſæ con„ victo, ſupplicium capitis nullo pretio redimere liceto. Ca-

 pitis

„pitis pœnam ne exſilio in vicina aſyla, ullo pretio, permu-
„tato (i).

(a) *Ob immotam interpretationis regulam, ad quam velut κοινὴν ἔννοιαν Apoſtolos quoque videmus provocaſſe, Act. IV, 19. Jam Princeps ejusmodi legum non utique Dominus, ſed ſolummodo Miniſter eſt.* Rom. XIII, 4.

(b) *E Theologis videatur* Scherzerus *Coll. Anti-Socin. Diſp. CXXXII. per tot. è Noſtris verò Jurisconſultis Celeberrimus Dn. D.* Harprechtus, *Reſponſ. Crim. & Civil. R. XXXV, n. 55. ibi: „ In illa „ namque prima & antiquiſſima Numinis lege, de vindicanda nece „ defuncti, nulla alia, quam hæc ſola expiationis forma occurrit, „ quod ejus, qui ſanguinem fuderit humanum, ſanguis pariter fun- „ dendus ſit. Gen. IV. 5, 6. repetita in Exodo XXI. 12. Lev. XXIV, 17. Addi poteſt è Philoſophis, optimè de his ſtudiis meritus Profeſ- ſor Wittebergenſis* Chriſtianus Röhrenſee, *Diſp. de Juris aggratiandi limitibus Anno jam MDCLXXIII habita.*

(c) *Geneſ. IX, 6. quem locum ſignanter* Παραφράζει *Onkelos: Qui effuderit ſanguinem hominis; per teſtes, juxta ſententiam judicum, ſanguis ejus effundetur.* דישוד דמא דאנשא בסהדין על מימר דיניא דמיה יתשד *add.* Selden. *de J. N. & G. ſecundum diſcipl. Hebræorum, IV. 1, p. m. 475. ſeq.* &

(d) *Dolendum, nobile de* lege poſitiva univerſali *argumentum, nondum, ceu par erat, excultum. Animum induxerat, Jus id voluntarium, ſed univerſale ac omnes ligans, profeſſa opera oſtendere ac explicare* Kulpiſius *Coll. Grot. ad L. II. c. V. Exerc. IV §. 6. lit. r), ſed ab Academia in Aulam accitus, & præpropero fato extinctus, fidem datam exſolvere non potuit. Quod jure utique, juxta cum aliis dolet* Dn. Ludovici *Hiſtoria Juris Naturalis & poſitivi univerſalis § 110. Cæterum agnovere hanc legem poſt* Grotium, *in doctrina de gradibus quibusdam prohibitis. J. B. & P. II. 20, 42. & II, 5, 13. Theologi & Philoſophi ſummi: quidam tamen adhibito Juris Naturalis laxius dicti ſpecioſo nomine rem intricarunt. Agnovit etiam, & graviſſimum caſum eodem è fundamento reſolvit Venerand. D. D.* Spenerus, *Reſponſ. P. II. c. IV. ſect. VIII. p. 534. ſqq. Sed & ejus capita legis recenſuit Dn.* Rechenbergius, *Lin. Philoſ. Civ. P. I. c. VII. §. 11. Ratio ejus eſt, quod nulla ejusmodi legum inte-*

interior cum natura humana connexio ostendi possit: ob earum tamen violationem punitæ sint integræ gentes; E. datas illis à DEO esse oportere, non ut naturales, ut ostensum, sed, ut positivas, non peculiariter, ut facile erat evincere; igitur humano generi, sive in prima institutione, sive in reparatione post diluvium. Cæterum, si quibus fortasse rei, quam hic tetigi, usus nondum est perspectus, hos quidem suo abundare sensu libenter permittimus. De iis vero quæ sibi ipsi nuper opposuit Vir Doctissimus, sententiam haud invitis alia occasione dicemus.

(e) *Conf.* Bodin. *de Rep. VI. 6.*

(f) *add. B. Oſiander ad Grot. 1, 2, 5.*

(g) *Jiob. XXXI. 29. col. XXIV. 14. qui liber antiquissimus sane est, &, ut plurimi volunt, ab ipso Moyse prinsquam populum ex Ægypto educeret, conscriptus. Quæ ratio est, cur Noachidarum præcepta auctori suo vindicet Cl.* Buddeus, *edita nuper introd. ad Historiam Philos. Hebræorum, §. 6. lit. r. p. 13. add.* Selden. *de J. N. & G. VII. 11. ab initio.*

(h) *Exod. XXI. 12. Num. XXXV. 30, 31, 32. Nec obstat leges hasce Israelitis latas esse. Namque & in his, quas populo DEI Moses præscripsit, Legibus, quædam sunt, quæ perpetuo obligant.*

(i) *Num. XXXV, 31, 33. Nec obstant sequentia. Ut: hæc præcepta Christianos non stringere. Christi Ecclesiam esse regnum Gratiæ. Ergò supplicia capitalia, divinitus olim sancita, cessare inter Christianos posse. In Ecclesia (2) primitiva de homicidio pœnas capitales non fuisse sumtas. (3) Præceptam nobis dilectionem esse. (4) Facinorosos, si plectantur, de salute periclitari. (5) Deum dispensasse circa homicidium Caini. Nam ad* primum *responderi potest; Pridem huic dubio, quum Sociniani id opponerent, factum satis à nostris esse. Vulgatum est, politiam ab Evangelio non aboleri. Neque opponi potest gratia Christi, gladio Magistratus, qui & ipsa divina ordinatio est. Ad* alterum *observari velim: primis tribus seculis pœnas capitales non fuisse sumtas ob imperantium Christianorum defectum; Cur enim lapsos Gentibus prodidissent Christiani? De Constantino M. vide, si placet Dissertationem primam de Jur. Pœn. §. V. lit. e.)* Tertium *non concludit: Nam à dilectione inimicorum privatorum ad veniam latroni aut homicidæ dandam N. V. C. & amor inordinatus est, qui pœnam ab ipso DEO sancitam remittit. Quarto*

dubio

dubio satisfecit Grotius, I. B. & P. II, 20. 12, 1. qui videndus omninò. Ad quintum ajo, Nimiram hæc legis universalis natura est, ut in ea DEUS dispensare possit. Hæc ratio, cur quædam objecta à Lege naturæ ad hanc reducamus. Sunt etiam, qui Lamechum Carnifi is munus obiisse dicant; quod tamen incertum. Gen. IV. 23. sed & credibile est, Cainum timuisse Patrem, ac urbem sibi ædificasse ob pœnæ metum. Denum singularis est observatio Doctissimi Davazii, qui verba Genes. IV. 15. sic transfert: Ita edidit DEUS in Caino miraculum (sive signum gratiæ extraordinariæ) quod non interficeret eum omne inveniens ipsum. Conf. Jus Talionis, à Præside examinatum, §. VII. pag. 27. & quæ super hoc argumento nuper prodiere scripta amœbæa: De Jure Gratiæ Principis Christiani in Reos noxæ capitalis: & de Jure Principis Christiani aggratiandi circa homicidium negato: ut & Justiniani Clementis Leucopolitani, Gewissenhaffte Anmerckungen von dem Ampt einer Christlichen Obrigkeit ꝛc. §. 13. ibi: Dieses ist eben in quæstione: Ob nicht in foro Christiano eine wahre Bekehrung zu Christo die tödliche Pœnam civilem allerdings auffhebe? quod utique ἐν ἀρχῇ est. Sed quis veræ seriæque pœnitentiæ signa certo semper ac indubitatò colliget? Idem argumentum apud Anglos hodie disceptatur; extatque Thomæ Barlow, Episcopi Lincolniensis Liber, quem several Miscellaneous and Weighty Cases of Conscience inscripsit. Urget vir ingeniosus, legem Noachicam de homicida interficiendo ideo Universalem non esse, quia Principem non obliget, quippe qui, tametsi quem occidat, capite plecti non possit. Sed nihil evincitur. Nam ipsum quidem Præceptum, Non occides, Principem Regemque stringit, & coram superiore, quem solum DEUM habet, reum sistit. Quamquam executio pœnæ in foro humano fieri haud possit; salva interim manente vindicta tribunalis divini. Sed ista quidem tetigisse sufficerit.

V.

An in parabolis pars minior inquirat? & quid calculus Minervæ?

Cæterum est is peculiaris veniæ dandæ modus, quod *ubi pares* (a) *sunt sententiæ*, Reus absolutus intelligitur. Jus hoc, *Minervæ calculum* Græci adpellarunt ex fabula de Oreste; quæ res apud Æschylum, in Furiis, & Euripidem, Oreste & Electra Tra-

Tragædiis, tractatur. Casus hic erat: Clytæmnestra Agamemnonis uxor maritum, ope adulteri Ægisthi usa interemerat; idemque fatum Orestem puerum mansisset, ni Electra soror clam servatum educari curasset.. Is ergo adultus patris necem, occisa matre, ultus, (quod certa ipsi apud Argivos damnatio proposita esset) Athenas profugit, ac Minervæ supplex factus caussam dixit. Ubi cum condemnantes una sententia vincerent: adfuit ὑπὸ μηχανῆς Minerva, suumque absolventibus calculum adposuit. Quo ipso paribus sententiis VICIT VALUITQUE mitior, & Orestes evasit. Minerva, dinumeratis mox calculis, salutarem sententiam hunc in modum enunciante: (b)

Ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφυγεν αἵματος δίκην
ἴσον γὰρ ἔστι τ' ἀριθμημα τῶν πάλων.

Evasit hic vir ultionem sanguinis:
Nam calculorum numerus æquus exiit.

Quod omne ita prædixere Oresti anxio, Gemini, in *Electra Euripidis.*

Ἴσῳ δὲ σ' ἐκσώσουσι μὴ θανεῖν δίκῃ
ψῆφοι πεσοῦσαι

Servaberis, ne judicatus occidas
Per calculos pares.

Καὶ τοῖσι λοιποῖς, ὅστε νόμος πεῖσται,
Νικᾶν ἴσους ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

ET COETERIS LEX ISTA PROMULGABITUR,
UT SEMPER PARIBUS CALCULIS VINCAT REUS.

Ratio est, quod in dubiis benigniora tutioraque sint præferenda; tutius autem sit vel nocentem absolvere, quam innocentem condemnare (d); & ipsa naturalis æquitas jubeat *favorabilem partem* præponderare; imò in Dialecticis quoque collectionibus illatio eam partem sequatur, quæ minus onerat; adeoque multo magis, efficaci æquitatis momento, in comparatione sententiarum, absolutio præponderet (e) damnationi. Unde toties apud Veteres, Quintilianum (f) inprimis, PU-

PUBLICÆ HUMANITATIS nomen & propoſitum huic legi accommodatur. Nec denique Reip. nocere poteſt, quod magna ratione adminiſtratur. Summa autem (g) ratio eſt, parcere ei, de quo in utramque partem dubitatur & partem adeo, ut dixi, eligere tutiorem.

(a) *Tetigit egregium hunc locum* Grotius, *I. B. & P. II, 5, 18. ſed non-nihil intricate; ab initio inprimis. Quanquam cum ait:* Io paribus ſententiis non ſatis momenti ad mutationem eſſe: *ſolum numerum reſpicit, non autem qualitatem ſententiarum, quam numero natura ſuccenturiat. Plenior elegantiorque eſt tractatio* Bœcleri, *integra diſſertatione de Calculo Minervæ.*

(b) *Euripides Electra v. 1265. 1268.*

(c) *Qua regula nihil in praxi frequentius. add. Jo. Teſmarus ad Grot. II, 5, 18.*

(d) *add. Diſſertatio noſtra VIII. de pœnis, §. 2. ſub finem. p. m. 81.*

(e) *Sententiam ſic è Patribus extulit Nazianzenus:* ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις νικάτω τὸ φιλάνθρωπον. *Nec abit interpretandi illa regula: Ad aliquem excuſandum ac defendendum ſufficere rationes probabiles: ad accuſandum autem & damnandum opus eſſe APODICTICIS. Conferatur in Medicina mentis.* Joach. Langius, *P. III. c. III. §. 16.*

(f) *Qui declam. CCLIV. Lex, ait, eos abſolvi jubet, qui pares ſententias tulerint: imputabitis iſtud publicæ miſericordiæ. Imputabitis humanitati.*

(g) *Addatur denuo,* Bœclerus, *de Calculo Minervæ; Diſſertat. Acad. p. 315.* edit. prior.

VI.

An ſalvo pœnarum jure admitti poſſint ASYLA?

Sed & juſta eſt * *Aſylorum* (a) (non præcisè (b) templorum: an & (c) ædium, quas Legati incolunt?) ſanctimonia; verum immerito laborantibus (d) odio; non qui humanam ſocietatem violarunt. Unde, ſi cui (e) telum apud Hebræos manu fugiſſet, quo interfectus homo eſſet, ei aſyla patuere: at qui deliberato hominem occidiſſent, quive civitatis (f) turbaſſent ſtatum: his ne ipſum ſanctiſſimum DEI altare patrocinabatur.

* *Vocem*

* *Vocem ipsam, & lamdacismum, pro* Asyrum, *eximiè, ut multa alia exposuit* Jo. Ludov. Vives, *ad Augustin. de Civ tate Dei, I, 34. qu & ipse videndus*

(a) *Sunt asyla loca, publica auctoritate ad innocentiæ auxilium & præsidium constituta, ut interim causse justitia cognoscatur. Eorum exempla apud omnes ferè populos extitére; Scriptorum verò justam seriem pertexuit* Ill. Kulpisius Coll. Grotiano, *ad II, 21. §. 1. lit. d. qui omninò ob historiam hujus argumenti literariam conferendus; sed & è nostris laudari hoc merentur B. Jo. Adami Osiandri, Cancellarii quondam Tubingensis de Asylis Hebræorum, Gentilium, Christianorum Dissertationes.*

(b) *Quidquid* Gonzalez *contradicat. Is quidem dicam scribit* Covarruviæ; *variar. Lect. II, 20. fatenti Asyla neque divino neque humano jure præcipi; Sarpo item aliisque indignatur, quasi minus Catholice cum Covarruvià sensissent; Rationem tamen nullam adfert, neque quidquam ad præcipua illorum, ex antiquitate statuque civitatum depromta, argumenta respondet, quam Ecclesiam* non tam „ pecca ta fovere, *quam delinquentibus veniam concedere; Et quam-* „ *vis Reipubl. interfit, ne delicta maneant impunita: Reipublicæ ta-* „ *men quoque interesse, quod Ecclesiæ sint refugium confugientibus* „ *ad ipsas. Hac enim Majestate & cultu Ecclesiis concesso divi-* „ *nam inter homines dignitatem quam optimè conservari. Sed quid Reipublicæ quæso interest, delinquentes non puniri? Aut quæ Divina Dignitas pretenso Templorum Cellarumque jure conservabitur? Non certè omnipotentis ejusdemque justissimi Numinis, quod sontem impunitum dimitti vetuit, eumque ab altari jussit avelli, qui studio proximum occidisset. Igitur eam divinam dignitatem adpellat, quæ in cœnobiis, in Ecclesiasticis domibus & sacris in universum locis habitet. Hanc ne vero cum Insigni Reipublicæ damno conservari necesse est? Aut, an ea tuendæ divinæ dignitatis genuina ratio erit, si voluntariæ cædis auctores, si cujusvis flagitio obnoxios, si omnibus coopertos sceleribus, tueantur sacra ista loca, & ab omni noxa præ-* „ *sient immunes? Nimirum, clementiores isti longèque indulgen-* „ *tiores ipso DEO esse cupiunt, dum Jus ἀσυλίας etiam sceleratis* „ *percussoribus concedunt. Sed revera dum clementiæ laudem ex* „ *ista impunitatis concessione affectant, optimos quosque atque in-* „ *nocentissimos homines sceleratorum libidini exponunt. Nulla enim*

peccandi major, illecebra est, quam impunitatis, & tam quidem parabilis, spes. Atque ita quidem Romulus, ut augeret Imperium, ab omni noxa libertatem concessit, & quandam quasi PONIROPOLIM exædificavit; add. Augustinum de Civitate Dei, 1. 34. & confer. etiam si placet, Episcopium, Instit. Theolog. L. III. c. IX, præcepto XI. Multa equidem regerunt; atque hoc inprimis, quod si Templum V. T. ea gavisum sit immunitate, ac Jure quidem divino: non adparere, cur nostræ œconomiæ Templa eadem destituantur. Sed & ab optimo Servatore Zachariæ necem eo præcipuè argumento exaggerari ajunt, quod occisus inter Templum & Altare fuerit. Igitur immunitatem loci ab ipsomet Magistro nostro agnitam, nobisque sufficienter esse inculcatam, Matth. XXIII, 35. Denique deberi hanc dignitatem Templis, ob singularem, quam DEUS exhibere Templis soleat præsentiam & favorem. Sed, nulla in primo est vis connexionis. Largiamur eam Templi Salomonæi dignitatem fuisse; nihil tamen pro eodem Templorum præsentium Jure inde evincitur. Fuit illud umbraticum & Christo præluxit, ejusque sponsæ: non materiatis ædibus, vel in parte vel alias extruendis. Deinde nondum id Jus Hierosolymitano Templo evictum est. Saltim de divino Jure adhuc quæritur, quod à subtilitis Pharisæorum traditionibus & emendicatis Pontificum, Principumve privilegiis adcuratè debet secerni. In altero, quod objiciunt, id quod in quæstione est, assumitur. Nondum demonstrarunt, Christum id facinus ex capite Immunitatis exaggerare. Ac si omninò & hoc daremus, nullum tamen inde pro immunitate argumentum exsurgeret. Nam si quis in Templo, Protestantium conventibus dicato, homicidium committeret, ejus equidem sceleris quantitas hac ipsa περίστασις vehementer augeretur, quod in æde Christianorum cœtibus illustri, ac spiritualibus unicè exercitiis consecrata admissum fuerit: Templi tamen immunitatem nemo inde inferret. Ad extremum respondit, qui professa opera hoc argumentum discussit B. Osiander; Infirmum scilicet id esse, quia non in lapideis, ut Antagonistæ velint, Ecclesiis, sed in piorum potius mentibus habitet DEUS; neque loca sacra ita dicantur, quasi Numen beneficiorum suorum dispensatione illis sit affixum. Vide, si placet, eundem de Asylis Christianorum §. XXV. pag. m. 235. sqq.

Argumenta pro immunitate templorũ solvuntur.

(c) An saltim Legatis Jus Asyli & Franchitiarum competat? acriter dis-

disquiritur. Grotius ex mera concessione dependere putat, de J. B. & P. II, 18, 8. Certè Pontifex Innocentius XI. *Galliarum Regis Legato Marchioni* Lavardino *negavit: ea præcipuè nixus ratione, quod, delicta impunè ferri, Juri naturæ repugnet, ideoque Jus illud nec in Parisiensi, nec in aliis quam plurimis aulis observetur. Quam Pontificis sententiam exquisitis undique argumentis confirmavit* Cœlestinus Sfondrati, *Abbas SanGallensis & Cardinalis, Libro de Legatione Lavardini, ejusque cum Innocentio XI. dissidio. Ac idem quoque Pontifex Anglicum Legatum Jacobi II. postea ex-Regis, qualis centum retro annis Romam non pervenerat*, nisi renunciato asylo, *admittere noluit.*

(d) *Non enim convenit scelerum facinorosorumque extare receptacula. Quo etiam nomine Virorum cordatorum jam olim de Asylorum Jurisque supplicum extensione extant querelæ. Confer Tacitum Annal. III, 6—14. IV. 14. XXXVI. 3. &, si placet Forstnerum, ad eundem, verba præcipuè:* Neque quenquam in Capitolium, aliave urbis Templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. *Sed quantopere eam immunitatem extensam velint quidam ex Romanensibus Moralistæ jam ab aliis observatum. Si* Castro Palao *definienti cedendum, non exclusis ab ea erit vel diurnus depopulator, vel viarum grassator, si extra publicas frequentatasque vias spoliaverit, vulneraverit, immò homicidium commiserit; Neque eum excludendum censet* Azemodus Tuscus, *juxtaque eum* Azorius, *qui homicida vel mutilator in Ecclesia deliquit, nisi sub spe immunitatis hoc fecerit. Nec immunitate caret, qui mandat aliquem in Ecclesia interimere. Legat, cui volupe est, infinitas prope ejusmodi exceptiones tradentem* Ferdinandum de Castro Palao, *Operis Moralis, Parte secunda, Tractatu de Reverentia locis sacris debita, Puncto decimo, Ibi; (nam pauca candidè ex summa excerpemus) Raptores Virginum, & adulteri privantur ex plurium sententia immunitate. Sed* „ *non probatur. Sodomita non est, spectato Juris rigore, immunita-* „ *te privatus. Perjurus & falsus Testis immunitate gaudet. In-* „ *cendiarius immunitate gaudet, tametsi plures DD. contrasentiant.* „ *Fabricator falsæ monetæ immunitate gaudet. Rursus Puncto XI.* „ *§. 15. Judici extrahenti delinquentem è loco sacro resisti potest,* „ *tum à delinquente, tum ab Ecclesia; quia utrique facit injuriam,* „ *& vim vi repellere licet. Ex parte quidem delinquentis resisti*

Excerpta de Jure immunitatis è Castro Palao & Antonino Diana.

Edit. Lugdunens. de Anno 1635. p. 156. seq.

„ poteſt armis, & qualibet alia vi; aut quia cuilibet in defenſionem
„ proprii Juris licitum eſt arma ſumere; & illa non eſt aggreſſio ſed
„ defenſio. Extat etiam inter opera Antonini Dianæ, Tomo Nono,
Edit. Lugdun. de A. 1680. p. 21. a. Tractatus ejusdem farinæ de immunitate Eccleſiarum. Tædioſum foret, portenta ſententiarum omnia proponere. Conferat, cui vacat,
„ Reſolutionem XXVII. ubi definit: Immunitate non privari filium,
b. „ ſi occiderit Patrem inſidiose & incautè: ſecus, ſi inter Patrem &
„ filium nulla interceſſiſſet inimicitia. Ac rurſus: Ego, ait, olim con-
p. 22. a. „ ſului quendam, qui Actum Sodomiticum commiſerat in Eccleſia,
„ non fuiſſe ejus immunitate privandum. Gaudet ea Sacrilegus:
p. 25. b. „ gaudet adulter; gaudet blaſphemator non hæreticalis: Simonia-
Reſol. XXI. „ cus: Incendiarius; Raptor Virginum. Sed offendens Perſonam Car-
Reſol. XLVI. dinalis non gaudet; neque is qui crimen læſæ Majeſtatis in Cardina-
p. 32. b. lem commiſſum non revelat. Gaudet vero Reus læſæ Majeſtatis hu-
Reſol. L. §. 2. p. 346. manæ. Specimina similium hæc ſunt infinitarum prope deciſionum. Quæ quid aliud oſtendunt, quam Eccleſias in ſtabula improbitatis, ac ſentinam ſcelerum penè omnium mutari. Quare nec operoſa confutatione indigent, & monere in univerſum poſſunt, quid de reliqua Doctorum iſtorum Theologia morali habendum ſit, quæ in ipſo quoque Papatu illis ſordet, qui ſenſum honeſtatis, humanæque ſocietatis curam omnem nondum depoſuere.

(e) Deuteron. XIX, 5. Juſtum ergo eſt innocentiæ præſidium, ac recte propinquorum iræ homo ſubtrahitur infelix. Etſi negari non poteſt, habuiſſe etiam aſyla moleſti quid, & inſtar carceris non redimendi. Num. XXXV, 32, 33. add. denuo B. Oſiander ad Grot. II, 21, 5. ac de Civitatibus Refugii in univerſum. Guilielm. Zepperus Explanat. Legum Moſaica. IV. 14.

(f) Unde & nocentem ab altari ſuo avelli voluit Deus, ut moriatur, Exod. XXI, 14. ac Joabus fruſtra altaris cornua adprehendit, 1. Reg. II, 28, 29. De vicino in Suevia Aſylo videri poteſt Beſoldus, qui & privilegii Reutlingenſibus dati confirmationem à Maximiliano I. factam recenſuit; in Delibatis Juris, voce: Aſyla. ac de reliquorum in Germania Aſylorum Iure pag. m. 605. Jo. Gerhardus, Theologus Inſignis, Centur. Quæſt. Politic. Dec. VIII. qu. IV.

VII.

Quotuplex pœna? Supereſt, ut de Pœnarum diviſionibus, pro inſtituti ratione,

tione, nonnulla subjungamus & ad finem denique contendamus. Palmaria in iis distinctio est à Causa Efficiente, in Divinam & Humanam. Utraque in eo convenit, quod OB Malum Culpæ imponitur; differunt tamen modo non uno. Illius enim auctori jus longè eminentius est, quam hujus: Ille animam & corpus perdere potest in gehenna, hic corpus tantum occidere (a). Ille per essentiam justus & eminentiori in homines Jure pollens, delinquentem absque SATISFACTIONE aut POENA dimittere nequit; hic ob delinquentis haud raro conditionem, aut statum Reipublicæ veniam dare potest, imò tenetur. Sed & divinæ pœnæ præcipuum *finem* habent *internum*, Justitiæ ultricis demonstrationem; neque ex quavis, quam Summus Rector infligit, pœna utilitas in punitos (b) redundat. Differunt etiam *objectis*, nam ad interiores actus qua tales, pœna humana non extenditur (c).

(a) *Matth. X, 28.*
(b) *conf. Dissert. I. §. 4. exemplum in pœna æterna manifestum est.*
(c) *Dissert. nostram de Pœnis, I, 2, c.*

VIII.

Quomodo dividantur pœnæ divinæ? quid pœna æterna?

Doctrinæ caussa pœnæ divinæ distingui (a) possunt in *temporales* & *æternas*. Temporales *ratione objecti* iterum sunt vel *universales*, vel *singulares*. Æterna pœna Justitiam DEI Essentialem necessario consequitur, eoque αἰώνιον (b) æternum Judicium adpellatur, quia sententiæ in extremo judicio latæ effectus εἰς αἰῶνα æternumque durabit. *Universalis* verò, sed temporalis, pœna est, quæ universis, aut saltim plerisque, ac, si pauciſſimos excipias, omnibus infligitur. Ut *mors, in se* spectata; ut diluvium, quod omnes omninò homines, exceptâ Noachi familia, perdidit. *Particularis* est, quæ vel genti vel urbi alicui gravissimis peccatis immersæ immittitur; qualis erat everſio Pentapoleos: (c) extinctio Pharaonis: excisio gentium

quid temporalis? & quotuplex? quid universalis? quid particularis? quid singularis?

tium Cananæarum: eversio Regnorum: pœnæ epidemicæ (d). *Singularis* denique est, quæ certis personis, aut familiæ, ob scelera admissa à DEO immittitur. Quorsum pertinet Lex Talionis (e), superius illustrata, ac præcipuè Christianus *Lactantij* de *mortibus Persecutorum* Commentariolus.

(a) *Membra hujus divisionis sufficienter explanat doctissima Dissertatio Celeberr. Dn. Rechenbergii de* Justitia ultrice, §. *XXXIV. sqq.*

(b) *Hebr. VI, 2.*

(c) *Gen. XIX, 24, 25. Justin. XXXVI. 3, 6, 7.*

(d) *II. Sam. XXIV. per tot, Amos IV. 6— 12. Ezech. XIV.*

(e) *1. Sam. XV, 33. add. Dissertationem nostram VII. de Jure Pœnarum §. 1.*

IX.

Quomodo ratione Subjecti? quid internæ?

Ratione Subjecti solent distingui pœnæ Divinæ in *internas & externas.* Illæ (a) sunt, quæ animum tangunt, divini Tribunalis conscium; uti sunt angores, pœnitentia, metus, & conscientiarum mille morsus. Nemo facile est, qui non in faciendo scelere acria quædam flagella in animo & velut ictus senserit; saltim, qui facinus subsequuntur stimuli, hominem vehementer excruciant, ac veluti carnifex, iteratis quotidie ictibus cædunt ac pungunt. Ac, ut magis in morbo judicantur, qui tabe aut marcore laborant, quam qui inflammatione aliqua aut febri: & tamen hæ magis apparent: Sic in graviore pœna improbi, quos malefactorum conscientia excruciat (b). Hæc vera animorum tormenta: hi cruciatus: angi semper, pœnitere, metuere; quibus cave compares eculeos ullos, fidiculas, uncos. (c) *Externæ* sunt, quæ corpus tangunt, aut quæ circa illud: ut paupertas, exsilium, dolor, morbi, mortes.

quid externæ?

(a) Lipsius posthumas *addit, quæ eundem animum, sed liberum & à corpore abjunctum tangunt. Uti pœnæ sint, quas, morte obita, scelestos manere etiam è priscis plerique non vane sint suspicati.*

(b) *Notæ sunt Tiberii literæ ad Senatum exaratæ, quas cum hoc ferè tenore retulisset Tacitus: Quid scribam vobis, Patres Conscr. aut quo-*

quemodo scribam, aut quid non scribam hoc tempore, dii me pejus perdant, quam perire quotidie sentio, si scio. addit: *Adeo facinora atque flagitia ipsi quoque in supplicium verterunt. Neque frustra Præstantissimus sapientiæ firmare solitus est, si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus: quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis an mus dilaceretur. Quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris, suasque ipse pœnas fateretur.* Tacitus *Annal. VI, 6.* Richelius *etiam*, memorante Priolo, *l. 7. seu Numine exterrente, seu tot extinctorum recordatione, nunquam mœrore erat vacuus* Et paulo *post: Tantum gallici sanguinis domi perditum, tantum militiæ effusum fatigabant animum, moribundis membris jam inclusum & q. s. Confer. Genes. XLII, 21. 1. Sam. XXV, 31. Jo. VIII, 9.* ac pulcrè *Menander:*

ὁ συνιεὶς ὥσπερ τι καὶν ᾖ θεὸς οὗτος·
ἡ σύνεσις αὐτὸν δεινὸν ποιεῖ.

Cujus rei exemplum Siculus ille Tyrannus:

Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet.

(c) *Junge si placet,* Lipsium de Constantia *II, 14.*

X.

Pœnæ, quas divina olim Lex, sive universalis, sive particularis & Hebræis præcipuè lata, constituit, *vel* ab ipsomet DEO * expectandæ, *vel* ab hominibus, divino jussu, infligendæ fuerunt; & *hæ* quidem *capitales* vel *non capitales.* Illarum quatuor recensent Magistri Hebræorum: (a) סקילה שריפה, הרג וחנק lapidationem, combustionem, gladium & strangulationem (b). Quæ stylo ipsorum vocantur דיני נפשות Judicia animarum, quod ultimum in iis irrogatum fuerit supplicium. In his verò eminuere, verberatio, venditio, exilium, & species complures aliæ, partim *criminales, non tamen capitales,* דיני קנסות, judicia multatitia dictæ: partim merè civiles ac pecuniariæ, דיני ממונות nuncupatæ (c).

Quomodo porro dividantur pœnæ divinæ? vel ab ipso DEO inflictæ: vel ejus Jussu, eæque vel capitales, vel non capitales.

* *Vocant*

* *Vocant Rabbini Judicium divinum ac fori ſuperioris* בית דין שלמעלן *item quæ* ביד שמים *manu cœli infligatur. Quorſum & exciſionis pœnam referunt,* כרת *apud Moſen, &* ἐξολόθρευσιν *LXX. Interpretibus dictam: cujus ſpeciem eſſe ajunt pœnam præmaturæ mortis, ante diem ſubeundæ Pſal. LV. ult. quam & præcepto circumciſionis prætereaque aliis XXIII. vetantibus appoſitam alicubi exiſtimat Grotius. Cui quidem expoſitioni ea loca favere videntur, in quibus DEUS minatur, ſeipſum ejusmodi pœnas de reis ſumturum; Conf. Lev. XVII. 10. XX, 5. 6. XXXIII. 30. Etſi communior eſt opinio, aliquot etiam in locis mortem à judicibus decretam, vel & excommunicationem ea phraſi indigitari; qua qui feriebatur populo exemptus, repetita in Petronii fragmentis (aut quisquis eorum auctor ſit) deſcriptione, dicebatur:*

Exemptus populo Grajam migrabit ad urbem,

ubi & migratio Grajam in urbem aliud non eſſe videtur, quam haberi inſtar Græci. Videatur Joann. Clericus, *Comment. ad Geneſ. XVII, 14.*

(a) *Codice de Synedriis, quem Latinum fecit notisque illuſtravit* Jo. Coccejus, *c. VII. §. 1. addi meretur Jo. Seldenus de Synedriis, III, 13, 4.*

(b) *Crucifixio non item: quod demonſtratum dedit* Isaacus Caſaubonus, *ad Baronium Exercit. XVI. n. LXXVII.*

(c) *adde denno* Jo. Seldenum *de Synedriis, II, XI. 1.*

XI.

Quot delictis in civitate Iſraelitica dictatum fuerit ſuppliciũ capitale? & An Leges Hebræorũ criminales adhuc obligent? quisve il-

Ipſi de cætero Judæorum Doctores Reorum morte damnandorum numerum fecerunt triginta ſex. Lapidandos ajunt fuiſſe octodecim: Comburendos decem: gladio puniendos duos: ſtrangulandos ſex (a). Ubi tamen obſervandum, definitas Capitalium ejusmodi pœnarum ſpecies Juris illius particularis Civitati Hebræorum Theocraticæ proprii ac forenſis fuiſſe, neque hodie imperantes Chriſtianos præciſè obligare, cum, ut rectè alibi *Grotius*, DEUM voluiſſe, ut alii, quam Iſraelitæ, iſta lege tenerentur, nullo indicio poſſit deprehendi (b); ſed & illud præterea tenendum, fas eſſe Chriſtiano Principi

cipi etiam, illos ad mortem condemnare, quorum delictis in Mosaica lege pœna capitalis destinata non est (c). Diversum enim, ubi remedium aliud contra delicta suppetere non videtur, salus Reipublicæ prudentiaque legislatoria non rarò exigit; ac sunt cuivis Reipublicæ *velut propriæ quædam circumstantiæ*, quibus pœnarum ordinatio debet attemperari. Quo etiam nomine haud pauca, quæ *per se* videri indifferentia poterant, forensi lege severissime observamus interdictâ. (d) Etsi non diffiteamur, è politicis Ebræorum legibus, capitalia supplicia constituentibus, colligere Christianum LLatorem posse, non modo non injustas *per se* pœnas ejusmodi esse, sed etiam, si delicti rationes, si exemplum ac Reipubl. indoles exposcat, criminalibus sanctionibus repeti posse, & ad similia facinora extendi. (e)

farum usus?

(a) *Confer.* Jo. Seldenus *de Synedriis II*, 13, 5. *sqq.*

(b) *Neque enim eos obligat Lex, quibus data non est. Qui canon est* Apostolo *quoque repetitus, Rom. III*, 19, *add.* Grot. *de J. B. & P. I*, 1, 16. *n.* 7.

(c) *Quod contra Scotum observandum, cujus quidem sententiam valde probabilem dicit* Grotius, *de J. B. & P. II*, 1, 14. *qui ob id judicium castigari à plerisque solet. Sed adprobavit repetiitque eandem doctrinam* Jo. Tesmarus, *notis ad illum locum, ubi tamen hanc quæstionem, cum altera: An crescentibus delictis pœnæ quoque crescere debeant? miscere videtur. Idem argumentum adversus* Jo. Piscatorem, Wolffgangum Musculum, Jo. Maccovium *aliosque ex professo tractavit Noster* D. Zentgravius, *summa Juris Div. Sect. I. art. I. subject. II, p.* 112. *sqq. & ante eum B.* Osiander *ad Grot. II*, 1, 14. *p.* 641. *sq.*

(d) *Ut Levit. XIX*, 27. *de non tondendo in rotundum capite, præscindendi cum gentibus commercii caussa.*

(e) *Pulcre* Lactantius: *Non cum occidere DEUS vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges publicas quidem licet: sed ea quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitis habentur Instit. VI*, 20.

XII.

Pœna humana quotuplex?

Pœnæ (a) humanæ, seu quæ *humano judicio* infliguntur, vulgo dividuntur *in Capitales*, quibus ob atrocius delictum vita adimitur, & *non capitales*; quando delinquenti ob malum actionis irrogatur malum passionis citra vitæ naturalis ablationem. Sub *illis* continentur decollatio, suspendium, submersio in aquis, vivi defossio, supplicium rotæ, vivi comburium, impalatio, dissectio in partes, sive distractio per equos; Sub *his* mulcta pecuniaria, publicatio bonorum, infamia, relegatio, vel ex certo loco, vel ad certum locum, quæ hodie confinatio dicitur: perpetuus carcer, damnatio in metallum, ad triremes, aliave opera publica: stigmatis inustio, abscissio membrorum. Utrarumque species omnes recensere nimis longum foret. Commendari interim potest *Camillus Borellus* (b), qui tamen ait, pœnitere se, quod tam multa pœnarum genera enarraverit.

(a) *Ita quidem Politicorum Scriptores, è queis videri meretur accuratissimus* Hertius, *Element. Prudentiæ Civilis I, 9, 16. Addi potest* Schönbornerus, *Polit. III, 20. pag. 284. Solicitus alii distinguunt in Civilem & Criminalem. Hæc vel capitalis est vel non capitalis. Planè ut supra ex Hebræorum quoque placitis tradidimus. Alii Pœnam Non-capitalem subdividunt in* Verbalem & Realem. Verbalis *est, cum delinquens ob malum actionis verbis increpatur, moneturque, ut in posterum ab iis abstineat.* Realis, *cum delinquenti ob malum actionis, alio, quam verbis, modo irrogatur malum illi proportionatum. Realem dividunt in Pœnam æris sive multam,* & corporis, *sive corporalem.*

(b) *de Magistr. edict. a. p. 333. — ad p. 393. Addi potest* du Fresne *in Glossario, Indice de Pœnis.*

XIII.

Quid Pœnæ militares?

Dividi etiam pœnæ humanæ à statu possunt: uti sunt, civiles pressiore sensu: (a) Militares item (b), quarum apud Romanos administrationem judiciosè diligenterque exposuit Po-

Polybius: ut & Navales, ob delicta, quæ vel in rem nauticam perpetrantur, vel à nautis ipsis committuntur, irrogari solitæ. Quæ ut eo facilius administrarentur, resque nautica hoc medio tutior redderetur, ordinatos olim fuisse legimus Stationarios, Irenarchas, Latrunculatores, λῃστοδιώκτας, Diocmitas, Fugitivarios (c); Alias quoque pœnas recensere pro *Status* (si loqui ita fas sit) *quantitativi & ubicativi* diversitate, à summa tamen UBIQUE Potestate infligendas, terminorum non ignaro haud erit difficile (d). De *Conventionali* vero, quam vocant, pœna, agere hujus non est loci, uti nec *de testamentaria*, cum laxior *illius* acceptio sit, & privatorum voluntate nixam sive culpæ sive moræ coercitionem importet; *hæc* autem, ob dolosam ultimæ voluntatis, ceu quæ heredi omnimodo sancta esse debebat, impugnationem, ex tacito utriusque consensu pariter soleat obvenire.

quid Navales?

quid Conventionales?

(a) *Alias enim & milites, quia nomine & jussu civitatis militant, eo nomine puniuntur, adde* Pufendorf. *O. H. & C. II, 16, 12. II, 13, 2. II, 18, 11. sq.*

(b) *Egit non malè è Politicorum Scriptoribus de hoc argumento* Schönbornerus *Polit. VI, 29. singulari autem Commentario id illustravit* Lipsius, *de Militia Romana Lib. V. Dialogo XVIII. Operum, quæ Vesaliæ prodierunt, Tomo III. p. 375. sqq. Extat etiam ex Constantini τῦ πορφυρογεννήτε Imp. Aug.* Διοπτρασμάτων, *quod sub nomine* Βιβλίε τακτικῆ *ex Cod. Biblioth. Palat. sed vitiose, edidit Jo. Meursius. Meliorem Codicem possidet Bibliotheca Augustana, ex quo multa de Pœnis militaribus excerpsit Bœclerus,* in *de Milite captivo, quæ tractatio inter Dissertationes Grotiano Commentario annexas comparet. p. 171. sqq.*

(c) *Videndus insignis Polybistor ac JCtus* Jo. Strauchius *in de* imperio Maris, *capite nono.*

(d) *Conf. Pufendorf. Element. Jurisprud. Univ. Lib. I. §. X, 3. §. 8, 12. seqq.*

XIV.

Usitata etiam pœnæ divisio est in *Ordinariam* & *Extraordinariam*?

Quid pœna ordinaria?

quid extraordinaria?

dinariam. (a) Illa est, quæ secundum Leges delinquenti irrogatur; hæc, quæ præter vel contra legem Reo infligitur. Ubi cavendum, ne promiscua hujus irrogatione auctoritas legum convellatur, & invidiæ atque indignationi inter subjectos ansa præbeatur. Nec prætermittenda distinctio in Pœnam *damni & sensus.* *Illa* est, cum delinquens ob malum actionis privatur bonis, alias sibi debitis aut destinatis: *Hæc*, cum delinquenti ob malum actionis infligitur malum sensuum exteriorum. (b)

quid pœna damni? quid sensus?

(a) *Conf.* Dn. Müller. *Instit. Ethic. I. 9. 27.*

(b) *Distinctionis exemplum in foro est, si v. c. Cajus, ob proditionem patriæ, non sua solum privetur dignitate, quæ pœna damni: sed & membro, quæ pœna sensus est. Ea vero uti Theologi coguntur, in doctrina de damnatione æterna, ob Remenses. Privatio visionis beatificæ & rejectio à specu rificatoria, ingentissimum est* damnum: *ignis verò gehennæ acutissimum cruciatuum infernalium sensum operatur. Quis ergo negabit illam damni, hanc sensus pœnam commodè adpellari posse? Modo illud maneat, neutram, hoc quidem in argumento, vocari talem posse* privative, quasi pœna damni sine pœna sensus seorsim *non solum existere, propitia revelatione possit,* verum *etiam* uspiam & *in* ullo actu seorsim *existat. Quod argumentum distincte, ut solet, tradidit* Noldius *de Legibus distinguendi. p. 177. Addi potest* Scheuerus, *Breviar. Hülsemanni Enucl. c. XVI. §. IX. p. 1122. sqq.*

XV.

Quid licitum circa pœnas? quid honestum?

Quemadmodum autem excludere penitus morbos ac prohibere præstabilius ferè censeri solet, quam acceptos expellere: ita multo dignius Prncipe est, efficere, ne facinora patrentur, quam in patrata condignis suppliciis animadvertere (a). Quod fieri poterit, si causas, ex quibus nasci potissimum animadverterint flagitia, vel recidant omnino, vel certe premant & attenuent Rerumpublicarum moderatores. Graviter etiam à sapientibus viris monitum, (b) paucitate pœnarum civi-

civitates haud paucas laborare: ac plures insuper, antequam ad ultimum deveniatur supplicium, gradus constitui debuisse. Quemadmodum & multa circa pœnas (*externè*) licere existimantur: quæ tamen *internè* licita non sunt, & æquitati cum humanæ tum Christianæ refragantur.

(a) *Sapientissimè hunc locum exequuntur Tho.* Morus *in Utopia libro primo: & Erasmus in institutione Principis.*

(b) *Conferatur Dn.* Struk. *de jure Iiciti, sed non honesti III, 24. ac ex veteribus, qui tum adhuc noster erat,* Besoldus, *Politicor. II, 2, 26. sq.*

XVI.

EPILOGUS.

Atque ista nos quidem hactenus de Pœnarum Jure; in discentium præcipuè gratiam, ac, ut in frequenti quidem, at methodicè nondum congesto argumento qualecunque iis subsidium pararemus. ΘΕΩ ΔΟΞΑ. Gloria Servatori Optimo, qui vires concessit, animumque, distractum haud raro fatigatumque, suo robore confirmavit. Si (quòd ab hominibus alienum non est) hallucinati sumus, aut erravimus: ipse etiam error in tam illustri ampliſſimoque argumento, veniam bonorum (alios enim non morabimur) si non merebitur, attamen consequetur.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [696] - 215
PUBLIC DOMAIN

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [697] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [698] - -


PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [699] - -

PUBLIC DOMAIN


GWLB Hannover 35
036 828 106
Niedersächsische Landesbibliothek Hannover
XL.I 51.
4°


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [700] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [701] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 79, [702] - -

PUBLIC DOMAIN